terias ad totius coꝛpis mēbꝛa ſe diffundit/ et
ſpūalem virtutē augmētans eius opatiōes re
ctificat ⁊ cuſtodit. Nā quedā arteria a ſiniſtro
coꝛdis ventriculo exiens in ſuo oꝛtu mox in du
os diuiditur ramos quoꝛum vnus tendit ad
inferioꝛa in plurimos diuiſus ramos.

Digitized by Google

quibus mediātibus ſpūs vitalis ad oīa in
ferio(r)a mēbra viuificanda in corpe deportat.
Alter vero ramus tendens ad ſuperiora diui/
ditur iterum in tres ramos. quorum dexter ad
dextrum brachium/ſiniſter ad ſiniſtrum equa/
liter ſe diffūdit in arterijs ſic diuerſimode bifur
catis tranſfundit ſpūs vitalis per totum corp⁹
⁊ vitalem in arterijs pulſum operatur. Medi
us vero ramus ad cerebrum ſe extendit ⁊ ſupe
riores partes viuificans vitalem ſpiritum in
omnibus partibus circumfundit. Idem vero
ſpiritus ad ventriculos cerebri vlterius pene/
trans ibidem plus dirigitur ⁊ ſubtiliatur et in eſ
ſentiam animalis ſpiritus qui ſubtilior eſt ce/
teris tranſmutat. Iſte igitur ſpūs animalis in
anteriori ventriculo cerebri generatur ⁊ parti/
culariter diffunditur ꝑ organa ſentiendi/nihil
ominus tamen pars remanet in eiſdem ventri
culis. vt ſenſus communis ⁊ imaginatiua vir
tus perficiatur. Deinde trāſit ad medium ven
triculum: ſcilicet ad cellulam logicam ad perfi
ciendum intellectum/formato autē intellectu
tranſit ad puppim ſiue ad cellulam memorialē
impreſſiones in alijs cellulis factas ſecum de/
ferēs. vt in theſauro memorie reponant. a pup
pi vero/ideſt a poſteriori pte capitis/ideſt cere
bri ꝑ medullam ſpine dorſi/que a phiſicis nu
cha dicitur penetrat ad neruos motiuos. vt ſic
motus voluntarius in omnibus partibus cor
poris inferioris generetur. Unus igitur ⁊ idē
ſpiritus corporeus ſubtilis tamen ⁊ aereus ꝓ
pter diuerſa officia in diuerſis membris diuer
ſis nominibus eſt vocatus. Nam ſpiritus na/
turals eſt in epate. ſpiritus vero vitalis in cor
de. ſed ſpiritus dicitur animalis ꝓut in capite
operatur. Hunc quidem ſpiritum non debe
mus credere humanam animam ſiue rationa/
lem animum/ſed potius (vt dicit aug⁹.) Eiuſ
dem vehiculum ⁊ ꝓprium inſtrumentum me
diante enim tali ſpū anima corpori iungitur/
⁊ ſine talis ſpūs miniſterio nulla anime actio
perfecte in corpore exerceter. Unde iſtis ſpiriti
bus leſis ⁊ in ſuis effectibus qualitercumqꝫ ī
peditis/reſoluta corporis ⁊ anime harmonia
rationalis ſpiritus in cunctis ſuis operationi/
bus in corpore impeditur. vt patet in mania/
cis ⁊ freneticis ⁊ in alijs in quibus vſus ratio
nis ſepius nō habet locum. ⁊ hoc eſt quia p̄di
ctorum ſpirituum humore vel vulnere leditur
inſtrumentum. Iſtis igitur ſpiritibus confor/
tatis/anima confortatur. ⁊ iſtis debilitatis vł
deficientibus/ipſa anima quo ad regimen cor
poris deficit/vel in ſuis actibus minoratur. vt
plane oſtendit conſtan. Et hec de iſtis ſpiriti/
bus ſufficiāt quantū ad p̄ſentem ꝑtinet tractatū

c Cum pulſus ſpiritus vitalis ſit ef/
fectus/reſtat vt de pulſibus ⁊ eorū
proprietatibus aliqua dicamus.

Eſt itaqꝫ pulſus ſm diaſtolem ⁊ ſiſtolem ideſt
ſm dilatationem ⁊ cōſtrictionem cordis ⁊ arte
riarum motus. Cum igitur cor in cōtinuo mo
tu exiſtens a centro vſqꝫ ad circūferentiam ī ſan
guinis a caloris motu ac in pulſu ſpūs vitalis
cōtinue moueatur ex tali motu vſqꝫ ad ſui extre
mitates dilatatur. quādo vero ecōuerſo ab ex
tremitatibus ad centrum mouetur/conſtrin gi
tur. Cordis igitur dilatatio ad frigidum aer
rem attrahendum et conſtrictio ad aerem fu/
moſum expellendum/ſunt cauſa pulſus. Ad
hoc autem neceſſarius eſt pulſus vt diſpoſitio
ſpūalis virtutis intelligatur/⁊ eius operatio
cognoſcatur. Dicitaqꝫ pulſus a corde incipit/
⁊ ꝑ arterias ad extremitates corporis ſe diffū/
dit/vnde conſiſtentiam cordis ⁊ eius actionē
oſtendit. Solet autem a medicis non in oīb⁹
partibus corporis/ſed in brachialibus ꝑ arte
riarū motus pulſus communiter inueniri quī
in quibuſdam non poſſet bene diſcerni ꝓpter
earum a centro cordis elongationem. In qui/
buſdam autem propter cordis regentis occul
tationem. In quibuſdam autem propter oſſi
um conſtrictionem. ⁊ ideo antiqui ſapiētes ad
diſcernendum pulſum arterias brachij elege/
runt. ⁊ hoc ſiquidem fuit facilius/vtilius ⁊ ho
neſtius. facilius quia carnoſe partes arteriam
non occultant. vtilius quia brachiales arterie
cordi magis approximant. honeſtius/qꝛ nec
egro/nec medico aliquam verecūdiam generāt
ſeu miniſtrant. indecens enim eſſet ⁊ vere/
cundum occulta membra corporis denudare
Diſcernuntur autem pulſus proprie per digi/
torum appoſitionem ſuper locum pulſatilem.
Quod fieri conſueuit cum mediocri preſſione
aliter in forti/aliter in debili. quia in forti ⁊ car
noſo fortius/in debili ⁊ carnibus d̄nudato re
miſſius ⁊ leuiori preſſiōe fieri cōſueuit. Ad hoc
ſciendum eſt vt dicit conſtantius ꝙ multe ſunt
pulſuum diuerſitates/que tamē ad decem refe
runtur vel reducuntur. Primus attenditur ſe
cundum dimenſionis quantitatem. Et hic eſt
triplex. magnus/quando per latum/longum/
⁊ profundum arterie ſe diffundit. Et prouenit
iſte pulſus fortis ⁊ groſſus ex fortitudine ſpiri
tus quo dilatatur pulſus. ⁊ ē pulſus ex nimio
calore qui indiget infrigidatione et ex mollicie
membri obedientis dilatationi. Dicitur ⁊ par
uus/occult⁹/⁊ ſtrictus quādo ad centrū redit
⁊ hoc fit ex defectu virtutis ⁊ prauitate caloris

Digitized by Google

dicitur ⁊ mediocris/equalis/⁊ tempatus quā
do nec centro nec extremitatibus eſt vicinus.
Hec mediocritas ex magno ⁊ paruo procedit.
Item conſideratur ſm tempus motuū. ⁊ ſic di
citur velox/tardus/⁊ medius. Velox dicit/ qꝛ
pruo temporis interuallo ſepius mouetur. et h
contingit ex forti calore ⁊ virtute. Tardus/ qꝛ
magnū continet temporis interuallum vel ſpa
cium ad ſui motus complementū. ⁊ hoc accidit
ex defectu caloris ⁊ virtutis minoratione. me/
dius inter hos laudabilis eſt habendus. Ter
tio conſideratur pulſus ſm tenorem virtutis. ⁊
ſecūdum hoc eſt fortis/debilis/⁊ medius. For
tis eſt quādo quadam virtute a ſe videt repel
lere digitum tangētis. ⁊ hoc accidit ex fortitudi
ne virtutis ⁊ mollicie organi facilis ad remouē
dum. Debilis eſt quādo debiliter digitum per
cutit. ⁊ hoc eſt ex imbecillitate virtutis/ ⁊ du/
ricia organi inobediētis. Medius ab vtroqꝫ
tempatur. Quarto attenditur ſm ꝯſiſtentiam
organi. ⁊ nūc dicitur durus/mollis/⁊ medius.
Durus eſt quādo cum quadā aſperitate ⁊ duri
cia reſiſtere videtur. ⁊ hoc ꝓuenit ex vaſorum ſu
orum ſiccitate. Mollis eſt quādo digiti cū ma
gna ſuauitate ſentiunt ita videat ab eis pe/
netrari. ⁊ hoc ꝓuenit ex humiditate. Medi
us inter hos duos eſt tempatus. Quinto iu/
dicatur ſm plenum vacuum/⁊ medium. Ple
nus eſt qui quadam humiditate redūdare vi/
detur ⁊ hoc ꝓuenit ex nimia ſanguinis ⁊ ſpūs
repletione. Vacuus autem eſt quādo apparet
inflatus. ſed cū tangitur/ quaſi vacuus digitis
pforatur. Medius ab his eſt temperatus.
Sexto iudicatur pulſus ſm qualitatem arteri
arum. ⁊ diuidit in calidum/frigidū/⁊ mediuꝫ
Calidus eſt cū digitoꝝ extremitates ſentiūt ca
lidam arteriaꝝ ſubſtantiā. ⁊ hoc ꝓuenit ex ma
teria intra habita. ſ. ex ſpū/⁊ calore. i. calido ſā
guine. Frigidus ecōtrario eſt intelligendus.
Medius vero ab his duobus tempatur. Se
ptimo iudicat ex opere quietis. ⁊ hec diuidit
in ſpiſſum/rarū/⁊ medium. Spiſſus eſt qui i
ſua dilatatione digitoꝝ extremitates ſepe pcu
tit ⁊ ſubito recedit. ⁊ hoc accidit ex fortitudine
caloris ⁊ defectu virtutis. fortitudo enim calo
ris remedium querit refrigerationis. defect9 ve
ro virtutis cū non valeat ſemel bis vel ter i ap
petendo laborat. Rarus vero ecōtrario ⁊ ex cō
traria cauſa ꝓuenit. ſ. ex tarditate caloris/⁊ ex
fortitudine virtutis. Medius inter hos erit tē
peratus. Hi ſeptem pulſus ſenſu ſunt notabi
les ⁊ ad diſcernēdum ceteris faciliores. Alij ve
ro tres pulſus quorū primus diuidit in pond9
laudabile/⁊ nō laudabile. Secūd9 qui diuidi
tur in ꝯcordem/⁊ in nō equalem. Et tertius q̄
ſm percuſſionem maiorem vel minorem diui
ditur in ordinatum/⁊ nō ordinatum tamē vix
valent a peritiſſimis medicis deprehendi. ⁊ idō
de eis ad preſens ſuperſedendū eſt. Si quis
tamen eos ſcire voluerit. in. vij. li. pandeg. con
ſtan. c. iij. de quo hec extraximus inueniet deter
minata ſufficientiſſime oīa ⁊ expreſſa ibi d' pul
ſu caprizante marcellino/ſerruo/vermiculoſo
formidante/eſtuante/ ⁊ tremente diffuſus di/
ſputatur. de quibus nihil ad preſens. tum pro
pter difficultatem. tum etiam ꝓpter ſingularium
pulſum in multiplicitatem. tum etiam/ qꝛ pre/
ſenti opuſculo multum neceſſaria nō videntur

V Ariatur autem pulſus ꝓpter mul/
ta. Primo ꝓpter ſexus diſcretionē
nam in maſculis qui valdioris ſūt
nature ⁊ fortiores/fortior eſt pulſus q̄ in femi
nis que ſunt nature magis debilis. ⁊ hoc eſt qꝛ
natura ſepe iterando nititur ſupplere in feminis
quod per fortiorem pulſum ſemel in maſculis
operatur. Item variatur pulſus per complexiō
nem quia ſi fuerit calida/facit pulſum fortiorē
maiorem vel velociorem. ſi vero frigida/facit
paruū debilē atqꝫ tarduꝫ. ſi autē/hūida mollē
reddit ⁊ ſpiſſum ſi ſicca/aſperum atqꝫ durum.
Item diuerſificatur ꝓpter variam corporis di
ſpoſitionem. qꝛ in macilentis generaliter ē pul
ſus fortior ⁊ viuacior q̄ in craſſis. ⁊ hoc forte
propter minorem arterie per molem carneam
occultationem vel propter maioreꝫ caloris na
turalis qui abundat in macilentis intenſionē
qui quidem calor pulſum efficit fortiorem.
Item propter etatis diuerſitatem. quia pueri
habent velociorem pulſum ad innati caloris
refrigerationem. quia in talibus plus abūdat
Nam velocitatem facit magnitudo caloris. ⁊
debilitas virtutis que ad attrahendum frigi/
dum aerem ſemel non ſufficit vt ſupra dictum
eſt. Iuuenes vero propter abundantem in eiſ
virtutem pulſum habent fortem ⁊ velocem.
Senes vero ecōuerſo paruum ⁊ tardum debi
lem/⁊ rarum. ⁊ hoc quia eorum complexio ap
propinquat frigiditati. vnde nō eſt neceſſe mul
tum attrahere aerem frigidum cauſa refrigera
tionis. Alie autem etates his affines ſecan/
dum eam cui magis approximant pulſum ſi/
miliorem ſunt habentes. ⁊ hec tam in maſcu/
lis q̄ in feminis. Item propter temporis im
mutationem. nam ver propter temperantiam
frigidam ⁊ calidam pulſum facit fortem. ſimi
liter ⁊ autumnus. Omne enim temperamen/
tum virtuti naturali adhibet incrementum.

Eſtas vero qui calidiſſima eſt debilem pulſuz
reddit ⁊ paruũ. ꝓpter nimiã pectoris vel poro
rum dilatationem/ ꝓpter quã euaneſcit vir⁹
⁊ debilitatur/ ⁊ ideo pulſus debilitati nõ ſuffi
cit vt magnus efficiat. Hyems autem quia fri
gida eſt facit pulſum tardum/ ſed tamen mul
tum fortem. tarditas autem hec ꝓuenit ex hoc
ꝙ non oportet multum refrigerari. fortis autez
eſt q2 calor naturalis ad interiora refugit cor
poris. vnde virtutẽ et pulſũ confortat quando
non excedit. calor vero eſtiualis vtrũqꝫ diſſol
uit. Item propter diuerſorum climatum et
regionum inhabitationem. quia in calida regi
one habitantes vt in ethiopiam pulſuz habẽt
velocẽ quaſi eſtiuũ. In habitãtes võ ĩ frigida
pulſũ hñt ſilẽz hiemali. Inhabitãteſ vero ſub
linea equinoctali pulſum habeut mediocrem
ſicut in tempore vernali et autumnali. Simili
ter aer calidus frigidus et ſiccus ſiue temperat⁹
pulſum variat et immutat. Item propter imp̃
gnationem. nam pregnantes in pulſu ſunt mu
tabiles. quia a principio vſqꝫ ad ſeptimũ mẽ
ſem pulſum habent fortem ſpiſſum et velocem
quia calor fetus calorem augmentat natura
lem. et vires mulieris vſqꝫ ad hoc tempus ſunt
mediocres et fetus adhuc paruus. vnde paruz
nutrimenti abſtrahit ab earum corporibus. et
ideo eſt pulſus adhuc temperat⁹. In ſeptimo
vero menſe fetus maioratur. et ideo maius nu
trimentum requiritur. vnde et natura grauatur
et per conſequens pulſus debilitatur. Item ꝓ
pter ſomni et vigiliarum alterationem. quia tẽ
pore ſomni paruus eſſe ſolet et tardus ſed p⁹
ſomnum fit fortis et magnus quia tunc calor
naturalis confortatur. veruntamen ſi ſomnus
nimis prolongetur. pulſus rareſcit et debilitat̃
Itẽ ſi q̃s a ſõno excitetur ſubito natura vel ma
teria diſcutit̃ ⁊ pulſus velox/ ſpiſſus tremẽs /et
inordinatus ſubito inuenitur. ſed cum quieſcit
iterum reuertitur in priſtinum ſtatum. Item ꝓ
pter laborem et corporis excercitationem que ſi
fuerit temperata pulſum facit magnum/ fortez
velocem /et ſpiſſum quia calor naturalis poſt
huiuſmodi excitatur. Si vero excercitiuum exi
uerit temperamentum accidit econtra pulſus
paruus/ durus/ tardus/ et rarus. quia in ſic la
borantibus virtus defficit et calor naturalis
diſſoluitur et pulſus per conſequens minorat̃
Item propter balneorum aſſuefactionem. nã
in aqua calida balneantes tempate pulſuz ha
bent fortem magnũ /⁊ ſpiſſum. ⁊ hoc ꝓpter na
ture confortationẽ/ ⁊ ꝓpter ſuperfluitatum hu
midarum conſumptionem. ſed in nimis morã
tibus in aqua pulſus efficitur debilis/ remanz
tamen ſicut prius velocitas ⁊ ſpiſſitudo. Si
militer balneantes in aqua frigida tẽpate pul
ſum habent fortem /⁊ velocem. ⁊ hoc cõtingit
ꝓpter caloris naturalis coadunationẽ ⁊ cõfor
tationem virtutis ꝓuenientis ex tempamento
exterioris infrigidatiõis. ſed nimia mora inta
li balneo pulſum debilitat ⁊ virtutez. ⁊ hoc cõ
tingit in macilentis plus ꝙ̃ in craſſis ꝓpter fri
giditatem ad interiora nimis ſubito ⁊ quaſi ſi
ne obſtaculo penetrantem /⁊ quaſi ſine precor
dia plus debito conſtringentem. Item ꝓpter
cibi ⁊ potus variam ſumptionem. cibus enim
ſupfluus ⁊ indigeſtus pulſum debilitat. mod̃
ratus vero digeſtus ac per membra diſperſus
vel diffuſus excitata virtute pulſuz augmẽtat
Similiter ⁊ potus moderatus ⁊ digeſtus pul
ſum facit fortem /magnum /⁊ velocem. pot⁹ au
tem caldus pulſum facit velocem/ ⁊ ſpiſſum/
frigiditas autem rarum ⁊ tardum.
Item ꝓpter paſſionum anime variationem.
nam ita facit pulſum ⁊ inducit velocem/ fortẽ
ſpiſſum. leticia mediocrem. timor ſimiliter pul
ſum efficit velocem /⁊ inordinatum /⁊ tremen
tem. ſimiliter ⁊ dolor. ⁊ ſic de alijs contingit.
Hec autem dicta de anime ⁊ potentiarum ei⁹
ꝓprietatibus/ virtutibus /⁊ effectibus quãtũ
ſpectat ad hoc opuſculum/ iam ſufficiant. Nũc
autez de proprietatibus humani corporis cu
ius anima actus eſt ⁊ perfectio adiuuante dei
gratia aliqua ſunt dicenda.

Finit Liber Tercius

De qualitatibus ⁊ humoribus humani corporis·

Liber quartus Incipit.

d E humani itaqꝫ corporis ⁊ partium eius ꝓprietatib⁹ tractaturi/ ab elementaribus qualitatatib⁹ et humoribus ex quibus conſtat corpus/ ē primitus inchoandum.

q Uatuor ſunt itaqꝫ elemēta ⁊ elemētares qualitates ex quib⁹ cōſtituit̄ oīe corpus aīatum materialiter/ ꝑcipue corpus humanū. quod inter oīa elemēta eſt nobiliſſimū/ ⁊ nobiliſſime inter omīa cōpoſita elemēta ordinatum. vtputa ꝓpriū anime rōnalis organuꝫ ipſius opationibus tam naturalibus ꝙ voluntarijs deputatum. Eſt itaqꝫ corpus hominis cōpoſitum ex quatuor elementis .ſ. terra/aqua/aere/⁊igne. quorum quodlibet habet ꝓprias qualitates. Sūt aūt quatuor prime ⁊ principales.ſ. caliditas ⁊ frigiditas. ſiccitas ⁊ humiditas/ que dicunt̄ prime qꝛ primo labunt̄ ab elemētis in elementata. Dicuntur etiam principales. qꝛ ab eis oīs ſecūdarij effectus oriuntur. Harum qualitatū due ſūt actiue.ſ. caliditas ⁊ frigiditas. Alie vero due.ſ. ſiccitas ⁊ humiditas ſunt paſſiue. vnde ab iſtarū ꝗualitatum ꝑualētia ⁊ dn̄io dicūtur elementa actiua vel paſſiua. Dicitur autem prime due principaliter actiue/ non qꝛ ille tantum agant. qꝛ paſſiue ſimiliter agūt. nulla.n. qualitas eſt ocioſa ī corpe. ſed ideo dicūtur he actiue. qꝛ p actiones earum alie habent induci vel ꝯſeruari. Nam caliditas qn̄qꝫ humiditatē quādoqꝫ ſiccitatē induūt ⁊ cuſtodit. vt pōt videri in carne ſalſa. calor enim ſolis terreſtris ptes diſſoluit ⁊ aquoſas ⁊ aereas. ⁊ ſic relaxando/molliendo/a calore inducit̄ humiditas. Siccitatem aūt inducit/ qꝛ calor agēs in humiditatē primo eam diſſoluit ⁊ diſſolutaꝫ ꝯſumit. ⁊ ſiccitas que eſt lima caloris inducit̄ ⁊ etiam ꝯſeruat̄. Caliditas igit̄ eſt elemētaris qualitas ſumme actiua. qđ patet p eius effectū. dū enim agit in reꝫ aliquā primo eius ptes diſſoluit. quib⁹ diſſolutis/res debilior efficit̄/ que p partium coherentiā fortior fuerat. ⁊ ideo actiōi rei agentis nimis reſiſtit. Item caliditas eſt oīum generabilium artifex ⁊ cauſa generationis totius principaliter effectiua. Eſt aūt duplex caliditas.ſ. ſolaris ſiue celeſtis.ſ. generans. et hec eſt ſaluatiua ⁊ generatiua. vnde quādoqꝫ generant̄ rane ex celeſti calore in aere. Alia eſt elemētaris ⁊ generatiua. ⁊ hec eſt corruptiua ⁊ cōſumptiua. ſicut quādo fit coadunatio fractorū radiorum in puncto alicuius corpis pſpicui. ſicut ſi fiat coadunatio radiorum in ſpeculo/poteſt incendi ſtupa ex reflexione radiorum ⁊ comburi. Item inferiorum eſt ad ſuperiora reductiua. faciendo enim motū a centro ad circūferentiam diſſolui terreſtria in aquoſa. ⁊ aquoſa in aerea/⁊ illa in ignea. ⁊ ſic inferiora ⁊ media reducit in ſua ſuperiora. Item eorum que dure ſunt cōpactionis/ ē remollitiua. Agendo enim in groſſam ſubſtantiam eam diſſoluendo mollificat. vt patet in metallis caloris liquefactis. ſoluendo enim terreſtria in aquoſa remollit. Item mollium ⁊ liquidoruꝫ induratiua. vt patet in ouo igni appoſito. qꝛ liquidiorib⁹ ⁊ ſubtilioribus partibus reſolutis tereſtribus partibus remanentibus indureſcit. Item denſoruꝫ eſt ſubtiliatiua. Dum enim motum a centro ad circumferentiam habeat. vi ſua rem in quam agit/diſſoluit/⁊ ſue actioni idoneam reddit. vnde cum rem ad ſimplicitatem reducere laborat per conſequens ſubtiliat. Nam ſubtilitas groſſe rei ſubtilitas eſt que in naſcitur per minorem partium compactionem. vt patet in glacie que calore ſoluta ſubtiliatur. Item virtute ſua eſt depuratiua metallorum ⁊ rubiginis ipſorum conſumptiua. Nam agendo in ſubſtantiaꝫ ipſius metalli ipſaꝫ diſſoluit ⁊ ſi quid inuenit feculentie ⁊ rubiginis ſeparat ⁊ cōſumit. Si autem fuerit aurum omnino purum/ violentia quidem caloris diſſoluitur/ ſed non conſumitur. vnde aurum perfecte depuratum/ quāuis per calorem diſſoluatur/ non tamen in ſuo pōdere minoratur. Item caliditas eſt accidentaliter corruptiua. vt eſt videre quando calor plus diſſoluit quam conſumat/ ipſi humores putreſiunt ⁊ corrumpuntur. vt patet in cumulo frumenti aqua aſperſo vbi calor incluſus aquam reſoluit in fumoſitateꝫ/ que incluſa ⁊ retenta grana remollit/ ⁊ putrefacit/ ⁊ corrumpit. Item naturaliter eſt grauium alleuiatiua. duꝫ enī hūiditas per calorē reſoluta ꝯſumitur pondus minoratur/ ⁊ ſic ſubſtantia rei leuiatur. Preterea calore agente in hūiditatem fumus generatur/ qui fumus alleuiatur/ ⁊ depuratur et in ſpiritum ſcilicet ſubſtantiā leuē ⁊ aeream mutatur. ⁊ rem in qua continet̄/ reddit leuiorē. Hinc eſt ꝙ corpora aīalium viuentium incomparabiliter ſunt leuiora ꝙ corpora mortua

orum ꝓpter calorem ⁊ ſpiritum contentum in
arterijs ⁊ in venis. Sic enim corpora aiman/
tium ſunt leuiora poſt prandium q̄ ante pro/
pter caloris confortationem/ tamen accidenta
liter eſt caliditas aggrauatiua agendo enim i
ſubſtantiaꝫ rei ſubtiliores ⁊ leuiores partes cō
ſumit/ ⁊ remanentibus partibus groſſioribuſ
fit compactio ⁊ ꝑconſequens aggrauatio. per
pororum etiam apertioneꝫ ex vi caloris fit ſpi
rituum euaporatio. ex quorum preſentia corp⁹
leuiatur/ quibus euaporatis/ per ipſorum ab
ſentiam aggrauatur. Iteꝫ caliditas eſt coloris
rubri generatiua. agens enim in materiaꝫ par
tes terreſtres reſoluit in aquoſas/ ⁊ illas in ae
reas ⁊ in igneaſ. vnde ex circūfuſione ignearuꝫ
partium immutantiū rei ſuperficieꝫ color igne
us/ .ſ. rubeus generatur. ſicut eſt videre in roſis
Preterea dum ꝑ caloreꝫ calidi humores i cor
pore generantur ex eorum diffuſione ꝑ corpis
ſuperficiem color rubeus generatur. Item ac
cidentaliter eſt diſcoloratiua. quia ꝑ caliditatē
poros aperientem exalant humores/ ⁊ ſpirit⁹
euaneſcunt ex quorum preſentia fiebat colora
tio eorum abſentia color/ diſcolor generatur.
ſicut eſt videre de roſa rubea q̄ ex fumo ſulphu
ris albeſcat. Item nimis intenſa naturaliter ē
mortificatiua eo ꝙ dum vltimus motus calo/
ris agit in ſubſtantiam eam ad vltimum reſol
uit/ ⁊ reſoluendo in fine deſtruit ⁊ conſumit.
Item accidentaliter eſt viuificatiua. quia ꝑ ca
liditatem preſtantem motum cordi ⁊ ſpiritib⁹
fit ſpirituum in corpore reſtauratio ⁊ nutrimē
ti membrorum fit competens adminiſtratio. ⁊
ſic ꝑ conſequens corpus regitur ⁊ viuificatur.
Recollige itaqꝫ ex predictis ꝙ caliditas eſt
elemētaris proprietas ſumme actiua penetra/
tiua. ſumme mobiliſ ⁊ motiua. generata ex mo
tu radiorum: ſuipſius multiplicatiua. ſui com
municatiua. illorum in quorum ſubſtantiam
agit/ in ſuam ſpeciem transformatiua. illarum
que frigiditate mortua ſunt ⁊ deſtructa viuifi/
catiua ⁊ renouatiua (vt patet in radicibus ⁊ i
plātis que hyemali frigore mortificate verna
li calore reuiuiſcunt.) inferiorum ad ſuperiora
deductiua/ attractiua/ ſuperfluorum conſum/
ptiua/ ⁊ ſordium purgatiua. in materijs diuer
ſis diuerſorum immo oppoſitorum eſt effectu
um productiua. ⁊ ideo nunc inuenitur rareſa/
ctiua ⁊ remollificatiua/ liquefactiua/ ⁊ aperiti/
tiua ⁊ econuerſo. nunc condenſatiua ⁊ indura
tiua/ cōſtrictiua ⁊ opilatiua. nūc etiam ſaluati
ua/ nūc corruptiua ⁊ opilatiua. Eſt etiā virtu/
te ꝓpria ſaporum immutatiua. nam acetoſa ⁊
agreſtia cōuertit in dulcia (vt eſt videre in fructi
bus ⁊ in vuis) Per nimiam autē intentionē et
exceſſum dulcia ꝯuertit in amara ⁊ in ſalſa. naꝫ
ex calore inteſo exurentē ſanguinē/ ſanguis in
coleram ꝯuertiť/ ⁊ ꝑ eundem aqua ꝑ fortē ebu
litionem ſubtiliores ptes aereaſ ꝯſumentē ter
reſtribus manentib⁹ in ſalis ſubſtantiam trāſ
mutatur. Eſt etiam caliditas crudorum ⁊ indi
geſtorum maturatiua/ ⁊ maturitatis in fructi/
bus celerius pfectiua. vnde in regionibus cali
dis fructus citius matureſcunt q̄ in frigidis ⁊
plus dulceſcūt. Eſt etiam formaꝝ ⁊ ſpecierum
potentia in materia latēter exiſtentium ad actū
eductiua (vt patet in mineralibus) nam per ca
loris actionem aurū/ es/ argentuꝫ/ ⁊ cetere me
tallice ſpecies de lapidibuſ educūtur/ ⁊ forma
nobiliori veſtiuntur. Per calorē etiaꝫ diſſoluē
tem ſubſtantiā cineruꝫ ⁊ depurantē cineres in
vitrum ꝯuertunť. vnde patꝫ ꝙ calor aeris ⁊ na
ture eſt miniſter. qr mediāte calore nobiliſſime
ſpēs ⁊ forme tā naturales q̄ artificiales de po
tentia ad actuꝫ educunť. Eſt inſuper caliditas
impſſa in aere plurimarū paſſionū (vtpute nu
bium/ coruſcationū/ fulgurum/ imbriuꝫ/ ⁊ hu
iuſmodi) generatiua. nam vi ſua actiua attra/
ctiua vapores varios/ ſiccos ⁊ humidoſ ad di
uerſa aeris interſtitia eleuat. quibus aggrega
gatis ⁊ condenſatis in nubes calor incluſus
eas alterat in varias ſpecies ⁊ tranſmutat/ q̄s
diuerſimode tandē diſſoluit/ ⁊ diſſolutas nūc
in ſpeciem niuis ſeu grandinis/ nunc in ſpeciē
pluuie ſeu imbris ad terras vndiqꝫ circumſper
git. Eſt preter hec caliditas ſuorum ſubiectoꝝ
a centro ad circūferentiam eleuatiua. vt patet i
elementis in quibus dominatur. ſ. in aere ⁊ in
igne qui ſumma diſtantia a centro terre elonga
tur. hoc etiam patet in oleo quod ſemper ſupe
natat. ⁊ in alijs omnibus in quibus naturali
ter calor vincit. Eſt inſuper diſpoſitionuꝫ ſiue
qualitatum ſui ſubiecti oſtenſiua. vt patꝫ i cor
pore vbi dominať calor. Nam vt dicit cōſtan.
lib. i. c. xi. corpus ſi fuerit calidum/ erit caro mľ
ta/ pinguedo pauca/ color rubeus/ pili multi
nigri vel rubei/ tactus calidus/ intellectus bo/
nus/ homo multum facundus multum mobi
lis/ audax/ iracundus/ amans ⁊ libidinoſus/
⁊ multum appetens/ ⁊ cito digerens/ aſpere
vocis/ verecundus/ fortis/ velocis pulſus.
Hec ⁊ multa alia ponit conſtan. ſigna que ca/
lidi corporis ſunt indicia. Et hec de calore di/
cta ſufficiant.

Rigiditas eſt elementaris qualita
f tatis quedam actiua. ꝓprietas de
bilior in actiōe q̄ caliditas. Ipſi⁹
eni eſt moueri a circumferentia ad centrum. et iō
ptes ſubiecti i quo agit facit ſibi viciam⁹ adherere

et ideo tardius ⁊ difficilius perficit in ipſo effe
ctum ſuum/quanuis etiam naturaliter habeat
infrigidare/tamen accidētaliter calefacit. vide
mus enī in hyeme ꝙ ex frigiditate cōſtringēte
poros corpis calide fumoſitates interiora pe
tunt/⁊ nō habentes liberum exitum(qꝛ intus
ſunt retente)ſe occultant ⁊ calefaciūt. vnde ex⸗
terior frigiditas intus accidentaliter calefacit
Item frigiditas eſt condenſatiua. qꝛ frigidita
te motum faciente ad centrum pars parti vici
nius coheret. partes enī prius erāt per interpo
ſitionem humiditatis ſeparate a centro ſe iun
cte/ſed condenſata humiditate ad centrū con
ſtringuntur. Item quāuis reducendo partes
ad centrum ſit naturaliter cōiunctiua/ tamē ac
cidentaliter diſſolutiua ⁊ partium diſiunctiua
ſicut patet in cerebro frigiditate aliqua compſ
ſio vi compreſſionis humiditas in eo conten⸗
ta exprimit/dilabit/⁊ per diuerſa cerebri ventri
culoria diſpartitur. vt patet in patientibus cata
rum ex cauſa frigida. Itē naturaliter ingroſ
ſatiua. qꝛ dum ꝑ actionem frigiditatis partes
partibus vicinius coadherent/totum groſſius
efficitur. Preterea partes ignee ꝑ frigiditatē
comprimentem condenſant in aereas/aere in
aqueas/⁊ aquee in terreſtres ⁊ ſic tota groſſior
efficitur. Eſt autem frigiditas accidētaliter ſub
tiliatiua. qꝛ quādoqꝫ ꝑ frigiditatem cōſtringē
tem multa fit humiditatis oppreſſe eductio/
que humiditas cōtenta in poris ſubſtantiam i
groſſabat/ex hoc ꝙ illius humiditatis fit edu
ctio/cōſequitur accidentaliter ſubſtātie ſubtili
atio. ſicut patet in pelle lota ⁊ expreſſa. Item
quāuis ex conſtrictione partium ⁊ ex virtute cō
primente facta euacuatione ſpirituum ſit frigi
ditas naturaliter grauatiua/ accidentaliter ta
men leuigat. qꝛ facta eductione humiditatis q̄
aggrauabat/totius ſubſtātie fit alleuiatio.
Item frigiditas tempata eſt vite ⁊ rei cōſerua
tiua. qꝛ dum ꝑ frigiditatem humiditas cōden
ſatur/ caliditatis intenſio retardat. vnde ſicut
paulatim humiditas ꝑ poros reſoluitur/ ita
reſoluta paulatim cōſumitur. ⁊ ſic ne calor diſ
ſoluat ſubſtantiā rei impeditur. ⁊ res ne feteat
frigiditatis beneficio cuſtoditur. vnde in locis
frigidis ⁊ antroſis cadauera paulatim ſine fe
tore frigiditate reſiſtente conſumunt/clauduntur
etiam pori frigiditate conſtringente. vnde va⸗
pores putridi ne exalent exterius/ad interiora
reprimūtur. Frigiditas tamen accidētaliter cor
ruptiua eſt ⁊ deſtructiua. nam dum digeſtio ex
frigiditate in ſubiecto impeditur/tunc impedi
ta caloris naturalis actiōe debita/corrupti hu
mores generant. ex quibus ſequitur corporis
corruptio/dum corrupti humores corpori in⸗
corporant. ⁊ hoc eſt videre in vulneribus qui⸗
bus frigida nimis appoſita poros reſtringūt.
vñ recentes fumoſitates interius carnē remol
liunt/⁊ eam corrodentes vel corrumpētes pu
trefaciunt. Item naturaliter eſt diſcoloratiua.
ſicut videtur ꝙ in hyeme calor corporis vł cor
dis fugiens ſuū contrarium humorem ⁊ ſpiri
tum ad interiora ſecum trahit. ⁊ ſic exteriorē
cutis ſuperficiem calore depauperatam diſco⸗
loratam facit. vt patet in labijs ⁊ in genis. ve
rūtamen accidētaliter eſt coloratiua. qꝛ ꝑ frigi⸗
ditatem fit pororꝫ conſtrictio/⁊ ſpirituū ac hu
morum retentio. quorū preſentia fit ſuꝑficiali
ter cutis coloratio. Item frigiditas nimis intē
ſa eſt naturaliter mortificatiua. qꝛ dum ꝑ eā
nimia fit conſtrictio in corde/ſpūs deficiūt om
nino. ⁊ ſic corde mortificato (a quo ꝓcedit ali⸗
orū viuificatio) ſequit et illorū neceſſaria mor
tificatio. qꝛ ex frigidate nimis domināte calor
debilis extinguitur. ⁊ ſic vitalis ſpūs non ha⸗
bens fomentum ſuffocatur. Accidentaliter ta
mē eſt frigiditas viuificatiua. ſicut eſt videre in
auibus quibuſdā que ex arboribus procreant
que vice fructuum tanquam quedam tubero⸗
ſitates ex arbore naſcuntur. ſed ꝙdiu ſunt in ar
bore nullatenus viuificantur. ⁊ hoc contingit
vel accidit(ſicut dicit commen. ſuper librū ve
getabiliū)ꝑꝑ poroſitatē ligni ⁊ fumoſitatē a
cortice exalantē. ſꝫ qñ ille tuberoſitates ruptis
tenaculis in aquam cadunt/frigiditate poros
exterius conſtringente/fumoſitates interius re
tinentur que coniūcte ad inuicem depurantur
tur ac ſubtiliantur. ⁊ dum interius detinentur/
in ſpiritum conuertuntur. ex cuius multiplica⸗
tione ⁊ diffuſiōe per ſingulas partes ille tube
roſitates viuificantur ⁊ poſtea in quandā aui
um ſpeciem transformant/ que quidē ab alijs
auibus in natura ⁊ complexione multum ſunt
diuerſe. parum enim hebent de carne ⁊ min⁹
de ſanguine. ⁊ ideo ad eſum non ſunt apte. vt
dicit idem comment. materiam tamen diuine
laudis conſiderantibus adminiſtrant. Illos
enim ſpiritualiter repreſentāt/ quos per lignū
crucis diuinus ſpiritus in aqua baptiſmatis
generat/in quibus carnis ⁊ ſanguis deſideria
non habundant/qui viuificati ſpiritu volare
celeſtia totis viribus deſiderant ⁊ aſpirant. ß
de hocalias. Item frigiditas mater eſt al⸗
bedinis ⁊ palloris/ſicut caliditas mater eſt ni
gredinis ⁊ ruboris. vñ in calidis regionib⁹ na
ſcūtur nigri hoies ⁊ fuſci ſicut apđ mauros. i fri
gidis vo naſcūtur albi. ſicut apđ ſclauos. vt di.
ari. in li. de celo ⁊ mūdo. ⁊ aſſignat rōem. qꝛ ex

Digitized by Google

hūīo frigiditatis in frigidis regionibus matrices mulierum ad talem fetum diſponūtur. vnde ꝓcreant albos filios ſm autem ⁊ longos / ⁊ molles ac flauos ⁊ laxos crines habentes.

Econtrario autem eſt in calidis regionibus vbi pariunt filios / nigros / criſpos / ⁊ paucos habentes crines. vt patet in ethyopibus. Eſt igitur frigiditas in ſui dominio in ſubiecto ſuo manifeſtatiua. Nam in illis corporib⁹ vbi dominatur eſt color alb⁹ capillus mollis / et latus intellectus dur⁹ / ⁊ obliuioſus / appetitus paruus / ⁊ ſomnus multus / inceſſus grauis ⁊ tardus (vt dicit Cōſtan. li. i. c. xvij.) Hec autem nō ſimpliciter ſunt intelligēda ſemp in omni frigido ineſſe neceſſario / ſed in comparatione ad caliditatis dominantis complexionem / ⁊ in ꝓportione regionis calide ad frigidam regionem. talia auctores retulerunt / ⁊ in ſuis ſcriptis poſteris reliquerunt. Hec autē de ꝓprietatibus frigiditatis dicta ſufficiāt ad preſens / quia alie patent per oppoſitum eorum que dicta ſunt ſuperius de calore.

Siccitas eſt quedam elemētaris ꝓprietas paſſiua qualitas nūc caliditas nūc frigiditas introducit pl⁹ tamen ſe habet ad calorem ꝙ frigiditatem / cū ſiccitas ſit lima caloris. Dicitur autem ſiccitas quaſi ſine ſucco ideſt humore. quia humor et ſiccitas opponūtur cuius effectus principalis eſt deſiccare ſicut humiditatis eſt humectare. Secundarios autem effectus habet multos ſicut eſt inſpiſſare / exaſperare / motum retardare / conſumere / deſtruere / mortificare. ꝓprietas itaqꝫ illa que habet deſiccare principaliter partes humidas a circūferentia ad centrum retrahit / ⁊ ne interminabiliter fluxibilitate ſubſtantie ſue res humida ſe diffundat quaſi obicem ſe opponit. hinc videmus ꝙ in littoribus maris harene ſiccitas terminum ponit mari. ⁊ vbi dominat̄ terre naturalis ſiccitas fluxibiles maris impetus vlterius procedere non permittit. ſicut expreſſe dicit grego. ſuper Job. xxxviij. Quis poſuit mari terminum ⁊c. dicit hiero. ſuper Jere. v. idem ibi poſuit harenam terminū mari ⁊c. Idem enim expreſſius ponit philoſophus. Siccitas igitur que non perfecte terminatur in ꝓprio centro eſt qualitatis humoroſe in ſe male terminabilis / terminatiua ⁊ ſue interminabilitatis finis immobilis. prout patet ad ſenſum ⁊ ſue fluxibilitatis repercuſſiua eſt ī parte. vl' totaliter in extremitatibus conſumptiua. Eſt itaqꝫ ſiccitas humiditati contraria tam in effectu / ꝙ in natura. Accidentaliter tamē poteſt eſſe aliquando humectionis inductiua. nā cum ſit lima caloris / excitat ⁊ intendit caloris motum ſiue actum que excitatus diſſoluit actualem vel potentialem ꝙ inuenit humiditatem que quidem diſſoluta ⁊ diffuſa p membra humiditatem dicit ſeu humorem. Siccitas etiāꝫ quando dominat̄ q2 habet motum ad centruꝫ membra coartat ⁊ ꝯſtringit. ⁊ ſic per ꝯſtrictiōeꝫ educit̄ humiditas q̄ prius fuit p corp⁹ diffuſa vn vī corp⁹ humectari qđ prius ſiccū fuit. Sic etiam videmus in montibus ſiccis herbas ſpecialiter humidas ꝓcreari ſicut eſt herba que dicitur craſſula / cimbalaria / vermicularia / ⁊c. Nec hoc eſt mirum. nam ſiccitas que naturaliter intendit conſeruare montē in ſua ſiccitate / ⁊ hoc p ſuum ſimile (ſcilicet p ſiccuꝫ) vi actiua ad ſui nutrimētum attrahit ſiccuꝫ. humidum vero abhorrens ⁊ fugiens tanꝙ ſuum cōtrarium de ſe repellit vſqꝫ ad radices herbarum / que in ſupficie montis tanꝙ ſupflue ab interiori montis ſubſtantia ſunt recte. vnde humoreꝫ ſic reiectū radices attrahunt ⁊ inde nutriūtur herbe ⁊ humide ⁊ craſſe fiūt. Eadem videtur eſſe ratio cōmen. ſuper lib. methe. vbi dicit ꝙ fontes ⁊ flumina naſcūtur de montibus. q2 cum ſint montes cauernoſi ⁊ ſpongioſi ⁊ plurimum etiāꝫ cōtineant calidi / fit a montibus magna attractiō ⁊ rōne vacui ⁊ etiam rōne calidi aeris interduſi. quod igit̄ attrahitur ſimile monti in ſiccitate ſibi incorpatur. quod vero diſſimile eſt (vt pote in humiditate) repellitur ⁊ aggregat̄ in vnū locuꝫ. quod tandeꝫ expellitur ⁊ foras p capita fontium ad flumina pficienda continue deriuatur. Siccitas igitur eſt attractiua ſibi neceſſariorum ⁊ ſibi quidem ſimilium eſt incorpatiua ſuperfluorum vero aut ſibi diſſimilium expulſiua. Item ſiccitas eſt naturaliter attenuatiua. q2 ſiccitas cōſumit humiditatem quā inuenit in ſubiecto qua ꝯſumpta / ſequit̄ extenuatio. Item ſiccitas eſt ſubſtātie induratiua. q2 ꝯſumēdo humiditatē in materia efficit ipſam duram ſicut in luto ē videre / qđ ſiccatum durū efficit̄. Item ſiccitate agente in rē ſubtilem / vel aeream ſubſtantiā ſiue aqueā ſubtilior efficit̄ ⁊ rarior. ſicut videmus ꝙ flāte borea aer deſiccat̄ ⁊ rareſcit ⁊ ſubtiliat̄. Item accidētaliter pōt eſſe remollitiua. qn̄ enim ſiccitas ꝯſumit humiditatem que partiuꝫ eſt cōglutinatio / ſequitur p conſequēs partium ſeparatio ⁊ mollificatio ſicut eſt videre in ligno vetuſſimo / cuius humiditate per ſiccitatem conſumpta / ſic molle redditur / et in puluerem mollem tactui cedentē redigitur. Item naturaliter eſt aſperatiua. nam agens i ſubiecta i humiditatē quā inuenit / ꝯſumit in ſuperficie. ⁊ quam nō poteſt conſumere

Digitized by Google

induratet ita inducitur quedam in ſuperficie
inequalitas ex vacuitate depreſſa et duritie ele
uata ex qua fit aſperitas que nihil aliud eſt ꝙ
inequalitas ſecundum durum corpus. accidē
taliter tamen quandoqꝫ lenificat ſicut quādo
ex ſiccitate acuitur calor qui ſuo accidēte diſſol
uit humores. qui diſſoluti et per aliam arteriā
diſtillantes eam leniunt et humectant. Item
ſiccitas eſt mot⁹ tardatiua. nā ꝑ dominiū
ſiccitatis nimie partes aeree et aquoſe in terre/
ſtres inſpiſſantur. et ſic ſubſtantia groſſior effe
cta et grauior tardior eſt ad motum. per nimiā
enim ſiccitatem ſpiritus exinaniuntur. quorū
multitudine corpus mouebatur velocius. vn/
de eorum facta diminutione per ſiccitatem mo
uetur difficilius. Tamen eſt ſiccitas aliquan/
do accidentaliter motus adiuuatiua. quia ſicci
tas faciens motum ad centrum equaliter ducit
circumferentie partes ad medium et fit partiū
circumflexio equaliter et rotundatio. vnde qr
rotundum non habet angulos in quibus poſ
ſit impediri volubilitate ſua mobilius reddit
Preterea ſiccitas conſumendo humidas ſup/
fluitates ſpiritus ſubtiliat et depurat et veloci
ores reddit eos. nam ſi a ſuperfluitate debet
depurari quibus corpus grauabat ad motum
habilitat corpus ipſum. Item naturaliter eſt
conſumptiua. quia per hoc qđ cōſumit humo
res corpus euacuat/ et a ſuo nutrimento de/
pauperat et neceſſario inanitur. Item natura/
liter eſt deſtructiua/ qr dum humiditatem ſub
ſtantialem que materialiter ſubiectum nutrit ⁊
partes rei copulat pariter deſtruit et conſumit.
cauſa eſt qr res aīata vel inanimata deſtruitur
et diſſoluitur. Item animata corpora ſpiritua
liter deſtruit. quia ſpiritus naturales qui con/
ſtant ex fumo humido diſſoluit quando illam
humiditatem conſumit. vnde deficiente mate
ria et ſpiritu. corpus neceſſario mortificatur
vnde peſſima eſt qualitas et mortificatiua dū
excedit. Uiuificat tamen accidentaliter. nam
humores quandoqꝫ reumatiſantes ad ſpiritu
alia et meatus ſpiritus opilantes qui parati
ſunt ſuperinducere ſuffocationem. ſiccitas ſu/
perueniens vel medicina ſicca agens in illos
humores conſumit eos/ et ſpirituū vias ape/
rit. vnde rei quaſi prius morte ſequitur viui/
ficatio. Quāuis igitur ſiccitas ſit neceſſaria in
omni corpore elementato ad ſuperfluitatū hu
mide cōſumptionē/ et ipſius humiditatis coar
tationem. inſuper ad ipſius caloris remiſſi ex
citationem. mortifera tamen eſt qualitas et
peſſima quando debitam excedit in corporib⁹
proportionem. Nam peſſimas infirmitates ſo

let in corporibus īducere ac nociuas vt ptiſim
et ethicam et huiuſmodi quibus vix pōt medi
cine beneficio ſubueniri. Inſuper per nutrimē
talis humoris conſumptionē corpus excecat
et exſiccat cutis ſuperficiē contrahit ⁊ corrugat
ſenium accelerat. corpus ſuperficialiter diſcolo
rat et deformat. ſitim immoderatam prouocat
arteriaſ exaſperat et vocem impedit et rarefacit
caput a capillis ſpoliat et decaluat/ articulos
manuum et pedum contrahit et incuruat. vt ē
videre in leproſis. Sed hec dicta de ſiccitatis
effectibus nunc ſufficiant.

b Umiditas eſt elemētaris paſſiua
qualitas actiuarū qualitatum im/
preſſionibus obediens ⁊ ſubdita
actionū caliditatis ⁊ frigiditatis ſuſceptiua.
Eſt autem humiditas omnium corporum et
precipue aīatorū nutritiua/ augmentatiua
ꝯſeruatiua/ deperditorum in corpe reſtaurati
ua. Nam humore ⁊ calore omia generant. vt
dicit philoſophus. ⁊ generata nutriunt. vt eſt
videre in radicib⁹ ⁊ ſeminib⁹. Nam granū ter
re ꝯmiſſum primo oportet ꝑfundi humiditate
aquea ⁊ aerea ⁊ perincluſum calorem natura/
lem rarificari ⁊ dilatari/ ⁊ tandem actione ca/
loris humiditas reſoluta groſſiorem ſui ꝑtem
⁊ terreſtriorem terre inferius tranſmittit. quam
quidem terra in ſuis recipit viſceribus ⁊ calore
incluſo coagulat ⁊ in radicis ſubſtantiā ꝑ cō
mixtionem humidi ⁊ ſicci ꝯuertit. humiditas
autem illa radicalis derelicta ⁊ in radice ſic ꝓ/
creata. humorem quem inuenit in terra ſibi ſi/
milem rōne ſimilitudinis ⁊ in via attractiua ī
treduſi caloris ſibi attrahit/ ⁊ attractum quan
tum (ſibi ſufficit) in ſui nutrimētum conuertit.
quod aūt ſibi nō eſt neceſſarium/ ꝑ calorem il
lam humiditatem diſſoluētem ⁊ ſubtilitatem
ipſam ſuperius trāſmittit. ⁊ primo in ſubſtan
tiam germinis. deinde in ſubſtātiam ſtipitis/
vltimo in ſubſtātiam floris/ fructus/ ⁊ frondis
ſic trāſmiſſam coagulat ⁊ cōuertit. Quia igi
tur humiditas omnium illorum que vegetan/
tur nutrimentum eſt ⁊ materia/ manifeſtum eſt
ꝙ omniū vegetabilium eſt nutritiua/ ⁊ per ſui
diffuſionem ⁊ incorꝑationem in latū ⁊ in lon/
gum/ in altum ⁊ in ſpiſſum augmentatiua.
Item humiditas deꝑditorū in corꝑibus vege
tabilibus ⁊ aīatis eſt reſtauratiua. nam per ca
lorem agentem cōtinue intrinſecus ⁊ extrinſec⁹
corꝑa cōſumunt ⁊ cito perirent niſi ꝑ reſtaura/
tionem humidi reparētur. ⁊ ideo neceſſaria fu
it continua humiditatis attractio/ vt continua
fieret deperditi reꝑatio/ ⁊ ꝑ conſequens ſubie
cti reſtauratio vel conſeruatio. Eſt preterea

Digitized by Google

humiditas inferiorum conſeruatiua. nam ex
aggregatione radiorum continua in aere et in
terra tanta fieret caloris generatio/ ⁊ ſiccitatis i
ductio ꝙ aer inflāmaretur/ ⁊ terre ſupficies cō-
bureretur/ niſi virtus caloris actiua per aeris ⁊ a
que humiditatem actioni eius reſiſtentem p-
portione debita ad temperiē reduceretur. ⁊ iō
vt dicit macro. Oppoſuit deus fonti caloris
fontem totius humiditatis vt per humoris p̄
ſentiam calori oppoſitam eius violētia repri-
meretur/ ⁊ ſic mūdi machina in eſſe debito con
ſeruaretur/ alioquin a calore nimio ſubito ſolue
retur. Item humiditas partiū terre cōiunctiua
tante enim ſiccitatis eſt terra ꝙ niſi humidita-
te aque humectaretur/ quelibʒ particula ab alia
diſſolueretur. ⁊ iō fecit natura ſpongioſos mō
tes ⁊ terram cauernoſam in multis locis ⁊ po-
roſam. vt ſic fieret rōne vacui aeris ⁊ aque for-
tis attractio ad adiuuandū ſiccitatis mitigatō
nem/ partium terre ſepabiliū vnionem. Unde
quod facit ſanguis currens p venas in corpe/
idem facit humiditas in venis terre. rigat eni
terre ſiccitatem ⁊ eam diſponit ⁊ habilitat ad
fecunditatem. Habet autem humiditas quoſ
dam pprietates ⁊ effectus primas ⁊ natura-
les. quaſdam vero ſecūdarias ⁊ quodāmodo
caſuales. ſicut ⁊ alie qualitates. Eſt enim hu-
miditas naturaliter labilis ⁊ fluxibilis male i
ſe terminabilis. ſed tamen ſiſtit termio alieno
vt dicit phus. A centro enim ad circūferentiā
eſt motiua. vnde ⁊ ſe diffundendo ſub rectitu-
ſuū totaliter defluendo diſſolueret/ ſi ei aliqd
non obſiſteret quod eius fluxibilitatem per re
ductionem prium ad centrū terminaret. vnde vi
demus fluctꝰ maris p harene ſiccitatem in ma
ris littoribus a ſuo confluxu compeſci ⁊ in ſe
quodāmodo reuocari. Item naturaliter molli
tiua eſt. partes enim materie duras ⁊ ꝯpactas
p ſui ſubtractionem ⁊ diffuſionem relaxat ⁊ ra
rificat ⁊ remollit. Eſt tamen induratiua accidē
taliter. ſicut videmus in gibbis ⁊ etiam in apo
ſtematibus quibuſdā in quibus ꝯfluūt humo
res frigidi/ ⁊ ex frigiditate ptes humidas ad cē
trum repercutiente ⁊ ꝯdenſante indurant/ ⁊ in
ſclirofim. i. duriciam ſepius ꝯmutatur. Item
etiam ꝯtingit ex nimio calore ptes liquidiores
cōſumente quibus cōſumptis ptes groſſiores
ꝯpinguntur pitter ⁊ indurant. Itē naturaliter
eſt mūdificatiua. nam ſua remollitione ⁊ prius
p quas diffunditur ab inuicē laxatione partes
ſordidas diuidit ⁊ diuiſas lubrificando remo
uet ⁊ abſtergit. vt patet maxime in ipſa aqua
que ſubſtantialiter humectat ⁊ maxime eſt ſor
dium purgatiua. ⁊ hoc maxime ſi ſubſtantiali

humiditati caliditas cooperetur. vt patet i ni
tro ⁊ furfure in radice blonie ⁊ etiam in ſapone
⁊ in medulla fabe ⁊ in cōſimilibus que omnia
ſordes faciei ⁊ totius corporis mundificant ⁊
depurant. Item quia de ſe motuʒ habet a cen
tro ſiue medio ad extrema/ cum ille motus ex ſe
nō ſit fortis multuʒ/ ſed reſpectu caloris ſit ob
tuſus. Eſt ſiquidem ſui in latum principaliter
diffuſiua. in altum vero ſine calore nō eſt mul-
tum quantum eſt de ſe extenſiua. ſed quādoqʒ
calor in ipſa dominatur/ ⁊ in ipam obediente
materia humida opatur. tunc in omnem ptem
ſed maxime in altum ⁊ longum vi caloris ſur-
ſum eleuante ⁊ vſqʒ ad extremitates diffunden
te erigitur ⁊ ptelat. Corpora vero in quibus
predominat calor ⁊ humor temperatus natu-
raliter ⁊ generaliter ſunt altiora ⁊ lōgiora ⁊ eti
am graciliora ꝙ illa in quibus exiſtente humi
ditate multa ⁊ dominante calore puo ⁊ remiſ
ſius opante cauſa contraria inuenit. ⁊ ideo ho
mines calidi vt coleria obediente humore ſub
ſtantiali caloris actioni ſunt alij. ſ. flegmaticis
longiores ⁊ in omibus extremitatibus corpo
ris (alijs paribus ⁊ circūſtantijs cōcurrentibus
hinc inde equaliter in gracilitate ⁊ longitudie
aptiores. vbi autē eſt calor multus ⁊ humor
multus nō tamen actioni ignee virtutis ſuper
fluus aut diminutus/ ſed congruus ⁊ menſu-
ratus/ corpa in omni dimenſione fiunt magna
lata/ ⁊ longa. Alta enim ſunt pper calorē ſub
tiliores ptes humiditatis ad ſumitatem deferē
tem. Lata autem fiunt ⁊ ſpiſſa propter virtu-
tem caloris ptes groſſioris humiditatis ad ſin
gulas partes inferiores ſecūdum ſui exigentiā
vndiqʒ diffundentem/ ⁊ partem parti ſm con-
gruentiam nature adunātem. Itē humiditas
eſt naturaliter lenificatiua. nam ſui circūfuſio-
ne p extrema rei omnes partes vacuas replen
da ad equalitatem pducit/ ⁊ ſic rei ſuperficiem
complanando ⁊ adequando eam leuem facit
Accidentaliter tamen quandoqʒ exaſperat. ſi-
cut quando aliquo caſu ſimul calidi ⁊ frigidi
humores ad aliquē locum confluūt ⁊ concur-
runt. calidi quidem in ꝯmuni ſuperficiē rei ele
uant/ frigidi quoqʒ deprimūt. ⁊ ſic ex cōtrarijs
humoribus contrarietas ⁊ inequalitas aſperi
tate quadam corpis in ſupficie generatur. Itē
humiditas ſi fuerit ſm nature exigentiā in cor
pore commenſurata/ omnium actionum aīe
⁊ corporis eſt adiuuatiua. Nam ex humoribꝰ
ſpūs regitiui generantur ⁊ in eſſe conſeruantur
ſpirituum quoqʒ virtutes ſuos effectus in ſin-
gulis organis corporis ſenſitiuis ⁊ motiuis p
humorum miniſterium operantur. vt patet in

virtute viſiua/que mediante humore criſtallino viſum in oculo operatur. ſimiliter virt⁹ guſtatiua nunq̄ ſine humore ſaliuali inter ſapores diſcernere arbitratur. ⁊ ſic de alijs. Naȝ humiditate ſubſtantiali deſtructa in corpe vel corrupta/tota aīme actio pariter erit impedita. Si.n. fuerit in toto corpore vel in aliqua parte corporis ſupefluitas humida ſic abundās φ nō poſſit regi a natura/ principiuȝ eſt ⁊ materia putrefactionis/⁊ generat in corpe grauiſſimas paſſiones. vt patet in apoplexia in qua ſupflua humiditas ſic occupat omnes ventriculos cerebri φ nō permittit per neruos ſenſibiles ſpiritum aīmalem ad ſenſificandum corpus ⁊ mouendum deferentes aīam in corpore ſuas peragere actiōes imo aufert corpi ſubito ſenſuȝ atq̄ motum ⁊ tandē inducit ſuffocationem atq̄ mortē. ſicut dicit galie. in cōmen. ſuper amploriſ. exponēs illud verbum hypocratis. Soluere apoplexiam fortē impoſſibile eſt. debileȝ vero nō facile ⁊c. ſflegmatica enim humiditas occupans totā cerebri regioneȝ opilat meat⁹ neruorum vnde nō pōt deferri ſpūs aīmalis ad īferiora immo interdudit anhelitus ⁊ vita finitur. Hec aūt humiditas peccat quādoq̄ ī quātitate quandoq̄ in qualitate. ⁊ hec aliquādo a cauſa intrinſeca aliquādo ab extrinſeca. ſicut a mala complexione qn̄ nociua humiditas radicatur in membris ⁊ nō poteſt a calore naturali diſſolui ⁊ ꝯſumi nec a ſua malicia immutari. Talis itaq̄ humiditas in diuerſis locis corporis diuerſas inducit infirmitates. Ut patet in epilepſia quādo ꝓcedit ex vitio capitis. ⁊ in hydropiſi quādo ex mala cōplexione generat̄ epatis. Item a cauſa extrinſeca ſicut a rebus que a ypo. ⁊ gali. vocantur res nō naturales q̄les ſunt aer/cibus/⁊ potus. ſompnus ⁊ vigilie. inanitio/⁊ repletio. exercitium atq̄ quies. Hec enim oīa ſi fuerint aſſumpta ſecūduȝ exigentiam nature humiditatem ſubſtātialem generant ac conſeruant ⁊ ꝑditam reparāt ⁊ reſtaurant. Si vero cōtrario modo ſumpta fuerint contrarium effectum habēt. nam humiditatem in naturalē generāt ⁊ augmentāt ⁊ n̄aturalem corrumpūt/alterant/⁊ immutant. vt patet. Nā vt dicit galie. in amphoriſ. hypocratis ꝑticula iij. ſup locum illuȝ. Immutationes temporū maxime generāt morbos ⁊c. Tempora (inq̄t) anni nō ſunt cauſa morbi/ ſed mutationes cōplexiōis ipſius tpis quādo. ſ. complexio aeris que deberet congruere tempori in oppoſitam commutatur ſicut quando complexio veris deberet eſſe calida ⁊ humida efficitur ſicut in autūno frigida atq̄ ſicca ⁊ ecōuerſo. ⁊ ſic de alijs.

Naȝ ſi fuerit vernalis generaliter frigidus ⁊ ſiccus. ⁊ ꝓceſſerit aer in hyeme quaſi vernalis. ſ. calidus ⁊ humidus/neceſſe eſt multos in vere egrotare/⁊ etiam mulieres pituras occaſione facili abortire. ⁊ hec eſt rō galie. quam aſſignat q2 ex humiditate ⁊ caliditate hiemis precedentis multa fiebat humiditatis in corporib⁹ generatio ⁊ flegmatis coadunatio. Aer vero in inicio veris ſi fuerit frigidus ⁊ ſicc⁹/claudit poros ⁊ nō ſinit fumos exalare. vnde retento calore/diſſoluit humiditatem illam ſupfluā in hieme generatā. ⁊ cū calor ſit debilis ⁊ non poſſit eam ꝑfecte digerere nec ex toto conſumere trāſmittit eam ſic indigeſtam nūc ad ſuperiora mēbra/⁊ nunc ad inferiora vbi coadunata ſic cauſa eſt diuerſaruȝ paſſionū. vt ſi aſcendat ad caput/pōt eē cauſa reumatiſ ⁊ catarri. ſi vero ad inteſtina/⁊ fuerit flegma ſalſum mortificando inteſtina/inducit differentiam ⁊ ſic de alijs. Illa eadem ratio pōt eſſe aborſus in mulieribus. quia humiditas illa defluens ad matricem aggrauat illam ⁊ remolliendo retinacula fetus ac relaxando eſt cauſa abortiendi. Aliaȝ autem cauſam ibi aſſignat auicē. Et ſic de alijſ paſſionibus aeris ⁊ temporis intelligendum eſt φ mutat hūiditatis q̄litateȝ vel calore īmoderato nimis diſſoluendo vel nimis conſumēdo/ſiue calore remiſſo ſuperfluitates eius non euacuādo. ⁊ ſic intelligenduȝ eſt de aere nimis frigido poros claudente/humoreſq̄ plus debito conſtringente. Sed de aere frigido ad p̄ſens hec dicta ſufficiant.

d Cibo vero ⁊ potu patet. Nam ꝑ debitā nutrimēti cibi ſcilicet ⁊ pot⁹ ſubtractionē humiditas ſubtrahit̄ ⁊ calor inducta ſiccitate intenſior efficitur non inueniens in quid agat ad ſubſtantialem hūiditatem ſe conuertit in quam agendo ipſam nimis attenuat vel conſumit. Et ecōtrario ſi cib⁹ vel potus fuerit immoderatus/ humiditas nimis intenditur/⁊ calor naturalis debilitatur: q2 non ſufficit ad digerendum facit tamē calor quod poteſt. Nam aliquid reſoluit ex illo ſupfluo cibo ſumpto. Illud autem reſolutum cuȝ ſit fumoſitas groſſa ⁊ indigeſta/petit cerebruȝ ⁊ pertinens eius miringas ſeu tuniculas grauiter eas ledit ⁊ aliquando emigraneam vel aliam capitis paſſionem peſſimam excitat ⁊ inducit. Aliquando etiam radices neruorum ſenſibilium fumoſitas malicioſa tangit/⁊ ſuo acumine ſiue fumoſitate ad intima ipſoruȝ neruorum penetrans ſpiritum animalem ibi exiſtentem impedit atq̄ ledit. vnde ⁊ ſubſtantiam/⁊ rōnis vſum perturbat/⁊ linguam rationis in-

Digitized by Google

terpꝛetem titubando contrahit ꝛ peruertit. vt
pateti ebꝛijs. Motuꝫ etiam voluntarium ſepi
us retardat vel penitus deſtruit. vt patet i tre/
mulis ꝛ in paraliticis (nec mirum.) Nam virt⁹
coꝛpoꝛis regitiua que ſita eſt in neruis ꝛ muſcu
lis quando neruum ſiue mēbꝛum quod ſic eſt
depꝛeſum regere ꝛ erigere ſatagit ꝛ intendit/ ſꝫ
pꝛeualens ille acutus fumus ꝛ reſiſtens virtu/
tem naturaleꝫ vincere cupiens membꝛuꝫ deoꝛ
ſum depꝛimere nititur ꝛ contēdit. Unde ex iſto
duplici motu cōtrario (vno.ſ.) eleuante ꝛ alio
depꝛimente membꝛoꝝ tremoꝛ ſepius generat̄/
ꝛ tandem victa totaliter virtute regitiua moꝛs
vel paliſis in talibus dominatur. ꝛ ideo opti/
mum eſt couſilium ſapientis qui dicit. Ne te ef
fundas (inquit.) ſuper omnem eſcam. quia in
multis eſcis infirmitas grauis ꝛc. Item idem
malum generat in coꝛpoꝛe ſomnus immodera
tus. Nam in ſomno remittūtur virtutes ꝛ actio
nes animales ꝛ interius naturales intendunt̄.
vnde clauſis poꝛis foꝛinſecus caloꝛ intrinſecus
cōfoꝛtatus multos humores attrahit. quos q̄/
dem nec digerere poteſt/nec cōſumere. ꝛ tunc ꝓ
ualente tanta ſupfluitate quam non pōt natu/
ra regere ſequitur neceſſario moꝛs ꝛ ſuffocatio.
ſicut eſt videre ſepius in doꝛmientibus poſt ac
ceptam medicinam/ ꝛ etiam in minutis. In vi
gilantibus autem nimis cauſa contraria ope/
ratur in quibus nimia fit ꝛ humoꝛum ꝛ ſpiritu
um conſumptio. vnd̄ ꝛ moꝛs iterum cōminat̄
Item eadeꝫ ratio ſuffocationis et in nimis re
pletis/ ꝛ eadem ratio defectionis eſt in ieiunan
tibus ſupꝛa vires ꝛ nimiū manitis. Item qui
nimis ſe exercitant ꝓ nimiam caloꝛis intenſio/
nem humoꝛes nimis conſumentem ſe deſtruūt
ꝛ conſumūt. In nimis vero quieſcentibus cau
ſa eſt cōtraria. quia ī ipſis magna ē ꝛ immode
rata humiditatis attractio ꝛ nulla ſuperfluitas
euapoꝛatio/ nec ſpirituū ſubtiliatio. ꝛ ideo ne
ceſſario humiditas ſupfluitas diſponitur ad
putrefactionem ꝛ coꝛruptionem. Iſtis ꝛ alijſ
mōis īfinitis q̄litates elemētares ī ſuis natura
Quies aũt eſt ceſſatio ab exercitio ꝛ labore. Sicut.n.neceſſaria ẽ ad nature ꝯuerſationem exercitatio/ſic ꝛ quies. Nã quies finis ẽ ꝛ ꝯſummatio motus ꝛ laboris.ſine.n.quiete nihil finalit̃ eſt durabile. qꝛ qḋ caret alterna requie/durabile nõ eſt vñ celum qḋ maxime ẽ mobile/ſuo motu tendit ad quietẽ.ſil̃r ſol ꝛ luna/ſydera/ignis/aer/aqua/ꝛ oĩa alia que ſ̃m naturã ſunt mobilia/tẽdunt finalit̃ ad quietem.vt dicit Aug. Quies autẽ naturalit̃ hꝫ inclinationem ad centꝝ.ꝛ iõ ꝑnc̄ipium eſt ꝛ diſpõ aggregationis ꝛ adunatõis ꝑtium in loco ſua.ꝛ ideo oĩa q̄ ſunt ordinata ſ̃m naturã ad quietẽ/nobiliora indicant̃ ꝛ digniora qñ ſunt finalit̃ in quiete/q̄ꝫ qñ ſũt ĩ motu.ſicut ꝛ finis dignioꝛ eſt his/q̄ ſunt ad finem. Quies aũt ꝓut opponit̃ exercitio tot modis ꝯſiderat̃ quo ad effectũ quot ꝛ ipm exercitium. Alia.n.eſt ſpũalis/alia corꝑalis.quoꝝ vtraq̄ ſi fuerit nature ꝯmenſurata/erit ſalutifera aĩe/ꝛ corꝑi ꝛ ſanitat̃ hominis ꝯſeruatiua. ſi autẽ nõ/ecõuerſo. Itẽ quies aliq̄ñ eſt nimia. ꝛ hec eſt maloꝝ humoꝝ generatiua/nutritiua/multiplicatiua/corruptionis inductiua. Nã aque qñ nimis quieſcũt/putreſcũt.ſic ferꝝ ꝛ quodlibet metallũ rubiginat̃ qñ nimis debito vſitat̃. Alia eſt nimis ꝑua.ꝛ h̃ ſimilit̃ eſt vitioſa.qꝛ naturam laſſam nõ recreat/debilitatẽ nõ repat/ꝯſumptam nõ reſtaurat. Mediocris aũt inter h̃ eſt laudabilis.nam calorẽ naturalẽ ꝯfortat ſenſum recreat/digeſtionem emẽdat/corpus mediocriter purgat. Item quo ad q̄litatem quies alia eſt vera. ꝛ h̃ eſt laudabilis ſi nõ ſit nimia/alia nõ vera.vt in febribus vel febricitantibus.ꝛ h̃ minus laudabilis eſt.ſicut poſt dicetur.

Finit Liber Sextus.

Incipit Liber Septimus de infirmitatibus.

Oſtquã completiimus auxiliante deo tractatũ de illoꝝ ꝓprietatibus/que hominuꝫ naturã ꝑficiunt/⁊ cuſtodiunt/ dicendum eſt de his que contra naturam ſibi accidunt/eiuſqꝫ naturam deſtruunt ⁊ corrumpunt. Tria.n. ſunt que hominis naturam ledunt.ſcꝫ cauſa morbi ⁊ ipe morbus/⁊ accidens ſequẽs morbum. Cauſa morbi eſt id vnde ꝓuenit malum ⁊ innaturalis in corpore diſpoſitio/ſicut ẽ mala complexio/nimia repletio/vel inanitio/virtutis defectio/qualitatis alteratio/⁊ continuitatis diſſolutio/omnia.n.iſta cauſa vel occaſio morborum ſunt. Morbus autem ſꝫm Johannem eſt res ex quo accidit complexioni corporis leſionis nocumentum.ſicut eſt febris apoſtema ⁊c. Accidens eſt res ſequẽs ad iſtã introductam in corpore paſſionem ſiue ſit contraria nature.vt dolor capitis in cephalica.ſiue non ſit contraria ſicut in peripleumonia rubor accidit in maxilla. Bona autem corporis diſpoſitio dr̃ ſanitas per quam corpus hominis in ſua complexione ⁊ compoſitione tale exiſtit/vt ſuas libere ⁊ perfecte pagat actõnes.ab hac temperantia ſi fuerit natura lapſa/incidit neceſſario in egritudinem ⁊ in morbum. Nam ex diſtemperantia ⁊ inequalitate humoꝝ accidit morbus ꝯſimilis.vt eſt febris/hydropiſis/⁊ huiuſmodi. Ex mala ſꝫo diſpoſitione mẽbrorum/incipit morbus diſſimilis.vt in oculo obtalmia/vel in manu arthetica. Ex mala ſꝫo diſpoſitione vtriuſqꝫ ꝓuenit morbus vniuerſalis/ſicut eſt elephantia/ſiue lepra. Omnis.n. morbus vel eſt conſimilis/humores ⁊ alia mẽbra conſimilia inficiens.vt febris ⁊ cõſimilia: vel eſt officialis/qui membra officialia impedit vel eſt vniuerſalis/qui naturã internus ⁊ exterius deſtruit ⁊ corrumpit.

De dolore capitis.

Eiſtaꝝ itaqꝫ infirmitatũ ꝓprietatibus.ſ.de eaꝝ cauſis/effectibus/⁊ ſignis/⁊ remedijs aliq̃ ſunt dicẽda.nõ q̃dem de omibus/ſꝫ ſolum de his que in diuina ſcriptura gñaliter exp̃mũtur.⁊ ideo de ordine ꝓſequẽdi nõ eſt hic curandum. Primo igiť de paſſionibus capitis ẽ inchoandum Iſaie.i. Omne caput languidũ ⁊c. Dolor capitis (vt dicit ꝯſtan.) cephalea diciť ⁊ ꝓueniť duobus modis. aut ab exterioribus vt ex paſſione vel ex calido aere diſſoluẽte.vel ex frigido aere ꝯſtringente. Secundo mõ.ſ.ab interiori ꝓuenit vel ex cauſa priuata vel ex remota. Ex priuata/que aliunde q̃ ex capite nõ ꝓuenit/aut ꝓuenit ex cauſa remota. vt a ſtomacho.⁊ ſi ſit dolor ex cauſa priuata/vel ex vitio ſolius qualitatis maxime frigiditatꝭ vel caliditatis.aut ex vitio humorum vtpote ſanguinis/flegmatis ⁊c. que dolor ſi ſit interpolatus/modo veniens mõ recedens/ſignũ eſt q̃ eſt a ſtomacho. Unde Galienus.ſi dolor ẽ in capite nulla certa cã extrinſecus veniente/acuti humores g̃uant ſtomachum. Si vero eſt ſine intmiſſione/ex humoribus eſt ſi ex ſanguine/calorem patiť in capite/g̃uitateꝫ in fronte.quia anterior pars capitis ſedes eſt ſanguis. oculi rubeſcunt/faciei vene ſunt plene. Si vero ex fumis colericis/calor ſentiť in naribus ſiccitas/in lingua vigilie ⁊ ſitis non deſunt/maior in dextra ſentitur dolor q̃ in ſiniſtra. quia ibi colere ſedes eſt.facies cum oculis eſt citrina.amaritudo ſentiť in ore. Si vero fuerit ex melancolia/in ſiniſtra pte erit dolor intenſior cum frigore/vigilijs/grauitate/facies erit liuida quaſi cerei coloris/oculi concaui/ſollicitudo/oris aceroſitas. Si vero fuerit ex flegmate/ſequiť dolor grauatiuus.per os ⁊ nares exit ſupfluitas ⁊ quandoqꝫ cum tuſſi ⁊ g̃ui ſpiritus attractione ⁊ querela.facies pallida ⁊ ſubtimida/oculorum lippitudines/oris inſipiditas/dolor a pte poſteriori maior eſt.ibi.n.eſt ſedes flegmatis.vnde Galienus in libro inſtitutionũ. Noſcere oportet caput diuidi in quatuor partes. Nam ſanguis in fronte dominať/colera aũt in dextra/melancolia in ſiniſtra/flegma vero ĩ occipitio dominať. Iſtis ⁊ alijs mõis plurimis accidit dolor capitis/ſicut ex acumine fortis vini cuius fumus pũgit pelliculas cerebri/⁊ grauem infert capiti paſſionẽ. (huiuſqꝫ ꝯſtan.)

De paſſione capitis.

Patitur aũt caput dolorem quendam interiorem/quem phiſici (vt dicit cõſtantinus) vocant emigraniam.⁊ hic dolor (ſꝫm conſtantinum) moleſtiſſimus eſt. Sentit.n.in capite quaſi malleationem ⁊ percuſſionem/non poteſt pati ſonum/nec vocem/nec lumen/nec ſplendorem/⁊ h̃ dolor eſt ex fumo colerico ⁊ calido cum ventoſitate. Et ideo ſentit puncturam/arſuram/⁊ tinnitum.

Patiť etiã caput ſpecialiť in cute exterius pu/
ſtulas ⁊ ſcabiẽ.ſaniẽ ad modũ mellis emanã/
tem.⁊ ideo talis ſcabies a ꝯſtan.vocať fauus.
hñt.n.puſtule modica foramia ex quibꝰ hues
egrediť qĩ fauus.⁊ ꝓuenit ex humore vitioſo.
⁊ viſcoſo vſq ad cutẽ capitꝭ ſupficiem ꝑtingen
te ⁊ vlcerãte. Itẽ patiť caput quãdã pueris
familiarẽ paſſionẽ/quã ꝯſtan.vocat ſquamaꝫ
nos aũt eam dicimus tineã/eo ꝙ ad modum
tinee ſupiorẽ cutẽ capitꝭ corrodit ſubſtantiam ⁊
ꝙ inſepabiliť tenet eam.talis.n.paſſio pruri/
tum in capite generat imoderatũ.de quo pruri
tu poſt ꝯfricationem quedam ſquame dilabũ
tur. Hec paſſio ſepe euenit infantibus ꝓpter
abundanciam ſanguinis ⁊ mollicẽ ipius cutꝭ
⁊ abundantiã cibi amplioꝛ. His(vt dicit con
ſtan.)cibos ſubtrahimus.⁊ tũc humore vicio
ſublato/vnguẽta ⁊ alia remedia adhibemus.
Summũ aũt lactantibus(vt dicit idem ꝯſtan
tinus)eſſe remediũ/vt apꝰ retroſum in auricu
lis venis ſanguis extrahať/⁊ extus ſup locũ do
loris calidus ponať/⁊ locus inungať.quia po
ros caliditate ſua ⁊ ſubtilitate apit/⁊ ſubintrã
do materiam diuidit ⁊ cõſumit/⁊ qꝛ capilloꝝ
radicibus illa ſquamoſitas adhere conſueuit.
ſanari de facili nõ poteſt niſi radicitꝰ de capi/
te ſubtrahať.ꝗ paſſio ſi inueterata fuerit/vlte/
rius vix ſanať/vix etiã tinea ſanitati ſic reſtitui
tur/ꝗn ſp poſt in capite veſtigiũ relinquať.
Item patiť caput exterius diſpẽdium in orna
tu/qñ vel capilli capitꝭ defluũt/vel calueſcunt
ſicut.ꝭ.li.v.dictum eſt de capillis.qre ibi dili
genter. Item patiť caput in ſuis capillis quã/
dam corroſionem ⁊ indecentiam/quã medici
vocãt furfuriſcam. Nã aliquotiẽs quedã ſqua
me ḡnis furfuribus ſimilime oriunť iuꝰ radi/
ces capilloꝝ in capite.⁊ h̄ vel ex vitio cerebri/
vel ex vitio fumi egredientꝭ a capite ad nutritu
ram capillorum. Sed h̄ immundicia mũdifi/
catiuis ablutionibus ⁊ medicinis diligẽtius
eſt abluẽda.ſicut ⁊ pediculi ⁊ furiones ⁊ qĩ in
ſenſibiles ꝟmiculi quibuſdam neceſſarijs me/
dicaminibus ſunt de regimine capitꝭ ammouẽ
di. Capitꝭ paſſionibus ſupra dictꝭ ſic(ſm con/
ſtantinum)breuiť ſubuenitur. Si acciderit do
lor ex humoris vitio ſicut ex ſanguinis vel al/
terius humoris repletione ſanguinẽ de cepha
lica extrahimus debitꝭ ⁊ ꝯgruis medicinis cor
pus mũdificamus/ꝓpue ſi in ſtomacho ma/
teria fuerit/vomitum ꝓuocamus/⁊ ꝯuenienti
medicina educimus.mundificato corpe/caput
manus/pedes/aqua tepida ꝑfũdimus vt po
ri aperianť/⁊ fumi facilius euaporent. Si do
let pars poſterior venam latam in frõte aperi/
mus/⁊ ſanguinem extrahimus.⁊ ꝓdeſt(vt di
cit ꝯſtantinus)vel tibias inferius ſcarificamꝰ/
⁊ ſic humores ⁊ fumus ⁊ ſpiritus qui cã ſunt
doloris a capite ad inferiores ptes reuocantur
Si ꝟo pars anterior dolet fluxum ſanguinis/
a naribus ꝓuocamus.⁊ ſi fuerit humor calidꝰ
⁊ colericus/frigidis occurrimus medicis/tym
pora/nares/⁊ venas pulſatiles/aqua roſacea
cum lacte mulierꝭ maſculuꝫ nutrientꝭ inungimꝰ
⁊ ſomnum ꝓuocamus. Si ꝟo materia fuerit
frigida ⁊ viſcoſa in ſtomachi orificio poſita di
geſta materia damus colaturam vomitus pa
triarche.ſic de fundo ſtomachi conuenienti eam
educemus mediana fouemus mediocriter vti
mur calidis/⁊ vnguentis. dietam mediocriter
calidam adhibemus/⁊ ſic cõtraria ꝯtrijs cura/
mus. Si vero fuerit dolor capitis ſine humo
ris vitio excessu alicuius qualitať/tunc patiẽs
non indiget purgatione/ſꝫ potius alteratione
qualitatibus ergo peccantibus/adhibemꝰ ꝯ/
nas qualitates. Si vero fuerit dolor ex nimia
cibi vel potus repletione/ſicut accidit nimiuꝫ
crapulatis optimum remedium eſt aquam ca/
lidam bibere in maxima quantitate/⁊ tũc mo
dica mora impoſita vomitum ꝓuocare. Forti
oribus ſi vis vti medicinis/recurre ad viaticũ
conſtãtini. Sapientis induſtrie h̄ ſufficiãt.

De catarro ⁊ fluxu capitis.

Iudith.viij. Ceſſit eſtus ſuper caput
manaſſe/⁊ mortuus eſt ⁊c. Cauſa ac
celerationis mortis manaſſe fuit im/
moderatus fluxus reumatis in capite ad inte/
riora defluentis/ex violentia eſtus ⁊ caloris/
humores capitis diſſoluentis(vt tangit herñ.
talis.n.fluxus a medicis dĩ catarrus. Et fit in
capite multis de cauſis. Quandoq ex calidi
tate aerꝭ humores fluxibiles diſſoluentis.quã
doq ex frigiditate eiuſdem cerebrum ꝯſtringẽ
tis/⁊ partes liquidiores educentis.quando/
q ex abundantia humorum p incõtinentiam
effluentium ex interiori calore diſſoluente vľ ex
frigiditate comꝑmente vel exꝑmente.aliquan
do ex humiditate lubricante/quãdoq ex hu
morum liquiditate ⁊ fluxibilitate ſe diffunden
te/quandoq ex debilitate ꝟtutis retentiue.
Fluxus autem ꝓueniens ex humorum nimia
abundantia/talia habet ſigna.habitudo cor/
poris pleтorica eſt ⁊ repleta.facies eius ſub/
tumida/oculorum eminẽtia ſupfluitatum oris
⁊ narium abundantia cum corporꝭ grauitate.
Caloris diſſoluentis h̄ ſunt ſigna.color in fa
cie rubeus cum rubore venaꝝ/maxie in oculis

fluxus lachrymarum calidarum/mortificantium
oculos/⁊ calefacientium ipſas autem calor ſen
titur in profundo. Frigiditas conſtringẽs his co
gnoſcitur ſignis. Color faciei eſt pallidus /la
chryme frigide/ frigus ſentit in profundo. Si
vero fiat ex liquiditate humorum/ cogſcit per multitu
dinem ſuperfluitatum ab ore ⁊ naribus ⁊ earum
fluidam ſine coherentia diſtillationẽ. Si igit
ſuperfluitas eſt in cauſa/ curat ſuperfluitatis edu
ctionem/maxime ſi ad ſpiritualia fiat fluxus/
⁊ per humoris fluidi conſtrictionem. Si.n. fuerit
fluxus frigidus ⁊ humidus/maxime valẽt in
contrarium calida ⁊ ſicca/ Conſtrictiua humoris ⁊
conſumptiua. ſicut laudanum/thus /ſtorax/caſto
rium. Si autem fuerit calidus/ reſtringat per fri
gidorum fomentationem /per roſarum in aqua plu
uiali decoctionem /⁊ ſubfumigationem /⁊ ipſa
rum roſarum ad foramina narũ applicationẽ
Attendendum eſt autem quod quãdiu catarrus ẽ
in vehementia fluxus multũ expedimentum ẽ ap
ponendum/nullũ fomentum adhibendum /qz
maior fieret diſſolutio. vt dicit conſtan. nec aquã
debes capiti infundere/niſi forte aquam roſa
ceam vel ſalicis/vbi caliditas eſt in cauſa.

De freneſi.

b Eutro. xxviij. Percutiet te furore /⁊ a-
mentia/⁊ ſtupore ⁊c. furorẽ vocat fre-
neſim/quã ſic deſcribit conſt an. Frene-
ſis inquit eſt calidũ apoſtema in quibuſdam ce-
rebri pelliculis/quam ſequunt vigilie ⁊ alie-
nationes. vñ a frenibus /id eſt a pelliculis cere
brum obuoluentibus freneſis dr̃. Accidit autẽ
duobus modis. vel ex colera rubea proprio co-
lore ⁊ febrili leuiata/que furioſa effecta rapit
ſupius per venas /neruos /⁊ arterias. ⁊ colli-
gitur ad apoſtema. ⁊ fit vera freneſis. Vel fit ex
fumo a corpore ad cerebrum aſſcendente ⁊ perturbã
te/⁊ fit parafreneſis. i. freneſis non vera. Pa-
titur freneticus terribilia accidentia. ſ. ſitim ni-
miam ſiccitatem /lingue nigredinem /⁊ aſpita
tem moleſtationem /⁊ anguſtiam nimiam/ſin
copim propter defectum ſpũum ⁊ mutationem ca
loris naturalis in non naturalem. fit. n. rubeus
ſi ſanguis citrinus ſi colera eſt in cauſa. Acci
dit autem hec paſſio calidis ⁊ ſiccis in tempore
eſtiuo. ⁊ hec omnia colore cooperant. parafre-
neſis vero que generat ex aliorum membrorum
colligantia vt ex apoſtemate ſtomachi vel ma
mille. His membris in ſtatum primum redeunti-
bus/redit cerebrum ⁊ pafreneſis tunc curatur
Sed cum poſt apoſtema ſit in ſubſtãtia cerebri
tunc freneſis peſſima eſt/⁊ moleſtiſſima. ⁊ ideo
periculoſiſſima. Signa vero freneſis ſunt vri
ne diſcoloratio/mathimatice febris inſania.
vigiliarum inſtantia/oculorum nobilitas/⁊ exten-
ſio diſſoluta. manuum proiectio/capitis commo
tio/dentium frendor/⁊ colliſio. ſemper volũt ſur
gere de lecto/modo cantant /modo rident/mõ
plorant ſe cuſtodientem/⁊ medicantem libent
mordent atque lacerent. raro ſilent. multum cla-
mant. hij periculoſiſſime egrotant ⁊ tamen ſe
egrotare nunc ignorant. Cito igit his ſubueniẽ
dum eſt ne pereant. ⁊ hoc tam in dieta quam medi
cina. Dieta enim debet eſſe tenuiſſima mica
panis/que in aqua pluries eſt abluta. Medi
cina eſt. vt in principio caput infirmi abradat
⁊ cum tepido aceto abluatur. in loco obſcuro
bene teneatur vel ligetur. diuerſi vultus ⁊ pi-
cture coram eo non oſtendantur ne in ſania for
tificetur vel irritetur. ſilentium circumſtantibus
indicatur. ſuis ſtultis verbis non reſpondeatur
In principio de medicina/vena frontis minu
atur/quantum poteſt teſta oui capere ſanguis
extrahatur. ante omnia in principio/ſi virtus
⁊ etas permiſerint de cephalica minuatur. me
dicina autem eſt digeſtio procuranda. ⁊ cole-
ra extinguenda. ſuper omnia vnguentis ⁊ fo-
mentis ſomnus prouocetur. cum pulmone por
cino/vel pecorino caput raſũ ſepius cathaplaſ
metur. tympora ⁊ frons cum ſucco lactuce/⁊ pa
paueris liniantur. ſic his communiter exhibitis
ſi adhuc perſeuerat inſania. per tres dies cum
inſomneitate ⁊ vrine diſcoloratione/non eſt
de conualeſcentia ſpes habenda. Si vero inci
piat colorari ⁊ mala ſigna minui. ſperandũ ẽ

De amentia.

a Mentia idem eſt quod inania. Eſt
autem inania ſecundum pla. infe
ctio anterioris cellule capitis cum
priuatiõe imaginationis. ſicut me
lancolia eſt infectio medie cellule capitis cum
priuatione rationis (vel vt dicit conſtã. in li.
de melancolia) Melancolia eſt inquit ſuſpe-
ctio dominans anime quam timor eſt triſticia
induxerunt. Et differunt paſſiones iſte ſecun-
dum diuerſitatem leſionis operationum quia
in inania principaliter leditur ymaginatio. in
alia vero ratio. Et generãtur he paſſiones ali-
quando ex cibis melancolicis. aliquando ex
potatione fortis vini exurentis/⁊ incinerantis
humores. aliquando ex anime paſſionibus. ſ.
ſollicitudie/triſtitia /nimio ſtudio ⁊ timore. ali
quando ex morſu rabidi canis. ſiue alterius a-
nimalis veneноſi. aliquando ex corruptione

aeris peſtiferi ⁊ infecti. aliquando ex malitia
humoris corrupti dominantis in corpore ho/
minis ad talem infirmitatem pparati. Secun/
dum autem diuerſas cauſas diuerſa ſūt ſigna
Nam quidam clamant. ſaltant. ſe ⁊ alios vul
nerant. ⁊ in latebris latitant. de quorum diſpo
ſitione ⁊ differentia ſupra habitū eſt li. v. vbi
agitur de cerebri paſſione. horum medicina eſt
vt ligentur/ vt a ppria vel aliena ceſſant leſio
ne. maxime ſunt tales recreandi ⁊ a ſollicitudi
nis ⁊ timoris cauſa ⁊ materia amouendi. ⁊ in/
ſtrumentis muſicis letificandi. mediocriter ex/
ercitandi. ⁊ tandem ſi purgationis ⁊ electua/
ria non ſufficiant arte cirurgica ſunt curandi.

De litargia.

D Eutero. xxviij. percutiet te cecitate
alia littera ſtupore. Et vocatur ſtu
por mentis ſecundū conſtan. que
dam cecitas rationis que eſt. q. ſō/
nus /oculis clauſis quando propter defectū
ſpūum anima non iudicat de viſis ſenſibilit
nec diſcernit. ſicut percuſſi fuerunt ſodomite in
foribus loth. ſicut dicit glo. geñ. xix. ⁊ ſupra vl
ti. Hic ſtupor ſecundum conſtan. fit duobus
modis. quia vel accidit ex perturbatione ratio
nis non aduertent. vel fit ex ſuperfluitate hu/
moris / vias ſpirituum in cerebro impedientis
ut patet in ebrioſis. vel ex nimia frigiditate ae
ris neruos ſenſibiles comprimentis/ vt patet
in hijs qui congelant in glacie vel in niue. Fit
etiam ex totius cerebri opilatione. vt patet in
apoplecticis ⁊ in litargicis hoc videmus. ſtu/
por etiam dicitur membrorum rigor ⁊ extremi
tatum corporis conſtrictio quando pre frigore
membra videntur contrahi ⁊ dormire. Alio au
tem modo dicitur ſtupor ſecundum dam̄. qui
dicit. admirand⁹ eſt ſtupor qui de re noua ⁊c.
ſtupor autem prout hic accipitur eſt quedam
ſomniculoſitas. que eſt quaſi quedam diſpo/
ſitio ſepe ad maximas infirmitatis ⁊ maxime
ad litargiam que eſt apoſtema in poſteriori cel
lula capitis generatum. ⁊ dicitur a lethos qđ
eſt obliuio eo ꝙ obliuionem inducit. fit autem
frequenter ex fleumate in ſenibus. ⁊ in hyeme
per ſe autem nunꝗ prouenit/ ſed ſemper acci/
dit ex precedenti aliqua egritudine. nā in qui
buſdam egritudinibus enormium flegma a/
ctione febrilis caloris ebulliens rapitur ad ce/
rebrum ⁊ in poſteriori cellula recolligitur ratio
ne conformitatis ⁊ generat apoſtema. cuius ſi
gna ſunt febris continua /vrina diſcolorata/ ⁊
ſpiſſa. oppreſſio oculorum /falſus ſomnus /e/
ger vocatus vix reſpondet ⁊ ſi cōtingat reſpō
dere/ loquitur aliena. ſupinus iacet/ ⁊ ſi ſuper
latus quo ad horam vertatur/ proprio impetu
iterum ſupinatur. in extremitatibus notabilit
infrigidatur. Horum remedium eſt vt eger in
loco lucido ſtatuatur. loquentium ⁊ diſputan
tium aſſit garrulitas. per pilos ⁊ barbam tra/
hatur vehementius ⁊ etiam per capillos facies
aqua frigida ſepius perfundatur. pedes infe/
rius confricentur. fumi fetidi inferius apponā
tur vt cornu capre exuſtum. ⁊ huiuſmodi. clyſte
rium ſuper omnia adiunetur ⁊ apponat. ſternu
tatio prouocetur. caput abradatur / fricetur / ⁊
aperitiuis/ vt de ſinapi ⁊ ſimilibus fomentet.
Sternutatio in hac cauſa optimum ſignum eſt
ſi vero dormitatio perſeuerauerit/ ⁊ tremor cū
motu brachij/ ⁊ frendor dentium ſuperuene/
rit/ mortale eſt. Et ē notandum/ ꝙ ſi de freneti
co fiat litargicus/ peſſimum eſt. ſi vero ecōtra/
rio/ bonum ſi de litargico quis in freneſim mo
ueatur. Hec omnia extrahunt de plate. ⁊ cōſtā.

De vertigine.

S Icut dominus in medio eius ſpi/
ritum vertiginis Iſaie xix. Verti/
go ſecundum conſtantinum idem
eſt quod ſententia viſus ſcilicet ⁊
ſpiritus ſenſibilis corruptela/ qua omnia ſubi
to videntur voluentia/ ⁊ tenebroſa. Cauſa au
tem huius eſt nimia humorum habundantia
cum ventoſitate mixta. Nam humores mouēt
in capite ventoſitate de corpore ſiue ſtomacho
aſcendente ad cereb. Si hec paſſio in ſolo ſit
cerebro ſentit / patiens grauitatem in capite/ ſo
nitum in auditu/ corruptionem in odoratu / ⁊
talis vertigo de facili non dimittit. Si vero ē
ex ſtomacho /patiens ſentit abbominationem
in ore ſtomachi ⁊ dolorem/ ſed talis ṽtigo reci
pit interpolatōnem /quia aſcendente fumo tunc
vertigo incipit. quando vero non aſcendit tūc
dimittit. Horum remedium eſt medicina pur/
gatiua ⁊ flebotomia/ ſi aliud non impediat.
Pedes infirmi in aqua ſunt ponendi a vino
abſtineat cum diſſoluat. ⁊ etiam ab inflatiuis
cibis ⁊ a groſſis. vomitus etiam leuis puoce/
tur/ quia multum valet.

De vigilia.

V Igilia eſt inſomneitas /que eſt que/
dam cerebri paſſio quaſi oppoſita li
targie. Prouenit enim hec paſſio ex
nimio motu cerebri ⁊ ſiccitate colore rubee ſiue

nigre. ex intẽperato calore/ ⁊ ex humoribus nimis ſalſis. Ex his omnibus naſcuntur vigilie inordinate/ ſequunt̃ anguſtie/ mutat̃ color/ inṫenduntur ſollicitudines/ cogitationes/ ⁊ alienationes mentis/ irronabiles ſuſpitiones/ corpus ſubtiliatur ⁊ deſiccatur/ virtus digeſtiua corrumpitur. tota hominis complexio immutatur/ Palpebre ⁊ facies intumeſcunt ⁊ peſſime paſſiones in corpore ꝯcitantur. His cito ne pereant medicandum eſt/ horum facies ⁊ tympora cum ſopiferis inungant̃. lacte muliebri ſomni gratia perfundantur/ corpora bonis cibis reficiant̃. De vigilijs quere. s. li. vj.

De Epilentia.

d Ecidit in terram ſpumans ⁊c. Morbus caducus a ꝯſtantino ⁊ alijs auctoribus epilẽtia nuncupat̃. ⁊ h̃ morbus ab antiquis ira dei vocabat̃. Eſt autem epilentia (vt dicit ꝯſtãtinus) humor humidus quo ventriculi cerebri non pfecte opilant̃ prohibens animam id eſt ſpiritum animalem ad declarandum actionem ſuam quouſq; ab illo humore exopilauerit cerebro viam ſuã. Dicit̃ autem h̃ infirmitas in paſſione yeranoxon/ id eſt ſacra paſſio quia ſacram ptem corporis occupat. ſ. caput. Dicitur etiam hercudis. quia hec paſſio fortis eſt vt hercules. Dicitur ⁊ morbus caducus ab effectu. quia opilat̃ neruis membra que ſunt inſtrumenta virtutum a regimĩe ſpirituum depauperantur ⁊ deſtruunt̃. ⁊ ideo homines in hac paſſione compellunt̃ cadere. Eſt autem epilentia apoplexie vicina. Locus enim idem eſt vtriſq;. quia ⁊ materia vnde naſcitur frigida eſt ⁊ viſcoſa. In hoc autem differunt. Quia apoplexia omnium ventriculorum cerebri eſt opilatiua/ cum ꝑuatione ratõnis ⁊ diminutione ſenſus ⁊ motus. Epilentia vero non omnium/ ſed pncipalium ventriculorum cerebri eſt impeditiua. Dr̃ autem ab epi quod eſt ſup̃ ⁊ lemſis quod eſt leſio/ quia ſupior p̃cipue eſt leſiua. Dicitur ⁊ morbus puerilis/ eo ꝙ pueris ſepe accidat. Patiens autem morbũ iſtum ſubito cadit/ obturquet oculos ⁊ facies cũ tremore ceruicis/ ⁊ totius corporis/ cum ꝯſtrictione dentium ⁊ ſtridore oris ſpumat/ ⁊ plures ſuperfluitates emittit. Vocant autem medici epilentiam apoplexiam paruam/ que eſt ex tribus cauſis/ (vt dicit ꝯſtan.) quia vel ex humoribus flegmaticis vel ex melancolicis naſcentibus in ꝑ ra cerebri. vel ex ventoſitate frigida ⁊ groſſa cerebro vel alicuius membro dominãte. ſicut ſtomacho. Eſt enim aliquis humor/ ⁊ naſcit̃ in illo membro fumus qui aſcendit ad cerebrum/ cuius groſſitudine vie animalis ſpũs opilant̃ ⁊ inde morbus caducus ꝓcreatur. Hec paſſio (vt dicit ꝯſtantinus) ſupuenit tempore determinato. vnde dicit Galienus. Epilentia (inqt) que creſcente luna venit ſui materiaʒ ſignat eẽ humidam. omne enim humidum creſcente luna hʒ incrementum. que vero venit deficiente luna frigidiſſima eſt/ ſed tamen parum humida eſt. Epilentie autem tres ſunt ſpẽs/ ſecundum triplicem locorum ſpeciem vbi fiunt/ ſcʒ epilentia que fit in capite ex materia exiſtente tantum in cerebro. Analentia vero fit ex materia exiſtente in ſtomacho nõ in cõcauitate/ ſed in vijs eius ⁊ arterijs ipſius ſtomachi. p quoꝝ mediocritatem materia ebulliens rapitur ad cerebrum. Cathalentia fit ex materia exiſtente in extremitatibus/ vt in manibus ⁊ pedibus que ꝓprijs quidem ſignis dinoſcitur. Nam cathaleci morbum ſuum p̃ſentiunt. Sentiunt enim receptionem quandam/ quaſi formicarum vel motum cuiuſdam aure ex materia ſuperius aſcendente/ ⁊ ſepe ꝓ conſtrictione extremitatum p̃ſeruantur a caſu. ⁊ vt teſtatur Galienus. Iſti ſepe febriunt/ quia ſine caloris ebulitione/ materia vix ab inferioribus poſſet rapi ad ſuperiora. Analenci autem ex repletõne ſtomachi laborant ⁊ maxima indigeſtione/ ⁊ aboꝝ eructuatione ⁊ abhominatione. ⁊ hi etiam caſum ſuum p̃ſentiant. Epilentici autem non preſentiunt/ ſed continua capit̃ grauedine laborant. Fiunt autem he paſſiones quandoq; ex ſanguine/ ſed potius ex flegmate/ Sepius etiam ex melãcolia. ⁊ cauſe iſte p ꝓpria ſigna cognoſcuntur/ maxime p corporis habitudinem ſanguineã ⁊ flegmaticam vel melancolicam/ per faciem rubeam vel pallidam ſeu liuidaʒ p etatem/ per regionem/ p dietam. Si autem fuerit ex melancolia in defectu lune/ ledit maxime ⁊ infeſtat. Si vero ex ſanguine vel ex flegmate/ in plenilunio maxime ſe oſtendit. He paſſiones ſunt maxime adherentie/ ⁊ eas curare difficile eſt. confert tñ eis ⁊ medicina ⁊ dieta oportet vt a nociuis cibis abſtineant/ etiã coitu ⁊ a vi nimia ⁊ frequentia hominum. quia in talibus locis ſolet eos citius acceſſio occupare. Bonis cibarijs ⁊ leuibus vtantur ⁊ temperate/ plus de mane/ minus aut nihil de veſpere commedant/ vinum temptrate bibant/ ſecundum medicinam purgentur/ ſecundum humoris peccant̃ exigentiam. Experimentũ plate. contra epilentiam tres ſanguinis guttas dicit eſſe per ſcarificationem a ſcapulis extrahendas ⁊ cum ouo corui in fine acceſſionis paciẽti

offerendas. Dicit etiam oua corui multum conferre. Similiter dicit pioniam portatam ꝛ potatam multum conferre. Idem ↄfirmat ꝛ Galienus ꝛ ↄſtan. ꝛ dyaſco. Dicit enim coagulum leporis bibitum iuuare epilenticum. quia prohiberne humor diſſoluatur/que aſcendẽs opilat cerebrum. Dicit etiam ꝙ epar aꝫninum aſſatum confert/ſi comedatur. Caprinum vero ſi detur epilenticis / mouet epilentiam. Multa alia dicit ↄſtan. experimenta/de quibus nihil ad pñs.

De ſternutatione.

Ob. xlj. Sternutatio eius ꝛc. Sternutatio (vt dicit ↄſtantinus) eſt violenta cerebri commotio/ad expellendas fumoſas ipſius cerebri ſuperfluitates. De diuerſis autem cauſis naſcitur. Aliquando. n. ipa natura operat̃/cum fumos ſupfluos satagit a cerebro expellere/qui vel cauſa ſunt morbi/vel cauſa vitij. Humanum enim cerebrum humidius eſt cerebrꝭ aliorum animalium. Unde ꝛ humores ibi adunant̃/qui cooperante natura inde cum ſternutationibus expellunt̃. Aliquando enim fit ſternutatio potius vi morbi ꝙ̄ nature. ſicut in corica accidit ꝛ in pleriplemonia. Aliquando autem habet fieri ſternutatio ſi cannales narium humanarum curti ſunt. vnde cito ad cerebrum/nociua ab extrinſecꝭ veniunt. ſicut puluis /aer frigidus /calor ſolis /ꝛ huiuſmodi/que cum ad cerebrum veniant expelluntur a cerebro vigore/ꝛ motu ſuo /ꝛ inde fit ſternutatio/que ſi fiat in acutis febribus ſine reumate ſignum eſt laudabile. Signat. n. naturam ↄfortatam in expellendo quod ſibi ẽ nociuum. Si autem fiat cum reumate/malum ſignum eſt. ſignat enim materie exuberantiam. Unde ſintbonica eſt ſternutatio ꝛ augmentuꝫ reumatꝭ ſignat. ꝛ ideo in pleureſi ꝛ in ↄſimilibus malum ſignum eſt ꝛ illaudabile. Sternutatio igit̃ cerebrum commouet ꝛ exonerat/ totum corpus concutit ꝛ alleuiat in ſuo exitu. Ex violenta commotione aerꝭ in cannalibus narium ſtrepitum facit. qui ſi plus debito poſt expulſionem ſupflui fumi permanſerit/ledit. qꝛ nimis diſſoluit. ꝛ aliquando ḡues paſſiones excitat/ꝛ inducit. Reſtringatur igitur per medicinas. ſicut p fumigationes ↄſtringentes /ſpiritus reparantes /ꝛ ſuperfluitates ↄſumentes ſicut eſt camamilla /mẽtaſtrum /roſa /yreos /ꝛ nigella /ꝛ huiuſmodi.

De Tremore.

Poſuit dominus ſignum in chaym. ſ. tremorem capitꝭ (ſecundum glo.) ſtrabi. Omnis (inquit Strabus) qui inuenerit me p tremorem capitis ꝛ cogitationeꝫ furioſe mentis /cognoſcet me reum mortis eſſe. Tremor autem capitis qui ꝛ ceruicatio a conſtantino dicitur/ꝓuenit ex defectu ꝛ debilitate v̾tutis regitiue in neruis ſpondilium ipſius colli ꝛ in lacertis membrorum. In hoc autem morbo duo ſunt motus/qui ſibi ſunt oppoſiti. alter enim mouetur furſum /ꝛ alter deorſum. ſuperiorem vero natura opatur/ inferiorem autem morbus. Morbus autem innitur/ membrum depmere inferius/ ſed natura que ipm a ſuo regimine nondum deſtituit/nititur ipm regere ꝛ diſponere in ꝓpria diſpoſitione. ꝛ ita furſum eleuare. ꝛ ideo ex tali motuum cõtrarietate ſurgit tremor. Cauſa autem inceptionis tremorꝭ /eſt defectus virtutis commouẽtis lacertos. (vt dicit ↄſtantinus) que v̾tus qñ ꝙ deficit cauſa male complexionis /vel accidẽtibus anime. ſicut ex timo ꝓpter ſpiritus confluentes ad cor. Unde membra ponderoſitate ſua tendunt inferius/vnde quia natura non habet ſufficientes ſpiritus ad mẽbri regimẽ confluentes/ non ex toto poteſt membrum in ſua conſiſtentia detinere. ꝛ ideo ſequitur ſtatiꝫ tremor. talis autem tremor quedam diſpoſitio eſt ad paraliſim/maxime ſi accidens dormitio frequens cum tremore/cuius cauſa eſt frigiditas ſubſtantiam neruorum coagulans ꝛ conſtipans /ne virtus ſenſibilis eam penetrare poſſit. Omnis autem paraliſis cum tremore leuior eſt ad curandum ꝙ̄ illa que eſt ſine tremore quia in pma non eſt omnino membrum deſtitutum a natura. ſicut eſt deſtitutuꝫ penitus in ſecunda. Talis itaqꝫ tremor vna cum dormitione calefactiuis /ꝛ confortatiuis /ꝛ diſſolutis ꝛ ↄſumptiuis curabitur medicinis. ſicut ẽ theodoricbon /yeralogodum /ꝛ ſimilia. valent ꝛ balneationes /fricationes /ꝛ cuꝫ calidis ꝛ apertiuis herbis ſubfumigationes /vt pori dauſi aperiantur/ vt humores ſuperflui ↄſumant̃ vt ſpũs excitant̃/vt nerui ↄfortent̃.

De Spaſmo.

Spaſmus eſt neruorum violenta contractio motum voluntariũ auferens vel retardans. Talis contractio ꝓuenit aliquando ex nimia repletione. quandoqꝫ ex inanitione. quandoqꝫ ex nimia infrigidatõne. ſicut eſt videre in manibus ꝛ labijs infrigidatorum/ ꝙ vix v̾ba formant/vix etiã digitos

complicant aut recuruant. Contractio vero ex cali extrinſeca infrigidatione ſoluitur in calore ⁊ alia non indiget medicina. Caueat tamen patiens ne nimis ſubito forti calori ſe expõat quia ex ſubita repercuſſione frigiditatis ad neruorum extremitates dolorem non modicũ patietur. Contractionem vero cauſatam ex inanitione hec ſcꝫ ſigna declarant. precedit enim aliquando fluxus immoderatus ſanguinis / vel ventris / vel matricis. Aliquando labor vꝉ abſtinentia ſupra vires laborantis vel abſtinentis. Aliquando immoderatus calor in corpore hominis per acutas febres patientis. Aliquando ꝓfunditas ⁊ dolor vulneris / acumen / ⁊ fortitudo aſſumpti medicaminis. In his omnibus accidit ſpaſmus ex nimia nature deſiccatione ⁊ ſubſtantialis humiditatis cõſumptione. Unde corrugatur neruus ⁊ ꝯbꝛiꝉ / ſicut pergamenum poſitum in igne. ⁊ ideo via ſpirituum per neruos intercipitur / ⁊ virtus vite regitiua impeditur. Omnis talis ſpaſmus ſi diu durauerit / mortalis eſt. Unde dicitur in amphoriſ. Spaſmus ex celentico vel ex colerico mortalis eſt. Iſti tamen ſpaſmo in pͥncipio confert calidum lac mulieris ſi ſuper muſculos faucium / ſuper ſpinam ⁊ collum ⁊ radices neruorum ꝓfundatur vndiqꝫ. ad idem valet aqua cum oleo ſi fuerit cum lana ſuccida ſuper locũ neruorum fomentata. Tertium vero genus ſpaſmi eſt ſcꝫ ex repletione / qui ſolet accidere / pinguibus ⁊ carnoſis / ⁊ ingurgitatis / qui ex effuſione neruorum ⁊ dilatatione facilius ſoluitur. quia cum vnguentis / Calidis balneis / ſternutationibus / ⁊ gargariſmis curatur. (vt docet conſtantinus) huic contractioni ſi febris ſupuenerit / ſummum remedium erit. vnde dicitur in amphoriſ. Spaſmo ⁊ thecano febris ſupueniens / ſoluit egritudinem. Iſtius autem ſpaſmi triplex eſt ſpecies. ſcꝫ epiteſtanus / ſcilicet quando nerui poſteriores ſpaſmantur. ⁊ eprocoſtenus ſcꝫ quãdo anteriores nerui cõtrahuntur ⁊ tethanus / quando ſcꝫ anteriores ⁊ poſteriores contractionem patiunꝉ. In his tribus non eſt ꝑfecta cura quando accidunt ex inanitione. vt dictum eſt.

De Paraliſi.

P Araliſis eſt leſio ptis humani corpis cum diminutione vel ꝑuatione mot⁹ vel ſenſus vel vtriuſqꝫ. Fit. n. quãdoqꝫ ex frigiditate ꝯſtringente. qñqꝫ ex humore opilante. aliquando ex calore conſumente ⁊ neruos ſenſibiles corrugante. aliqñ ex vulnere neruos incidente vel diuidente. Ex iſtis enim cauſis ⁊ alijs denegatur tranſitus ſpũs animalis ad inſtrumenta ſenſus atqꝫ motus. vnde ſi nerui ſenſibiles ⁊ motiui ex toto ſunt opilati vꝉ inciſi efficitur membrum pariꝉ immobile ⁊ inſenſibile. ſi vero plena non fuerit opilatio vel trãſitus ſpirituum denegatio fit ibi ex materia deꝑmente ⁊ ꝟtute regitiua exigente tremor. ſicut dictum eſt. Habet fieri ſpecialiter paraliſis ex ſuperfluitate ciborum ⁊ maxime potuũ / ex quibus fit nimia humorum generatio ⁊ diſſolutõ ⁊ inde neruorꝫ conſequiꝉ neceſſario opilatio. Fit etiam ex frigiditate neruos conſtringente / quandoqꝫ eſt cãthonia alterius morbi / ſcꝫ qñ minor aploplexia in paraliſi terminatur. Eſt autem paraliſis alia vniuerſalis / alia ꝑticularis. Uniuerſalis eſt que recte mediam partem occupat hominis infirmitatis. Particularis eſt que occupat ꝑtem vnam. vt manum vel pedem vel linguam. Item materia ipſius opilationis inducentis paraliſim. Quandoqꝫ eſt in origine neruorum. quandoqꝫ in ipõ membro paralitico / ſi in origine neruorum ſit cã ſtupor ⁊ inſenſibilitas eſt circa loca vicina. vt in facie vel in pͥncipio dorſi. ſi vero in ipõ membro paralitico / tunc ipm̃ patiꝉ tantum ⁊ non ſupiora vt dicit Galie. qui dicit ſe amouiſſe emplaſtꝝ quem ſophiſta poſuerat ſuper malum ⁊ poſuiſſe ſuper collum. Ex quo patet ꝙ ſecundũ varietatem locorum morbi debet variari modus mediane. Paraliſis ex inciſione nerui penit⁹ incurabilis ẽ. Similiter paraliſis vniuerſalis in omnibus membris ⁊ maxime in ſenib⁹ vix curatur. circa iuuenes tamen citius ⁊ efficati⁹ operaꝉ medicina. Primo ergo in paraliſi mollificatiuis ⁊ relaxatiuis tam interius ꝙ̃ exteri⁹ exhibitis inſiſtendum eſt. deinde deſiccatiuis ⁊ conſtrictiuis. Si vero ꝑmo deſiccatiua vehementer apponerentur liquidioribus partibus ꝯſumptis / reliquum magis inſpiſſaretur / Et ſic compactius effectui ad diſſolutionem ⁊ ꝯſumptionem inobedientius redderetur. ⁊ ideo predicto modo caute eſt ꝓcedendum. Congruis igiꝉ medicinis interius purgatiuis ꝯuenientibus etiam vnguentis exterius membra mollificentur / ſaluia ⁊ caſtorio in decoctione vini vtãtur. Alias vero medicinas quere in plate. ⁊ in viatico ꝯſtan.

De dolore oculoꝝ.

S Olet dolor accidere oculis aliqñdo ab exterioribus. ſicut a vulnere ꝯtinuitatem oculorũ diſſoluente / a puluere

tenerā ſubſtantiam oculi perturbante/a fumo oculos obfuſcante/vento frigido ſpiritum viſibilem repauente/ab aere calido diſſoluente a nimia ſolis vel alterius lucidi corpis claritate.ſpm̄ diſgregante.a nimia tenebroſitate ſpiritum viſibilem ꝯculcante.ab inordinata dieta ⁊ ebrietate ꝯtinua viſum eberante. a venerea voluptate ꝯſueta ſpiritum ⁊ humorem criſtallinum corrumpente ⁊ diſſoluente.aliquando ab interioribus vt ab humoribus calidis/vel frigidis/ſiccis/vel humidis.p̄mus autem dolor eſt p̄cipuus.cauſaꝛ ab interioribus calidum apoſtema naſcens ſup albuginem oculorum ex humoribus ꝯfluentibus ad pupillam ⁊ apoſtema facientibus.⁊ hoc accidit ex debilitate oculi recipientis/⁊ ex abundantia ſeu acumine humoris ꝯfluentis/⁊ ex cerebro deſcēdentis. In tali itaq; apoſtemate oculos intumeſcit ⁊ lachrymatur/rubeſcit/dolorem ⁊ pūcturam/fervorum ⁊ arſuram ſentit. Potiſſime quando colera eſt in cauſa.tunc.n.videꝛ ꝙ acubus pforetur. Si vero humor frigidus ſit in cauſa vel ventoſitas/oculis diſtenditur/ꝗuaꝛ de nocte inviſcatur. Humores nimij effluunt.⁊ illi ſunt viſcoſi/maxime affligitur in hor̄ fletis. Si v̄o ſanguis ſit in cauſa/ſentiꝛ pruritus multitudo lachrymarum/⁊ calor in exitu earum/levis punctio/maior tumor/⁊ dolor in fronte maior/⁊ maxime in hora ſanguinis. Hec infirmitas ſi cauſaꝛ ab exteriori patiens quieſcat.capite alto dormiat/ꝓpꝛ fluxū lachrymarum luminis ſplendorem fugiat/ad vitandum diſgregationem ⁊ diſſolutionē/maiorem vocem non emittat/ne ex conatu vocis in cerebro diſſolutō forꝫ fiat.cibus deꝛ frigid⁹ ⁊ levis digeſtiōis ne reumaꝛ flux⁹ augeaꝛ/aq̄ clara/⁊ calida poteꝛ.q₂ de nā ſui fumi/fumos ꝯſumit/nervos confortat/arſuram ⁊ puncturā mitigat/balneis aque dulcis temperaꝫ vtatur his obſervatis/non oportet aliꝛ medicinari ſi ne medicari. Si vero ſit dolor ab interioribus humoribus purgentur humores peccantes vꝛ p ſubtractionem ſanguinis vel p congruā medicine purgationem.collirīa mitigativa ⁊ ſanativa interius ponantur.ſicut aqua roſacea/cum lacte femineo.vt dicit ꝯſtantinus.lachryme cum reſtrictorijs compeſcanꝛ.apponanꝛ ergo in p̄ncipio leviter repcuſſiua ⁊ mitigativa/in ſtatu ⁊ in augmento mediocriter diſſolutiva in fine ꝯſumpta ⁊ ſemper cum iſtis confortativa. Circa apoſtema vero oculi nunquam ſunt maturativa apponenda ne ſubſtantia oculi q̄ eſt tenera deſtruatur ſi ad ſaniem ꝑtrahatur Preterea ſi materia eſt multum calida ⁊ dolor fortis/non ſunt apponenda fortia repercuſſiva.quia materia ſubito poſſet repercuti ad nervum obticum/⁊ opilando eum poſſet perpetuam inducere cecitatem. Lippitudo eſt oculorum viſcoſa ⁊ glutinoſa ſupfluitas oculorum palpebris adherens/ex flegmaticis ⁊ melancolicis humoribus in angulis oculorum incipiens/palpebras ingroſſans/⁊ invertens.hec oculorum cilia corrumpit/⁊ ip̄as palpebras quaſi carneas crudas facit In lippis quippe oculis pupille ſane ſunt.ſicut dicit glo.ſup.xxj levitici.ꝭ humore defluente palpebre groſſeſcunt/cuius cerebruꝫ infuſic ne ⁊ pupille acies viciantur.⁊ illos ſignat quorum ingenium ad cognitionem veritatis emicatur/ſed operatio carnalis vite obſcurat.

De paſſione oculorum.

Lia eſt paſſio oculorum/quam nos
a maculam dicimus que albugo vel pā
nus dr̄ a ꝯſtan.⁊ habet generari ſic: Primo fit fluxus reumatis ad oculos/ex quo fit obtalmia dolor ſcꝫ ⁊ apoſtema.ex qua male diſcuſſa remanet quedam levis macula ſiue infectio que longo ꝓceſſu tempor̄ excreſcit/in telam ⁊ inſpiſſatur ⁊ occupat maiorem locum ſcꝫ totam pupillam.tela vero excreſcit in pannum p maiorem inſpiſſationem ⁊ maiorem loci occupationem.quia totum nigrum oculi occupat.ad vltimum fit vnguis mag̃ ſpiſſus ⁊ durus.quodlibet iſtorum incurabile eſt ſi fuerit inveteratum.tn̄ ſecundum loci collocatōneꝫ debet dividi. Si vero collocatur circa criſtallinum humorem in ꝓfundum p dimidium annum fit incurabilis.in p̄ncipio autem vix curatur. Si vero colligatur ſub ꝯiunctiua vel etiaꝫ ſupra p decem annos/poteſt curari. Quando igitur macula eſt recens ⁊ modica/ſuccus papaveris ruffi ſufficit ad medicandum.(vt dicit ꝯſtantinus) Papaver enim ruffum vel rubeū calidum eſt in p̄mo ḡdu.⁊ ſiccum in ſecundo/⁊ ideo habet virtutem extenuandi/conſumendi/⁊ deſiccandi/ Dicunt etiam philoſophi vt dicit ꝯſtantinus ꝙ ſanguis ex ſummitate dextre ale columbe vel irundinis vel vpupe extractus ⁊ ſup maculam recentem poſitus/calid⁹ maculam in p̄ncipio potenter rumpit.ſanguis enim iſtarum avium eſt valde ignitivus ⁊ diſſolutivus ex natura aviū ex q̄bus ꝓcedit.

De infectione oculi p ſanguinem.

Lia etiam accidit oculis deformitas
a ⁊ paſſio.ſ.ſanguinis infectio/quā cōſtantinus cuſtulam ſanguis nomiat.

quando ſeʒ ſanguis aliquo caſu ad oculos defluens in cruſtulam deſiccatur. conuenit etiam ab arterijs ⁊ venis deſudare ad oculum ⁊ venulas aliquas rumpi vel crepare. in tunica cōiunctiua ⁊ ex circumfluente ſanguine talem de formitatem in oculo generari. hunc ſanguinē ſic coagulatum diſſoluit ſanguis turturis vel columbe. vt dicit conſtantinus. Idem facit lac mulieris cum thure. Idem facit recens caſeus ſine ſale melli commixtus ſi ſuperponat̃. multa alia experimenta dicit ↄſtan.

De lachrymis inuoluntarijs.

f Luxus lachrymarum inuoluntarius accidit oculis quandoq; ab exterioribus/ſicut ex percuſſione /Ex calidi aeris diſſolutione/vel ex frigidi coartatōne/ex fumi mordicatione/⁊ puluerum perturbatione ex ceparum ⁊ aliorum acuminum odoratione. Quandoq; ab interioribus. vt ex calidis; humoribus vel frigidis /vel ex ſuperabundantia humorum per incontinentiam effluentium. ex debilitate contentiue v̄tutis cerebri/⁊ fortitudine expulſiue. Si autem humores calidi fuerint in cauſa/oculi rubent/lachryme diſtillantes calefaciunt faciem ⁊ vrunt. calida obſunt/frigida ꝓſunt. Si vero ſunt humores frigidi/oculi ſunt ſubalbidi/vel liuidi/lachryme etiā frigide faciem non mordificant/frigida obſūt calida ꝓſunt. Ad lachrymationem factam ex percuſſione /⁊ cauſis alijs exterioribus precipua cura eſt cera pura cum puluere cimini calefacta/⁊ frequenter cathaplaſmata. dolorem enim ſimul remouet /ad lachrymarum ⁊ liuorem ſi ſit cum vulnere/cum cirurgia curetur ad alias cauſas exteriores ſufficit fomentum cum aqua tepida ita ꝙ tepor ad frigiditatem plus accedat. Si fiat autem ex fluxu ⁊ ſuperabundantia humorum purgentur detur dyadibanum cum vino decoctionis thuris. hoc ꝑcipuum eſt in hac cauſa/fiant reſtrictoria circa tympora ⁊ circa frontem. Hec omnia valent cōtra fluxum ex cā calida ⁊ frigida.

De defectu viſus.

d Efectus viſus accidit ocul' multiplici de cauſa. aliquando ex mala ↄplexione. aliquādo ex fumi aſcendentis a ſtomacho corruptione. Aliquādo ex nerui obtici opilatione. ex catheractis /ex panno /ex macula/ ⁊ huiuſmodi. Aliquādo ex diete inordinatione/ex egritudine longa /ex ieiunio ⁊ coitu nimio. ⁊ ex multis alijs cauſis ſicut ex ſenectute ⁊ huiuſmodi. Diſtinguende igitur ſūt cauſe p ꝓpria ſigna. Nam ſi defectus accidat ex fumoſitate ſtomachi/defectus viſus non eſt ↄtinuus/ſ; interpolatus. ſcd̃m. n. ciborum aſſūptorum varietatem minuitur vel auget̃. ſi autem eſt ex vitio cerebri/ↄtinuus ē defectus an̄ prandium. ⁊ poſt ſi ex opilatione nerui ipſius oculi ſubſtantia pura eſt ⁊ lucida atq; clara. alia ſigna p ſe patent. Ad iſtum ergo defectum tollendum ſi eſt ex vitio humoris ſtomachi mūdificetur/immo totum corpus ꝑcipue caput/deinde apponant̃ remedia localia/que in viatico ⁊ alijs auctoribus inueniunt̃.

De cecitate.

c Ecitas eſt ꝑuatio viſus. Priuat̃ autem homo viſu aliquando ꝓpter organorum defectum /⁊ pupillaruʒ improportionem ad ſpiritum viſibilem. Ad hoc enim ꝙ formetur viſus exigitur debito ꝓportō organi ſpiritum recipientis ad ip̄m ſpiritum/vt ſupra dictum eſt de viſu libro. iij. Aliquando ꝓpter neruorum interiorum opilationem. Si enim fuerit neruus qui dicitur obticus /q̄ eſt viſibilis ſpiritus vehiculum in ſuo p̄ncipio vel medio vel alicuius carnoſitatis ſuperexcreſcentia. vel alicuius viſcoſi humoris abundātia totaliter opilatus/virtutis viſiue tranſitus non ꝑuenit ad pupillam. ⁊ ſic cecitas in oculo generatur. Aliquando fit ꝓpter humorū ⁊ ſpirituum conſumptionem. vt eſt videre in ſenib⁹ quoꝝ oculi primo caligant ⁊ defectū viſus patiuntur. tandem deficiente virtute vidēdi/potentia penitus deſtruitur. Aliquando fit ex cā exteriori. ſicut per oculorum vulnerationem ꝑ nimiam etiam ⁊ ↄtinuam lachrymarum effuſionem. ꝑ ſubſtantiam oculi diſſolutionem. ꝑ tunicarum oculi inſpiſſationem ⁊ indurationē ⁊ humorum in oculo compactionem. tūc enim non eſt pupilla ſpiritui viſibili peruia. ⁊ ideo talis compactio eſt cecitatis in oculo inductiua per ſubſtantialis humoris ſubitam deſiccationem vt in pupilla accidit. in quibuſdam potōnatis ⁊ minutis qui ex nimia ſanguinis ſubtractione quandoq; incurrunt periculum cecitatis. Aliquando ꝓpter ſubitam cum deſiccatione ſubſtantialis humiditatis ſpiritus viſibilis diſgregationem. vt patet in vrſo /qui ad aſpectum peluis ardentis quaſi ſubito exceca tur. cuius excecationis cauſa eſt aſpectus peluis ardentis ⁊ lucentis/cuius ignea v̄tus tunicam oculi cum criſtallino humore ⁊ deſtruit

⁊ ꝯſumit. et einſdem lucidi̇tas que ſpiritui eſt
improportõnabilis/ipſum diſgregat ⁊ diſper
git. ⁊ ſic neceſſario cecitatis perpetue viciu͛ in
troducit. Inter omnes itaq̇ ſenſibiles paſſio/
nes miſerabilior eſt ipſa cecitas (vt di. ꝯſtã.)
Nam ſine omni ꝑiculo cecitas ceco carcer ẽ de/
cipitur in apphendendo imaginatiua. q̄r de
albo imaginatur ꝙ ſit nigrũ ⁊ ecõuerſo. impe
dit in iudicando vim deliberatiuam. iudicat
enim penes ſe ⁊ deliberat ire ad orientem/
et deceptus in ſuo iudicio vadit ad occidẽtem
peruertit ⁊ affectum. quia oblato ſibi ad eligẽ
dũ denario argenteo cũ cupreo/affectat elige/
re argenteum/⁊ eligit ipſum cupreũ. Tanta
ſiquidem eſt ceci miſeria vt non ſolum puero
vel ſeruo ſe ſubiciat ꝓ regimine ⁊ ducatu/ve/
rum ⁊ ſepius ipſi cani ⁊ ſepe ad tantã deduci
tur neceſſitatem/vt ad tranſeundũ pontis vel
vadi periculum plus cogitur credere cani quã
ſibiipſi. Item ſepe in periculis vbi oĩs du/
bitant. quia non videt periculum ſecurus ẽ ce
cus ⁊ econuerſo. ſepiſſime vbi nullum ꝑiculũ
imminet/maxĩe cecus timet. ſepe ĩ plano ceſpi
tat pedibus ⁊ offẽdit. ſepe vbi pes eſſet eleuã
dus/deprimit pedem ⁊ ecõuerſo vbi eſſet ter/
re figendus/ipſum eleuat ⁊ ſuſpendit. vndiq̇
palpando/cõtrectãdo manus dirigit. vndiq̇
de itinere dubius/manu ⁊ baculo viam q̄rit.
raro aliquid ſecurus agit/ſemper fere dubius
⁊ timens erit. Item cecus quando nudus ia
cet vel ſedet/tectum ſe reputat. ſepe etiam quã
do videtur ab omnibus ſe latere putat. Ite͛
faciem aliquando ⁊ oculos ad ſolem vel celu͛
cecus eleuat/ſed ipſius oculos celeſtis claritaſ
non immutat. ipſius ceci oculis ſol preſentem
exibet ſuũ radium/ſed tamẽ preſentis ſolis vir
tutem non ꝑcipit ſecũdũ effectũ (vt d. grego.)
Item cecus aliquando puerum ductorem ſuũ
verberat/et percutit/et offendit. ſed eadem ver
bera cito per puerum luit. Nam puer verbeꝝ
non immemor/ĩ pontis medio ſiue a quocũq̇
alio periculo ipſum ſolum deſerit. et ipſum fu
giens ſibi viam euadendi periculum non oſtẽ
dit. et ideo eſt miſer cecus. quia in domo nihil
agere fiducialiter audet. in itinere deſeri a ſocio
multum timet. In hoc tamen peior eſt condi
tio habentiũ oculos quã cecoꝝ. quia ipſi oculi
hoſtes ſunt et predones animi humani quoꝝ
concupiſcentias dum ſequimur/ſeuiſſimis ho
ſtibus ſubiicimur. ſicut dicit expoſitor ſuper il
lud treno. Oculus meus depredatus ẽ aĩa͛
meam. Melius autem eſt homini oculis eru
tis cecum fieri/quam habere oculos ⁊ eorum
blandiciis decipi ⁊ abduci. vt dicit gregorius

ſuper illud. Melius eſt tibi luſcum ad vitam
ingredi/quã duos oculos habẽtẽ in iehẽnam
ignis mitti. vt dicitur Math. vi.

De ſurditate.

Surditas ẽ priuatio ſiue ĩpedimẽ/
tũ auditus/qui ſm conſtan. ianua
mentis eſt. Contingit autem ali/
quando auditum totaliter auferri. ⁊ tunc pro
prie dicitur ſurditas. Et habet fieri ex humorĩ
bus opilantibus neruos audibiles ⁊ buccas
aurium replentibus ĩtantum ꝙ ĩ eis nulla põt
fieri alliſio. quandoq̇ non aufertur ex toto/
ſed ſecundũ diminutionẽ humoris. et tunc di/
citur grauitas auditus quandoq̇ eſt ibi ſoni/
tus et tinnitus/ita ꝙ putat patiẽs ꝙ ſit iuxta
mollendinum ſiue iuxta organa. et hoc habet
fieri ex groſſa ventoſitate incluſa. et hoc ha/
bet fieri aliquando ſine interpolatione. et tũc
eſt ex cauſa priuata. quandoq̇ cum interpola
tione. ⁊ tunc eſt ex cauſa remota. quãdoq̇ enĩ
nihil exterius auditur propter opilationẽ. ſed
auditus ab interioribus ĩmutatur/ita ꝙ pati
ens credit ſe audiri ab exterioribus hoc quod
ſentit ab interioribus ⁊ ſecundum hoc fallitur
auditus. Multis aliis modis auditus ho
minis impeditur. Accidit etiã auri dolor ali/
quando ſiue apoſtema. et hoc ex calore diſſol/
uente vel ex frigiditate conſtringente. ſi ſit ex ca
lore/dolor eſt acutus. locus rubet/calida ob/
ſũt/frigida proſunt. ſi ſit ex frigiditate/dolor
eſt ponderoſus et grauatiuꝰ. locus pallet/
calida obſunt/frigida proſunt. Aliquando
eſt ex apoſtemate calido. tunc ad predicta ſig/
na eſt vehemens febris/ſemper enim apoſte/
ma aurium febris concomitatur. ſed remiſſior
et minori dolore in cauſa frigida quam in ca/
lida. Aliquando relinquuntur ĩ aure vulnus
ex apoſtemate precedẽte. quod cognoſcitur ex
dolore/titillatione/et ſanie effluente. aliquan
do fiunt vermes in arboribus ex humoribus
calidis inuiſcatis per interceptionem ſpiritus
viuificatiui. Signa autem vermium ſũt pru
ritus/et titillatio et aliquando videri poſſunt
ſi auris ſoli exponatur. aliquando fit dolor a
cauſa extrinſeca. ſicut ex aqua vel lapilli ſubin
tratione. aliq̄ ex concuſſione. cuius ſignum eſt
exitus ſanguinis. aliquando tamẽ erit ſãguis
ex ſuperabundantia in continentia eiuſdẽ vn/
de conſtan. Si ſubito ſanguis et ſine dolore
ab auribus exeat ſine manifeſta cauſa ſignũ ẽ
aliquid eſſe in capite quod natura expellere la
borat. oportet ergo ꝙ aures a principio mũdi
ficentur. Alias autem aurium paſſiones/q̄re
ſupra li. iij. de auditu et. v. de aure. ibi enĩ ſũt

multa in ſerta. Dolor igitur aurium ſi eſt ex calore ⁊ ſine apoſtemate. frigidis ⁊ alteratiuis inſiſtendum eſt. vngi enim debet locus doloris oleo roſaceo / vel violaceo ⁊ conſimilibus talia enim olea tepida auribus inſtillentur. nō enim actu frigida aurib⁹ debent inſtillari. Si vero ex frigiditate ſiue apoſtemate cum calidis alteratiuis ad curaꝫ procedendū eſt. ſicut oleo laurino / rutaceo / ⁊ huiuſmodi. Si vero fuerit cum calido apoſtemate frigidis maturatiuis primo inſiſtendum eſt. deinde mundificatiuiſ ⁊ in contraria cauſa adhiberi debet medicina contraria. Rupto igiť apoſtemate quod cognoſcitur ex fluxu ſaniei primo mundificandū eſt vulnus / deinde conſolidandum. Mundificandum autem cum vino ⁊ cum melle ſimul mixtis ⁊ immiſſis / conſolidatur cum puluere thuris ⁊ maſticis ⁊ hui⁹modi. Si vermes ibi fuerint ſucci amari ſicut perſici / abſinthij porri infundentur. ſimiliter oleum amaruꝫ ex amigdalis amaris auri patienti inſtilletur talibuſ enim vermes occiduntur ⁊ putrefacti cum ſanie educuntur. ſi enim lapillus intrauerit / caute extrahatur. quod ſi fieri non poteſt auribus calidum inungatur ⁊ ſternutatio prouocetur vel cum ventoſa ſuggatur ⁊ extrahatur. Ad ſurditatem remouendam vel ſaltem releuandam valent multa que dicit conſtan. ħ inter omnia ſolet balſmum inſtillatum auribus perualere Surditas tamen ſi fuerit a natiuitate incurabilis eſt ſimiliter q̄ per triennium durauerat vix curatur. tinnitus qui ex ventoſitate cauſať cum extenuatiuis ventoſitatis curetur ſicut cū aneto / calamento / colato origano / ⁊ conſimilibus / quorum ſubfumigatione tinnitus ſoluitur. Et hec de paſſionibus aurum ⁊ earum remediis dicta ſufficiant.

De fetore narium.

Lux autem dicit ipſam fontalem ſubſtantiaʒ
ſuper quam lumen innititur. ſi enim lux con-
ſiderata in ſe eſſet accidens/ neceſſario et per
ſe eſſet alicui accidens/ et per ſe cauſaretur a
forma ſubiecti ſui. vnde ſi lux in aere eſſet ac-
cidens cauſaretur lux a vera forma aeris/ qḋ
eſſe non poteſt. Preterea lux mutat ſubiectū
ſuum. quod patet quia lux naturaliter eſt ī ori
ente. conſequenter vero in occidente et lux ori
entalis generat proximam ſibi. et ita deinceps
vſqꝫ ad occidentē. accidens enim non permu
tat ſuum ſubiectuʒ/ nec extra illud agit. ex quo
videtur ꝙ lux non ſit accidens. Preterea
ſi eſſet accidēs aeris/ neceſſario moueretur aer
ſubito ab oriente in occidentem ſecundū ſubi
tum motum lucis. ſi autē moueri ſubito nō
contingit aeri nec alicui elemento. Preter
ea luce nihil ē nobilius accidens autē ē igno
bilius ſubſtantia. ex quo videtur ꝙ lux nō ſit
accidens cum aer longe ſit ignobilior ipſa lu-
ce. ſed ſi lux eſt corpus/ difficile eſt intelligere
qualiter lux ſit in aere vel cum aliquo corpore
diaphano. vt in criſtallo/ cum duo corpora
non poſſunt eſſe ſimul in eodem loco. Nec eſt
tamen inconueniens nec impoſſibile ponere
lucem eſſe ſubſtantiam corpoream et eē ſimul
cum alio corpore. videmus enim aquam ⁊ ci
nerem pariter iungi et miſceri ſalua vtriuſqꝫ
corporeitate et localitate vtriuſqꝫ ſuperficiem
ab alio diſtinguente. ⁊ vtriuſqꝫ partes infra ꝓ
priam ſuperficiem continuante. quantūcunqꝫ
enim ſimul immiſceantur cinis et aqua. per-
manet tamen aqua in ſua corporeitate ꝑ par
tium ſuarum coherentiam et continuitatem ⁊
cinis in ſua. nec propter iſtam cōmixtionem ⁊
vnionem ſimul ſunt duo corpora in vno loco
immo aqua habet ſuum locum proprium et
cinis ſuum/ ſic lux poteſt eſſe in aere vel ī quo
libet alio corpore ſalua vtriuſqꝫ corporeitate.
et ſuarum partium ſubſtantialium continui-
tate. vnde et lux ſubintrans ad interiora aeris
vel criſtalli habet ſuum locum ipſius ſuperfi
ciem ambienteʒ/ et a ſubſtantia adiuncti ſibi
corporis diſtinguentē/ quamuis non poſſit
propter ſimplicitatem ſue ſubſtantie ſenſu ꝑ-
cipi vel videri immo quod mirabilius ē mul
te luces pariter concurrentes impermixte. ⁊ ta
men vnite coniunguntur ſalua cuiuſlibet ſub
ſtantiali forma qua ab alia differt. nec ē vlla
illarum reſpectu alterius materialis vel forma
lis. ſicut manifeſte docet ⁊ dicit dionyſius in
libro de diui. no. cuius hec ſunt verba. Lumi
na (inquit). lampadarum cum ſint in domo
vna tota inuicem totis ſunt communia/ tamē
habent a ſe inuicem diſcretionem vnica diſcre
tiōe ⁊ vnitate diſcreta. videm⁹ nāqꝫ vnū lumē
multiſ accēſis lāpadib⁹ ⁊ iuxta oīuʒ lāpadaꝝ

lumina vnam claritatem indiſcrete relucentē.
nec poterit q̄s (vt arbitror) aliq̄d corꝫ ab alijs
et aere continente cetera. dum ſimul ibi ſunt
ſequeſtrare aut alterū ſine altero cernere. totis
inconfuſe inuicem cōtēpati s. ſubducta autē
vna ſimul et ꝓprium lumen recedet nihil ſe-
cum ceteroꝫ luminū auferens. aut de ſuo ali-
quid eis relinquens. Erat enim omniū vt di-
ctum eſt ꝑfecta vnitas vniuerſaliter ꝑmixta.
ꝛ nulla pte cōfuſa. que ſi tanta eſt i hoc corpo
rali aere ꝛ materiali lumine. ꝛc. (hucuſq̄ dio-
ny.) quib⁹ verbis manifeſte docet luminaria
ſimul vniri. ſalua tamen cuiuſlibet ꝓprietate
ſubſtantiali ꝛ accidentali/ quas deferunt ſe-
cum ſiue accedendo ſiue recedendo. Lux ita-
q̄ ſcd̄m dionyſium. eſt ſubſtantia in ſe ſiſtens
a quo ꝓcedit irradiatio quedā et illuminatio
corpoꝫ alioꝫ. ſemper enim lucet lux in ſe/ ꝛ ta
men non ſemꝑ illuminat/ ſed ſolū quando in
uenit corpus habens materiā diſpoſitā ꝛ ap
tam ad illuminationē. vt dicit augu. Subſtā
tia eni celoꝫ eſt vere lux/ que in corporib⁹ obti
net primū locum/ ꝛ tn̄ celū nō illuminat in te
nebris vel in nocte. ſemꝑ ergo lux lucet inuiſi
biliter ꝛ in tenebris/ ſed non ſemꝑ illuminat
viſibiliter. vnde virtutē lucis ſentit et percipit
omnis creatura. Inuiſibiliter enim operatur
virtus lucis ſenſum et motum in animalibus
vt dr̄ in lib. fontis vite. Dicit etiā albumaſar
in li. de iudicijs aſtroꝫ hipocratē docuiſſe q̄
niſi ſtellaꝫ lux de nocte ſubtiliaret denſitatē
aeris/ deſtrueret omne corp⁹ animatum. ꝛ ta
men certum eſt lucē ſtellaꝫ de nocte ſepi⁹ non
videri. Impreſſio eni et opatio lucis ē mani
feſta in mari q̄d fluit ꝛ refluit ꝑ applicationē
lune ad aliquē ſitum ſiue illuminet aerē ſiue
non. in viſceribus etiā terre vbi nō attingit lu
men virtus lucis opatur: vt pꝫ in mineralib⁹
ꝛ rebus alijs ibidem generatis. Et breuiter p̄
ſentia lucis neceſſaria eſt in omni corpore mi-
xto. ꝑ quā ꝯtraria in elementatis vniunt. Lux
itaq̄ a ſummo celo empireo vſq̄ ad centrum
mundi eſt diffuſa. que in ſua ſubſtantia vna
eſt et radice ſimplex. variata tamē ſcd̄m diuer
ſitatē recipientiū ſiue ſolis ſiue alioꝫ corpoꝫ
ſuperioꝫ vel inferioꝫ. vbi eſt vera ſubſtantia
virtus et operatio lucis/ licet nō luminoſita-
tis. hec eſt primogenita lux que creata fuit die
prima. vt dicit Baſilius/ que ſolari corpori ꝛ
ceteris celeſtibus quarta die factis ſupfertur.
vnde ſol et cetera ſidera ſunt primeui lumis
vehicula/ que propter ſuſceptionē lucis incor
poralis ſufficiunt ſine ſue ſubſtantie deperdi
tione ad illuminationē perpetuam et perhen

nem. vnde iſta lux vbiq̄ attingit. et omnia cor
pora ſcd̄m magis ꝛ minus diſponit ꝛ perficit.
Lux igitur eſt radix ꝛ fundamentū. q: omnis
illuminationis vna eſt in ſubſtantia que non
con tinetur accidentaliter ab aliquo corpore i
feriori. ſed magis continet omnia corpora re-
ſpectu quorum penitus formalis eſt/ licet i ſe
ſit materialis et finalis. Et ideo lux cū ſit ma
terialis/ habet potentialiter partem extra par
tem. quia vero formalis et habet actu partem
extra partem. quia quod habet materia in po
tentia/ hoc habet forma in effectu. Ex quo ma
nifeſtum eſt q̄ cum lux in genere corporū mi
nimum habet de materia et maximum de for
ma/ vicinior eſt forme q̄ materie. et ideo ratio
ne materie eſt in minimo ſcꝫ in puncto. ratiōe
vero forme eſt in omni loco. Naꝫ vnumquod
q̄ habet ita moueri ad locū ſicut ad formam
ſuam. vt dicit Ariſ. quia forma quanto eſt no
bilior/ tanto materiam ſuam plus extendit vt
ait Auguſtinus. propter quod forma lucis q:
eſt nobiliſſima in genere formarum corpora-
lium/ maxime materiam ſuam diſtendit. ꝛ tō
vnus punctus luminis ſiue lucis ſufficeret ex
ſe ad illuminationem vniuerſi orbis propter
materie ſue nobilitatem/ et forme ſūme actua
litatem. (vt dicit auguſtinus. Una igitur eſt
lux ſimplex ꝛ vniformis in ſua eſſentia quā-
uis diuerſa ſint luminaria. que inter ſe ſūt di-
ſtincta quamuis videantur in vno actu vni-
formiter aggregata. nec vnū lumen intrat ſub
ſtantiam alterius. quamuis ſenſibiliter tanq̄
vnum lumen vniri videantur. Non eſt ergo i
cōueniens ponere duo corpora ſimul eē quo
rum vnum eſt ſubtile ꝛ formale et quaſi com-
plementum reſpectu alterius. reliquū autem
eſt materiale ꝛ imperfectum. Duo vero corpo
ra glorificata in eodem eſſe nō poſſunt. quia
neutrum reſpectu alterius materiale poteſt eē
in aliquo vel formale. ſed glorificatum et nō
glorificatum ſimul eſſe poſſunt ſine aliquo in
conuenienti. ſicut expreſſe dicit Auguſtinus.
Lux enim vt dicit Baſilius maxime eſt mobi
lis. inceſſanter enim mouet ſe et gignit linea-
liter et circumferentialiter in omnem partem
ſe mouendo et diffiniendo/ vnde quantum ē
de ſe ſubito mouetur. Lux enim eſt ſumme ac
tiua et ſine reſiſtentia ad intima cuiuſq̄ rei pe
netratiua. diuerſorum et diſparium gene-
ratiua. et contrariorum in elementis et corpo
ribus mixtis in concordiam et vnitatem redu
ctiua. radiorum ſuorum proiectione/ directio
ne/ interſectōe/ ꝯfractōe/ ꝛ reflectione. omniū
in eſſe ꝓductiua. in eſſe cōſeruatiua. vel ab eē

Digitized by Google

diſſolutiua. (vt dicit Calcidius ſup thimeū. vite et permanentie cuiuſlibet rei regitiua eſt lux et directiua. ſuiipſius naturaliter multiplicatiua. Lux enim multiplicat ſe gignendo. gignit nāqꝫ lux lucē/et lux genita ſimul gignit ꝛ generat lucē ſibi ſuccedentē. et ſic in vno iſtanti vnus punct⁹ replet lumine totū orbē. Itē lux eſt ſui ꝛ alioꝝ manifeſtatiua. coloꝝ per ſui incorporationē in ſupficie humidi perſpicui effectiua (. ſicut d. Augu.) Lux tenebras expellit/meroreſqꝫ diſſoluit/inſidias prodit/ſecuritatē parat/omnem ſpeciē letam iocundāqꝫ inducit. rebus omnib⁹ formā et decorē tribuit ꝛ inducit. qꝛ ſine luce oīa corpora occulta remanent et ignota. Aufer (inquit damaſ.) lucē ꝛ omnia incognita in tenebris pmanebūt. Lux igit ſecundū Ambro. et etiā ſcḋm baſilium ē pulchritudo omnis viſibilis creature/cui⁹ gratia maxima ē in aſpectu que cetera mūdi mēbra laudibus facit digna. Hec vt. d. baſilius eadem eſt angeloꝝ ꝛ ſanctoꝝ ſupra celum quietiſſima habitatio. hec ſumme trinitatis p exemplum eſt demonſtratio manifeſta. hec lux ſine diminutione ſui eſt luminoſitatis multiplicatiua et diffuſiua. que in ſupficie vmbroſi corporis recepta/nō ſe profundat quātū ad viſibilē ſpeciē/ſed quo ad virtutē. (vt d. Iſi. Multas alias pprietates hꝫ lux laude digngnas quo ad ſuā ſubſtantiā/virtutē ꝛ opationē. cuius ſubſtantia nihil inenit purius. vnde tranſiens p ſordꝫ/nō ſordeſcit/cuius virtute nihil eſt actualius. cuius opatione nihil vtilius in corporibus experitur.

Splendor eſt quidā defluxus exiens a ſubſtantia lucis que egredit a luce ſine alterius nature cōmixtione. luci a quo exit/ē coeuus in duratione. vt. d. Auguſti. q̄cito eſt ignis/tā cito eſt ſplendor. vnde ſi ignis eſſet eternus ꝛ ſplendor eſſet etern⁹. exit etiā ſplendor a luce ſine lucis diminutione/ſine puritatis lucis cōtamine ſine diſcōtinuatione. cum ſui et alioꝝ manifeſtatione. cū ſui multiplicatione. vt dicit Baſilius.

Lumen differt a luce ſicut ſpēs a genere. omne eni lumē lux eſt ſed nō e conuerſo nō omnis lux eſt lumē. Nā lumen eſt defluxus quidā a ſubſtantia lucis in aere ſiue in alio diaphono corpore recept⁹ ꝛ vndiqꝫ circūfuſus. Triplex aūt eſt lumē vt. d auctor pſpectiue. ſcꝫ reflexū/fractū/et directū. Reflexum ſicut a ſpeculo et alijs politis corporibus/que reijciunt lumē a ſe receptum. aliud eſt lumen fractum/ſicut quando lumen venit ad corpus denſum aliquantulum qḋ non eſt omnino denſum vel durum. ſed recipit lumen in ſe. ſed ppter materiam non oīno obedientem lumen illud nō tenet rectum inceſſū ſed diſtat et diuertit ab inceſſu recto. et vocat fractio radij. Tertium lumen eſt directum qḋ nō repellit neqꝫ inuenit materiam aliquo modo inobedientem et tranſit libere. et facit opationes perfectas. Illud lumē eſt aeris et alioꝝ corpoꝝ tranſparentium perfectiuum/decoratiuum/formaꝝ ꝛ figurarum declaratiuū oculoꝝ letificatiuū/oculis lippis et infirmis eſt lumen odioſum ꝛ moleſtie illatiuum. hominum a ſomno corpore et ocio excitatiuum formarum ꝛ ſpecieꝝ in ſuperficie ſpeculi vel politi corporis impreſſiuum. Nam lumen ad ſuperficiem polite materie pertingens angulis equalibus ſe reflectit ꝛ omnium obiectoꝝ formas ibi imprimit. vnde quod extra eſt per ſubſtantiam/in ſuperficie ſpeculi collocat per imaginē et figurā. Lumen eſt etiam ſcḋm diſpoſitionem materie quā ſub intrat immutationis ſuſceptiuum. Nam eius claritas intendit in materia perſpicua/atqꝫ pura ꝛ remittit in feculenta materia ꝛ obſcura. In materia enī diaphana obſtaculum non inuenit. ideo per eam irradians/proprios fulgores exprimit ꝛ oſtendit. (vt dicit Dionyſius.) ꝛ quanto perfectius illi perfunditur/tanto latius ex ea refuſa ad alia deriuatur. accedens autē ad groſſiorem materiam illis obſcuriorem habet diſtributiuam apertionem. ſicut enim cum materie craſſe infunditur/capitur imperfecte/ꝛ totum ſe effundit extrinſecus apparetqꝫ obſcure. vnde materie craſſicies impedit ne illuminatio recepta diſtribuatur. In purioribus igit ſubſtantijs perfectius apparet et augmentatur. in groſſioribus minorat. Ex quo patet qꝫ a puriſſimis et ſubtiliſſimis materijs lumen perfecte comprehenditur. a compactis vero et obtuſis repulſam pati inuenitur.

Radius eſt quidam luminoſus a corpore lucido defluxus/quo mediante lux vel lumen ſuam pficit actionem. (vt dicit baſilius.) Radius autem alius eſt perpendicularis ꝛ rect⁹ qui a corpore luminoſo emiſſus/recto et lineari motu ſine digreſſione aliqua petit centrū. Alius eſt collateralis et confractus/qui a corpore luminoſo exiens ꝛ aliquod diaphonū inueniens/non recte pcedit ſed obliquat motū ſuū. ꝛ obliquatio iſta vocat radij ꝯfractio

Alius vero eſt refluxus qui quidem a ſuo pri-cipio recte vel oblique progreditur. ſed a cor-pore obiecto repellitur et repercutitur. et talis repercuſſio radij flexio nuncupatur vt dicit au-ctor perſpectiue. Radius itaqꝫ luminoſus eſt mobilis et agilis ſpericus/et orbicularis/ſi ſe rectus. maxime ſi fuerit perpendicularis. Con-tingit autem radium frangi et obliquari ꝛ qñ qꝫ ad partem oppoſitam proijci ſcḋm diſpoſi-tionem materie quam inuenit. vel quam tãgit Hic radius in nube cõcaua et humida inter-cluſus. diuerſas operat̄ in nube vel ĩ aere for-mas/colores/ꝛ figuras. vt pꝫ in colorib⁹ ar-cus celeſtis. qui nihil aliud eſt vel eſſe dicitur. niſi ſub intratio radioꝝ in nubem cõcauam ꝛ aquoſam. vt dicitur in libro metheororuꝫ. Ex ſubito ſemper motu radioꝝ et continuo cõtin-git aerem circumfuſum igniri et inflammari/ maxime cum concurrerint in loco cõfractionis Nam radij ibi coadunati mutuo cõculcantur Et iſta eſt cauſa quare aer circumfuſus ſepius inflammatur. vt patet in criſtallo ꝛ berillo ex cuius oppoſitione contra ſolares radios ſtup-pa appoſita accenditur et ignitur

Umbra eſt obiectio corporis tenebro-ſi et opaci ad luceꝫ vel lumen ſiue ad corpus luminoſum. Et eſt vmbra tri-plex ſcḋm phiſicam conſiderationem cõtingit ꝙ corpus luminoſum ſit rotundum et aliquã-do eſt maius ꝙ̄ corpus obiectum/aliqñ equa-le/aliquando minus. ſi equale/facit vmbram equalem et rotundam. ꝛ talis vmbra dr̄. cheli-droides/ideſt equaliter rotundum. ſi min⁹ ſit obſtaculo. facit vmbram tendentem in latum admodum callati. talis vmbra dicitur cataloi-des. Si vero corpus luminoſum mai⁹ ſit cor-pore obiecto. facit vmbram tendentem ĩ acu-tum et in conum. et talis vmbra dicitur conoi-des. Ex quo pꝫ ꝙ cum ſol ſit maior tota terra ipſa terra facit vmbram conoidem. Cõtingen-te igitur ꝙ terra ſit oppoſita ſoli que aſſigna-to modo ita alte dirigit vmbram ꝙ lunam at-tingit et eam inficit/eclipſim lune facit. ſed ex quo ſol tumorem ſpere p̄terit iſte conus tran-ſit et declinat in partem oppoſitam. et tũc lu-na libere apparet et illuminatur. Cum vero luna directe ſit oppoſita ſoli/lũa facit vmbrã cataloidem. et ideo vmbrã contra terram diri-git et eclipſim particularem facit. quia talis vmbra nõ ſufficit tegere totam terram cum a radijs ſolis in quibuſdam partibus illumiet et ex tali vmbra accidit eclipſis in vno clima-te alio illuminato exiſtente ſicut dicit albuma. Umbra vero caloris ſolaris eſt repreſſiua ſplē-doris radiorum ſolarium occultatiua. ſterilita-tis et fecunditatis terre inductiua. ſerpentum amica/et colubrorum nutritiua. eſtuantium ꝛ itinerantium refrigeratiua. maturitatis fructu-um tardatiua. terroris vel timoris et horroris multiplicis incuſſiua. cum non ſit corpus. ſpe-ciei corpus eſt repreſentiua. corpoꝝ in motu ꝛ inquiete eſt ſuiipſius configuratiua. nã mo-to corpore ſe mouet. et quieſcente/requieſcit. fugientiũ eſt inſecutiua. et inſequentium fugi-tiua. quanto etiam dies eſt longior et ſol in ce-lo ſtat altior/tanto obiecti corporis vmbra vi-detur minor et ecõuerſo. et iõ ſole oriente vide-tur vmbra maior. ſimiliter et in occaſu ꝙ̄ i me-ridie.

Tenebra eſt lucis abſentia. a tenen-do dicta. ligat eni et tenet oculos ne ſolem videant ſiue lucem. et ſic nihil eſt niſi pura priuatio. Tenebra etiam dicitur aer obſcurus vel vmbra opaci corporis. vt. d baſilius. Ex qualitate et ſitu lũa contrariat. ti-morem incutit/colorum pulchritudinem tol-lit. verecundiaꝫ dirimit vel minuit. ſomnolen-tiam nutrit.

Finit liber Octauus

De ꝓprietatibus tempꝰis ⁊ eius partibus.

Liber nonus.

P Oſtquam autem diximus de ꝓprietatibus celi ⁊ eiꝰ partibus de quibꝰ ſacra pagina facit mentionem dicendum eſt ſub breui cõpendio de eius effectu.ſ.de motu et mẽſura motus.i. de ꝓprietatibus tẽpis ⁊ ptibus eius. Cauſatur autē motus primo ⁊ principaliter a uolutione celi cuius motꝰ primus eſt ⁊ ſempiternus. vt dicit̃ in li. de ce. et mũ. neqꝫ ſimilis eſt motui inferiorũ corporali ⁊ viſibili ſiue mutabili cauſa tamẽ eſt motꝰ inferioris.qꝛ motus rerũ inferiorum generabilium ꝓcedit ex incorporali ⁊ uniformi motu orbium ſuperiorꝫ vt dicit Ariſto. ibidē. Motus aũt eſt tranſitus a termino ad terminũ cõtrarium. vt dicit̃ in fi. li. eiuſdem. Omne enī quod permutat̃. de contrario mutat̃ in contrarium. Et ſunt ſex ſpecies.ſ. generatio/corruptio/alteratio/augmẽtum/diminutio/ſecundum locum mutatio. vt dicit idem. motus uero ꝑmutationis ſm ſitum alius reuolubilis ⁊ ſpericus/alius rectus/alius compoſitus. Reuolubilis aũt non mutat locum ſecundum ſe totũ ſed ſm partes circulares. tamẽ quandoqꝫ mutat locũ vt patet in motu planetarũ. Rectus autem ſemꝑ mutat locũ q̃diu eſt in actu aut enī mouet̃ a cẽtro ad circũferentiã vt ignis et aer et hmõi leuia que ferũtur ſurſū aut ecõuerſo mouet̃ deorſum.ſ.ad centrũ. ut grauia ſicut aqua et terra. hic aũt motus ſex habet ſpecies. Eſt enim dexter/ſiniſter/ante/retro/ſuperior/inferior. Cõpoſitus uero motꝰ eſt duobꝰ motibus cõtrarius ſicut motus ligni in quo accendit̃ ignis. Motus in ſuꝑ hoc habet ꝓprium qꝛ ex vehemẽti motu generat̃ calor vt patet ex motu primi orbis ex cuius cõfirmatõne ⁊ motu inflãmatur ether vt dicit Ariſto. et ex motu liquefit plumbũ quod eſt in motu ut dicit idem. motus.n. non põt meſurari. niſi ſecũdum menſurã ſpacii in quo eſt motuſ. Omne aũt quod mouet̃ aut mouet̃ proprietate ſue nature ſicut adamas mouet ferrũ ex virtute celeſti. aut violentia ſicut ex forti impulſu venti mouet̃ nauis. aut ex voluntate ſicut mouet̃ corpus ꝓut vult animus. Motus vero mutationis eſt duplx vel mutationis de loco ad locū aut ꝑmutationis diſpoſitõis ad diſpoſitionẽ de loco ad locum aut naturaliter/ aut per vim. lapis enī qñ ab alto dimittĩt quanto magis deſcendit. tanto eſt eius motus magis impetuoſus. vnđ intendit̃ motus in fine ipſius. qđ vero mouet̃ per violentiã fortior motus eſt in principio motus ipſius et quanto remotior eſt a ſuo principio tanto debilior erit motus vt patet in ſagitta ab arcu emiſſa. que tam a remotis põt proijci. qꝫ in vltimo nihil penetrat neqꝫ ledit. motus itaqꝫ eſt generationis ⁊ omnis trãſmutatiuus inferiorũ cauſatiuus. caloris et inflãmationis inductiuus. tam aque q̃ aeris ſubtilatiuꝰ. caloris naturalis cõfortatiuus. appetitꝰ excitatiuuſ mediante laxatiue ad mũdificandũ corpora alias corpus cooperatiuus. Unde dicit Hypo. ſi vis celeberũ ducere moue corpus. Item ſi fuerit motus a centro ad circũferentiam erit materie extenſiuus/diffuſiuus et dilatiuus. Si vero fuerit ecõuerſo a circũferentia vſqꝫ ad centrũ erit aggregatiuꝰ partiũ inſpiſſatiuus et conſtrictiuus. Itẽ motus tẽperatus eſt nature aĩatorũ corporũ ꝯſeruatiuus. imoderatꝰ vero eſt nature deſtructiuꝰ

T Empus eſt rerꝫ mutabiliũ menſura vt dicit Ariſto. in li. de quinqꝫ ſubſtã. vel tꝑus eſt numerꝰ numerans in omni eo quod numeratur vel ſicut dicit Ra. tꝑus ẽ dimenſio rerꝫ mutabilium ſm motũ ⁊ moram que coeua eſt in rebus mutabilibꝰ. Et dicit Augꝰ. nihil eſt ꝑcioſius tempꝫe. qꝛ đ omni poſſeſſione duo poſſũt ſimul haberi vel plura. ſed duo momenta ſimul haberi nõ poſſunt. Unde tempus recuperationẽ nõ recipit. amiſſio.n. tempis irreuocabilis eſt. breue ẽ tꝑs mutabile ⁊ inſtabile irreuocabile. Cũ enim motu mobili incipit/ quo penitus deficiẽte tempus finit ⁊ ideo nõ erit in futuro ſed ceſſabit/ qñ nihil niſi eternitas erit vt dicit Augꝰ. Tẽpore nihil eſt cõis/ omnibꝰ enim equaliter eſt cõe. Tempore nihil labilius/ qꝛ nunq̃ quieſcit immo qñ incipit deficere incipit ⁊ decreſcere ⁊ ecõuerſo/ qꝛ preſens finis eſt preteriti ⁊ mox principiũ eſt futuri. Omne enim tẽpus tribus viciſſitudinibus variat̃.ſ. in preteritũ preſens ⁊ futurũ. Scđm rõnem tẽporis ⁊ eius variã ſucceſſionem ſemꝑ eſt dies ⁊ nox vt dicit Beda ſed alibi dies alibi nox. tẽpore nihil incertius nihil imperceptibiliuſ. qꝛ vt dicit Iſi. tempus ꝑ ſe nõ dinoſcit̃/ ſed ſolũ ꝑ humanos actus. Item tꝑe nihil eſt alterabilius ⁊ ideo corpi nihil periculoſius/ qꝛ vt dicit Hypo. mutationes tẽporũ maxime generant morbos. ſubita enī mutatio frigiditatis in caliditatem corpa alterat ⁊ immutat ⁊ ideo

q; natura nō patitur repentinas mutationes vt dicit Hypo. ideo ſubita mutatio temporiſ frequēter eſt cauſa infirmitatis. Item moderato tēpore ⁊ in ſuis qualitatibus tēꝑato/ corpori nihil eſt ſalubrius. vnde dicitur in āpho. temporibꝰ moderatis ſi tempora temperaliter ſe habuerint/ boni erūt ſtatus ⁊ maxime bone determinationis ſiūt egritudines. Item q̄uiſ tempus ita ſit mutabile/ tamen tempore nihil magis cōtinuū/ partes enim tpis ſunt cōtinue Unde dicit Mar. tempus qd̓ in hyeme ſe neſcit ſtatim in vere reuiuiſcit ⁊ ecōuerſo.

Nnus vt dicit Iſi. eſt ſolis reuolu
a tio vel anfractus cū ſpaciis .ccclxv.
diebus ⁊ quadrāte redit ad locuꝫ
ſuū. Eſt autē annus dictus eo ꝙ
menſibus in ſe remeantibꝰ voluitꝰ. Unde annus dicitur ab an ꝙ eſt circū. q; quaſi circulus in ſe redit ⁊ renouatꝰ. vnde apud egyptios ante litteras inuētas per pictū draconeꝫ/ caudā in ſuam incidentē ⁊ in ſe reuertētem ſignabatꝰ. vt dicit Iſi. Sunt annorū diuerſa genera. nā eſt annus lunaris minor ano ſolari in. lx. diebus. ⁊ eſt annꝰ ſolaris qui. xij. habet menſes. Singuli aūt planete habent ānos ſuos in q̄bus pficiūt curſum ſuū vt Mars qui in duobus Iupiter in. xij. ⁊ ſaturnus in. xxx. Et ē annus magnus qui dicitꝰ mūdanus qn̄ oēs ſtelle ſcd̓m Ariſto. redibūt ad ꝓprium/ ⁊ primum ſue creatiōis pūctum/ ⁊ hic annꝰ ſcd̓m Ariſto. in. xxxvi. milibus annoꝝ pficietꝰ. ſicut patet in li. de ꝓprietatibus elemētoꝝ. ſcd̓m platoicos aūt infra. xv. milia. pficitꝰ annus iſte ſicut dicit Macro. in li. Cironis. Eſt aūt annus vſualꝰ. ſ. ſolaris quatuor tpm/ que quatuor tpa ſūt. ſ. tēpus vernale eſtiuale autūnale ⁊ hyemale. ⁊ dicuntꝰ tpa eo ꝙ in ſuis qualitatibus mutuo ſe tēꝑant vt dicit Iſi. dicuntꝰ curricula eo ꝙ alterna aſſiduitate currūt ⁊ nunq̄ȝ in eodeꝫ ſtatu pſeuerant vt dicit idē Iſi. In his quatuor āni tpibꝰ occidūt duo ſolſtitia ī hyeme ⁊ eſtate duo equenoctia in vere ⁊ autūno. Solſticiū aūt eſt maxima equalitas diei ⁊ noctis/ que accidit ī greſſu ſolis in cancrū ⁊ capricornū. in cancruꝫ quantū ad ſolſticiuꝫ eſtiuale. in capricornum q̄ntum ad hyemale dicitꝰ ſolſticiū quaſi ſolis ſtatio duplici de cauſa. vel q; ſol in eſtate vel ī hyeme ꝓpter longitudinē dierū aut noctium videtꝰ ſtare in noſtro emiſperio vel inferiore vꝫ q; in vtroq; ſolſticio. quaſi ſtat/ in eſtiuali non potens plus accedere ad nos. in hyemali nō potens plus a nr̄o loco habitali elongari. Eq̄noctiū eſt maxima equalitas diei artificialis ⁊ noctis que accidit in greſſu ſolis in arietē ſiue libram. Primū eſt vernale. Secūdum autumnale. In his quatuor tpibus ſiūt quatuor ieiunia que dicuntꝰ tridualia. Primū fit in p̄ma ſeptimana quadrageſime. i. in vere. Secūduꝫ eſt eſtatis in ſeptimana pēthecōſtes. Tertium eſt autūni infra quartā feriā ſeptēbris. Quartū eſt hyemis qd̓ fit ſeptimana integra āte natiuitatem dn̄i. Annus itaq; ſolaris eſt annus cōis/ ⁊ incipit a ianuario ⁊ terminatꝰ in decembri. et eſt ſpaciū quo voluitꝰ ſol tricēties ſexageſies ⁊ quinquies in zodaico ⁊ quadrante idē eſt ſex horis que ſūt quarta pars diei naturaliſ Iſte aūt ſex hore nō computantꝰ in anno cōi/ ſed colliguntꝰ in anno biſſextili. Dicitꝰ aūt biſſextus collectio. xviij. horarū emiſſarum in tribꝰ annis cū ſex horis quarti āni ad perficiendum vnū diem ex. xxiiij. horis ex cuius additione dicitur ānus biſſextilis vt dicit Beda. Et dicitꝰ biſſextus q; ſemꝑ eo anno quo accidit ī februario bis. vi. kl̄. ꝓnūciamus. vel dicitꝰ biſſextuſ ex biſſe momentis collectis ex. xxxij. momētis quibus ſol moratꝰ in quolibet ſigno vltra. xxx. dies ⁊ ex. xxx. triētibus recolliguntꝰ ſingulis annis ſex hore que collecte ꝑ tres annos faciunt in quarto anno diē biſſextilem vt dicit Beda. ſed hoc querere in computo.

Nnus lunaris quandoq; dicitur
a ſpaciū quo luna reoluitur ab vno
pūcto zodiaci ad aliud punctum
qd̓ continet ſecundū quoſdam. xxij
dies ⁊ ſex horas. Quādoq; dicuntꝰ annus lunaris ſpacium quo voluitꝰ coniūctōne vſq; ad coniūctionem vel ab illuminatione vſq; ad illuminationem ⁊ tale ſpacium ſuperat primuꝫ duobus diebus ⁊. vi. horis. Dicitur aūt luna eſſe in coitu qn̄ ita directa eſt ſub ſole ꝙ nulla ps ſuperficialiter nos reſpiciens apparet illuminata. tota vero ē illuminata qn̄ videtur plena poſt ꝯiunctionē/ itaq; luna recedit a ſole ⁊ relinquit eū in aliquo pūcto zodiaci que reuertens ad idē pūctum/ nō inuenit eum ibi/ quia iam pfecit in ſuo motu. Unde oportet eū conſumere ꝑ duos dies ⁊ ſex horas anteq̄ȝ illuꝫ cōſequatꝰ. ⁊ tale ſpaciū dicitur lunatio. Quandoq; dicitꝰ annus lunaris ſpaciū continens duodecim lunatiōes/ que diuiduntꝰ a compuꝛiſtis ꝑ ſex pares ⁊ ſex in pares/ ſcd̓m ꝙ mēſes ſunt pares ſiue impares ⁊ ſex impares. Par enim lunatio reſpondet mēſi pari. impar aūt impari Annus ergo lunaris ꝯtinens. xij. tales lunatōnes/ ꝯtinet. ccc. liiij. dies/ ſexies aūt. xxx. ⁊ totidē xxix. dies pficiūt tantā ſummā. Unde pateꝫ ꝙ annus ſolaris cōis ſupat hūc annū lunarē in. xi. diebus/ qui exceſſus facit etatem lune varia

ri ſingulis annis in kł.menſium. Ita ꝙ ſi in B anno luna prima ē in kł.alicuius mēſis in ſe/quenti anno erit duodecima. Quandoq; aūt dicitˀ menſis vel ānus lunaris embolíſmalis. ⁊ eſt emboliſſimus excrementū āni ſolaris ad lunarem. Et dicitˀ ille annus emboliſmalis ī quo cadit ⁊ recolligitur vna lunatio.xxx. dierū recollecta ex illis.xi.diebus in quibꝰ ſuperat ānus ſolaris lunarem.et ideo tertius annus emboliſmalis eſt/ qꝛ in illo recolligitur lunatio. xxx.dierum tribus diebus de ſuper remanenti/bus.ter enim.xi.faciūt.xxxiij.ſimiliter in ſexre/manentibus alijs tribus diebus.ſimiliter in. viij.ānis eſt emboliſmalis / additis illis.vi. diebus ad illos.xxij.dies qui ex ſupercreſcētia vij.et viij.anni recolliguntˀ/ſed ad hoc vt lu/natio emboliſmalis.viij.anni ſit.xxx.dierum/ oportet mutare duos dies ex emboliſmali ſub ſequēti/⁊ ita pcedendum eſt vſq; ad.xix.annū qñ cicIus emboliſmalis adimpletˀ ꝯtinens annos.xij.cōmunes ⁊.vij.emboliſmales. Emboliſmales.n.ſunt.iij.vi.viij.xi.xiiij.xvij.xix. Alij vero ſunt cōmunes. Annus aūt lunaris maxime obſeruationis ē apud hebreos/ ppť quod legalis dicitˀ/ qꝛ omnes feſtiuitates legales ſcdm lune curſum et etatem obſeruantˀ. et ideo ſemꝑ incipit a lunatione aprilis/ vt dicit B.⁊ in exo.xij.dicitˀ/menſis iſte erit vobis pͥncipium mēſium āni.⁊c. Preter annū aūt vſualem ſeu cōem et legalem/eſt ānus qui dicitur emergens quādo aliquo caſu notabili emer/gente tp̄us ſubſequens comparatˀ/ ſicut greci cōputauerūt tp̄us a prima olimpiade. et chriſtiani a prima dñica in carnatōis/et ſic de alijſ Unde cōtingit ſepe ꝙ medium anni legalis eſt principiū emergentis ⁊ ecōuerſo.et per hoc multe ꝯtrarietates in byblia ad concordiā re/ducuntˀ ſed hec ad annorum diuerſitate dicta ſufficiant.

Er eſt principium anni cuius inicium eſt qñ ſol in prima parte arietis cōſiſtit ⁊ contra ſeptētrionem per rectam lineā aſcēdere incipit vt dicit conſtan.in pandec.li.v.c.iij. Recta autem linea eſt que neq; ſeptentrioni attinet neq; meridiei/ ſ; ab vtroq; polo equaliter diſtat. Durat aūt tempus veris vſq; in finē geminorū/ quā tum.ſ.ſol diſcurrit per tria ſigna.quoꝝ vnum qđq; habet ſuū menſem/ ad tp̄us vernale pertinentē. Primus mēſis eſt arietis incipiens a xviij.die marcij vſq; ad.xvij.aprilis. Secundus eſt thauri incipiēs a.xvij.die aprilis vſq; ad.xviij.diē marcij. Tertius eſt geminoꝝ incipiens ab.viij.die Maij vſq; ad.xvij.diē iulij

Eſt autē vernū tp̄us/inter frigidū ⁊ calidum maxime tempatū. Inter hyemem ⁊ eſtatē me/dium qualitatū vtriuſq; participatiuū/ qm̄ ſāguis tūc incipit multiplicari in corpore aīalis ⁊ humores qui in vernali frigore cōſtricti fue/rant ⁊ cōpacti/ calore vernali moueri incipiūt et diſſolui. ver aūt in ſuis qualitatibus tēperatum ſaniſſimū tp̄us eſt et minime mortiferum ac infernū vt dicit conſtā.et G. Nam his dua/bus qualitatibus natura delectatˀ qꝛ caliditas eſt cauſa effectiua nutrimēti ⁊ augmenti.humiditas vero cauſa eſt materialis.et ideo in vere maxime generatˀ ſanguis qui magis ē neceſſarius nutrimento corporis. Si vero naturam ſuā exierit diuerſas inducit egritudines. vnde dicitˀ in emph. Si hyems ſicca fuerit ⁊ borea/lis.ver vero pluuioſum fuerit et auſtrinus ne/ceſſe eſt in eſtate febres acutas fieri ⁊ obcaliditas et diſſenterias maxime in humidis.naꝫ vt dicit ꝯmentator in hyeme ſicci humores ꝑ frigiditatē retenti accuntˀ. In vere aūt nimia hūiditate diſtempato/multe ſupfluitates generātur et per calorē reſoluūtur. In eſtate vero duꝫ calor nō eſt potens eas ꝯſumere/ putrefacit/⁊ ſic febres acutas generat et inducit ⁊ multas alias paſſiones. Si vero hyems calida fuerit ver aūt frigidum et ſiccū/ neceſſe eſt homies in eſtate egrotare ⁊ mulieres parituras leui occa/ſione abbortire.cuius rei aſſignat. G.rōnem in cōmento dicens qñ corpa pregnantium in hyeme ſunt calida ⁊ humida.tenera ſunt ⁊ rara vnde frigiditas aeris vernalis ſubito penetrans ad interiora ledit fetum. per frigiditateꝫ enim ⁊ ſeccitatē que ſūt caliditates mortifica/torie/ mortificatur fetus. vnde fetus mortificatus aggrauat retinacula ⁊ ab rumpit et ſic mulier neceſſario abbortit. Uernuꝫ inſuꝑ tempꝰ terrā diu clauſam et pre frigore ꝯſtrictam aperit ⁊ radices ⁊ herbas in terra latentes ꝑducit floribus ⁊ herbis terrā renouat aues ad garritū ⁊ amorem ſolicitat ⁊ inducit. ⁊ miro decore oēm terre ſupficieꝫ induit ⁊ venuſtat. Uñ ver dicitˀ a virore vel vigore/ qꝛ tūc herbe et arbo/res vireſcere incipiūt ⁊ frondere. Tempꝰ veris eſt tp̄us agricultureˀ ⁊ laboris tp̄us leticie ⁊ a/moris. Uernali.n.tēpe oīa videntˀ letari. Naꝫ terra viret/ſilua frondet/prata florēt/celū ſplēdet/mare quieſcit/volucres vociferāt/⁊ nidificant.⁊ oīa que in hyeme videbantˀ mortua et marcida vernali tp̄e renouantˀ. Unde ſerenitas vernalis aeris vocatur a mar.riſus iouis. Aque vero vernalis tp̄is minus ſane ſunt ad bibendum/ qꝛ a vaporibus tunc reſolutis in/groſſātur et a ranis ⁊ alijs vermibus tūc tp̄is

ſemen ꝓijcientibus inficiunꝶ. ⁊ ideo ſi neceſſe
fuerit eas bibere ↄtulit Conſtan. vt primo de
quocanꝶ vel ꝑ ebulitionem ſubtilentur ⁊ puri
ficentur.

e Stas calida eſt ⁊ ſicca. cuius inici
um eſt cū ſol fuerit in prima pte cā
cri / ⁊ tūc eſt ſol in maxima eleuatō
ne quo ad nos et iam paulatim in
cipit deſcendere vſq͂ in finez virginis ⁊ habet
eſtas tres mēſes ſicut ⁊ ver. vt dicit Conſtan.
Primus mēſis eſt cancri a. xvij. die iunij vſq͂
ad. xviij. diē iulij. Secūdus eſt cū ſol ē̄i leone
a. xviij. die iulij vſq͂ ad. xvij. diē auguſti. Ter
tius eſt cū iam in virginē deſcendit. a. xvij. die
auguſti vſq͂ ad. xviij. diē ſeptembris. vt dicit
Cōſtan. Eſt ergo eſtas calida ⁊ ſicca colore ge
neratiua / eo ꝙ ſol tpe eſtiuali ſumma graditur
aſcenſione / oppoſitiſq͂ capitibus noſtris di/
rectam ⁊ fortez in corporibꝰ noſtris ſicut ⁊ in
alijs inferioribus fortiſſimā imprimit actionē
Unde et ſuperflua in hyeme coadunata diſ
ſoluit ⁊ cōſumit. Si vero eſtas ſuam tēperiem
exierit infirmitates calidas ⁊ ſiccas generare ⁊
inducere cōſueuit. vt dicit Cōſtan. dies longio
res ſol efficit et noctes breuiores. fructus ⁊ flo
res ad maturitatez ꝓducit. nam vi caliditatis
ſue. tunc intēſe humores in fructibus tūc dige
rit / ⁊ digeſtos eos in corpat ⁊ cōiūgit. Quod
vero ſupfluum eſt deſiccat penitus et ↄſumit /
terram rimoſaz ⁊ cauernoſam reddit. nam ca/
lore ſuo humiditas ptes cōſumendo deſtruit.
Siccitate vero ſua ptes terreſtres cōprimit et
coniūgit / et ſic aperit terrā atq͂ findit. Cōſum/
ptis igitur ptibus aqueis que fuerūt cauſa co
adunationis ptium ⁊ cōſtrictionis / neceſſe eſt
vt pars a pte diuidaꝶ ⁊ ſic fiſſura in ptibus ter
reis efficiatur. Unde et loca paludoſa aquoſi
tatem ↄſumendo deſiccat ⁊ exaſperat et indu
rat. poroſas ptes aīalium caloris ſui ſubtilita
te ſubintrat ⁊ humorem ſubcuneū diſſoluēdo
ſudorē ꝓuocat. et ſic quod ē ſuperfluū adnihi
lat et euacuat. ꝑ pororum etiam apertionē fit
ſpirituū exalatio et ſubſtantialis humiditatis
euaporatio. et idō vireſ debilitat et eneruat. ex
vtraq͂ caliditate ſua colerā excitat ⁊ inflāmat.
et ideo febrilē calorem generat ⁊ augmētat a/
pes mellificantes ſuis floribus eſtas reficit et
ſatiat nocturnis tpibus generat / et herbarum
ſupficiem ne diurno eſtu areſcāt rigat ⁊ hume
ctat. Eſtiuo tēpe aues maxime vociferāt ⁊ mo
dulanꝶ ad pullificandum. ſilueſtres volucres
maxime animantur. omnium corporum vm/
bre in eſtate media abbreuiantur.

a Autumnus ab augendo eſt dictuſ
eo ꝙ tunc tpis fructꝰ et fruges po/
tiſſime habūdant in horreis ↄ au
gentur. omnes enim anni labores
et fructus colligit in horrea et reponit. et ideo
numia in fabulis iunonis cōparatur rōne ferti
litatis. vt dicit Iſido. Nam ſolicitos et nego
tioſos circa fructuū collectionē homies reddit.
agros a frugibus et arbores a fructibus orba
tas reddit / ſiccitate et frigiditate ſua frondes
et folia mortificat et deicit / terram ſterilē effi/
cit / et vim germinatiuam āputat et preſcindit
Eſt itaq͂ autūnus frigidus et ſiccus humoris
melancolici frigidi. ſ. et ſicci generatiuus / cuꝰ
inicium eſt cū ſol primam ptē libre intrat cum
ſol eſt ī recta linea. ſ. in equinoctiali / cū a ſeptē
trione et meridie eque diſtat. Habet tpus au/
tumnale tres menſes ſibi dſeruientes. ut dicit
Conſtan. Primus incipit quando ſol eſt in li
bra a. xvij. die ſeptembris vſq͂ ad. xviij. diem
octobris. et tūc incipit ſol declinare in meridie.
Secundus mēſis eſt in quo ſol eſt in ſcorpio/
ne a. xviij. die octobris vſq͂ ad. xvij. diem no/
uembris. Tertius eſt cū ſol eſt in ſagittario. ſ.
a. xvij. die nouēbris vſq͂ ad. xviij. decembris
vt dicit Conſtan. Autūnus in ſuis qualitati/
bus veri cōtrarius eſt. ideo multarū infirmita
tum ⁊ peſſimarū eſt generatius. Unde Hipo.
in amph. in autūno acute accidunt egritudi
nes et mortifere ſuper quē locum dicit Gal.
Autumnus peſtilentior ē ceteris tempibus et
in multis illaudabilis. Primo ꝓpter mutabi
litatē tpis. nunc. n. eſt calor nūc frigus. Secun
do quia cū ſit poſt eſtatez inuenit multos hu/
mores incēſos ex calore precedente quoſ reper
cuti frigus autūnale ad interiora / et nō pmit/
tit eos exire qui putrefiunt et iducūt etiaz peſ/
ſimas paſſiones / vt quartanas et febres vix
curabiles. et hoc qꝛ autūnus frigidus eſt et ſic
cus et in orduatus et ideo in autūno nimia
ſiccitate ſua cōſumitur ſubſtātialis humiditaſ
corpa efficiunꝶ debiliora. ꝓpter inequalitatem
vero aeris pori ſubito nūc aperiūtur nūc ſubi
to cōſtringuntur. vnde fit calidarū fumoſitatū
retentio / quas cum virtus nō poſſit expellere
multitudine ⁊ acumine materie / paſſiōes mor
tifere ſubſequūtur. Ptiſicis aūt autumnꝰ ma
xime eſt nociuus / quia frigiditate et ſiccitate
ſua pulmonē deſiccat et rumpit ad modū pam
pini. ideo ptiſicos valde ledit.

b Yems ab ciēdo eſt dicta eo ꝙ tem/
pore hyemali ſolet ire et ſolui ſol ī
breuiori circulo ꝙ in eſtiuali. vnde
breuiores efficit dies et noctes lon

giores. vt dicit Iſi. Eſt aūt initium hyemis ſecūdum Cōſtan. cū ſol eſt in prima parte capricorni ⁊ eſt finis deſcenſionis ſolis in meridie/ ⁊ iam paulatim incipit aſcendere cōtra ſeptentrionem. Habet. n. hyems tres menſes ſibi deſeruiētes. Primus eſt in capricorno/ incipiens a xviij. die ianuarij vſq ad. xvi. diem februarij. Secundus eſt cum ſol eſt in aquario a. xvij. die ianuarij vſq ad. xvi. diem februarij.

Tertius menſis eſt qn̄ ſol eſt in piſcibus et incipit a. xvi. die februarij vſq ad. xviij. diez marcij. vt dicit Conſtan. Eſt aūt hyems frigida ⁊ humida flegmatis nutritiua. magis tn̄ dn̄atur frigiditas q̄ humiditati/ q2 magna fit aeris ⁊ aque conſtrictio ⁊ cōgelatio/ ꝓpter magnā ſolis elongationē/ ex qua frigus nō modicū tūc tempis generatur. Unde hyems eſtati penitꝰ eſt cōtraria. ⁊ ideo oīa viuentia ⁊ naſcētia beneficio eſtatis/ rigore hyemali mortificant̄. ⁊ eſtatis preterite veſtigia in hyeme penitus ānihilantur. niues ⁊ aquarum inundatiōes in hyeme multiplicant̄/ tam vie q̄ ſemite lubrice ⁊ lutoſe in hyeme efficiuntur/ niſi pori terre glaciali frigore conſtringant̄. omniū corporū vmbre in hyeme plus q̄ in eſtate ꝓlongant̄/ poris terre clauſis in ſuperficie exteriori corpora infrigidant̄. Interius tamē partes calide fugientes dominantē frigiditatem in aere aggregant̄. et ideo aque puteales 2 fontanee in hyeme ſentiuntur magis calide q̄ in eſtate. q2 calor naturalis fugiens contrariā ſibi aeris frigiditatem interiora petit ⁊ in venis puteorū ⁊ fontium ſe includit. et ideo ꝓpter caloris preſētiam/ aque ī fōte vel in puteo n̄ gelant̄. Itē hyemalis aſperitas/ hoīes efficit pigros ⁊ deſides ad operādum. verū etiam ex conſtringēte frigiditate cōtrahūtur et quādomodo coartāt̄/ ꝓpter quod mēbra ad operandum ita de facili nō laxantur Item ex frigore hyemali clauduntur pori/ ⁊ reuocato calore naturali ad iteriora virtutes aīales confortant̄/ ꝓpter quod excitat̄ appetitus ⁊ plura cibaria q̄ in alijs tpibus neceſſario requirūtur. Unde Hipo. in amph. ventres in hyeme natura'ſunt calidiores et ſomni longiſſimi. In his ergo horis plures oblatiōes dādeſunt. Calor enim eſt multꝰ ⁊ multo indiget nutrimento et cetera. Item qū hyems ſuas excedit qualitates/ vane paſſiones in corporibus generant̄. multi eni hūores poris clauſis in cōcauitatibus corporis aggregant̄/ qui nō inuenientes viā euaporotionis calefiunt ⁊ putreſiunt. ex quo neceſſario infirmitates varie ꝓcreantur.

m Enſis eſt nomen grecum de lune nomine tractum. Luna enim greco ſermone mene vocatur. Nam apd̄ hebreos menſes legitimi nō ex curſu ſolis/ ſed ex motu lune nūcupantur. Egyptij autē primi ꝓpter velociorem lune curſum/ nomen mēſis primo ex ſolis curſu inuenerūt/ quoniam tardior motus ſolis/ facilius poterat cōprehendi.

Eſt autē triplex menſis. ſ. ſolaris q̄ diu ſol moratur in vno ſigno pagrando. Et eſt vſualis illud. ſ. ſpacium dierū/ quod in noſtris horologijs cōtinetur. Et eſt mēſis lunaris. ſ. ſpacium quo luna recedit ab vno pūcto firmamēti rediens ad idem pūctum et cōtinet in ſe. xxvij. dies ⁊. vij. horas. nam luna morat̄ per duos dies ī quolibet ſigno ⁊ biſſe hore. Ex eo vero ꝙ moratur in quolibet ſigno ꝑ duos dies cum ſint duodecim ſigna habent̄ vigintiquatuor dies. Ex eo vero ꝙ morantur ꝑ ſex horas exeūt tres dies qui predictis vigintiquatuor diebus adiuncti faciūt vigintiſeptē. ſex vero biſſe ſpaciū ſuplent vnius hore integre. Ex quo patet ꝙ luna circuit zodiacum a pūcto ad pūctum per viginti ſeptem dies ⁊ ſeptem horas. Alio modo ſumitur menſis lunaris pro lunatione vt patz ſupra de anno lunari. quere ſupra. Cōtinet ita ꝙ menſis quatuor ſeptimanas. Septimana ſeptem dies. naturalis dies quatuor quadrantes. quadrans ſex horas. hora quatuor pūcta punctū decem momēta. momentum duodecī vncias. vncia. xlvij. athomos. athomus vlterius nō diuidit̄ ꝓpter ſui breuitatem. Sunt aūt menſes duodecim vſuales quorum vnus dicitur Januarius a iano dictus cui fuit conſecratus. modo aūt dicit̄ ianuarius eo ꝙ ſit limes a ianua anni. vnde et bifrons ianus depingit̄ vt anni introitus ⁊ exitus demonſtret̄ (vt dicit Iſi.) depingit̄ comedens et bibēs de cipho q2 tunc aīalia abūdantiorem cibi copiam exigunt ⁊ requirunt/ q2 tunc temporis ꝓpter ſubintrationē caloris ad interiora/ maxime viget appetitus. Iſte aūt menſis habet noctes longas horarum quatuordecim ⁊ dies breues horarum octo.

ſ Ecundus menſis eſt februarius a februo ideſt plutone dictus cui mēſis ille fuit antiquitus conſecratus Nam ianuarium dijs ſuperioribꝰ februariū vero dijs in ferioribus antiquitus error gentiliū conſecrauit. et ideo februarius a februo ideſt plutone deo infernorum eſt nominatus. Eſt autem menſis pluuioſus valde et aquoſus propter vaporum eleuationem q̄ in pluuias reſoluuntur. et ideo dicitur tunc ſol

eſſe in aquario propter aquarum inundationem. Depingitur autem februarius ſenex/ad ignem reſidens pedes calefaciens/quia tunc temporis maxime viget frigus. ꝓpter diuturnam ſolis elongationem que ꝓceſſit. Inter autem omnes menſes februarius menſis eſt minimus q2 nõ habet niſi .xxviij. dies qñ non eſt biſſextus. In biſſexto habet .xxix. Dicitur autẽ februarius apud hebreos ſebat. apud grecos xendicos/cuius nox habz .xiiij. horas. dies vero decem.

t Tertius menſis eſt marcius a marte romane gentiſ auctore appellat⁹ vel ideo ſic dictus eſt eo ꝙ tũc animantia ad marem et coitum moueantur (vt dicit Iſi.) Dicitur aũt marcius apud hebreos menſis adar. Apud grecos vero vocatur diſtam. ⁊ habet .xxxi. dies. Nox aũt eius habet horas .xij. ⁊ dies .xij. In menſe aũt marcio eſt equinoctium vernale ſole inter ſeptentrionem ⁊ meridiẽ mediam lineam tunc tenente Et ideo in menſe marcio aperiunt̃ pori terre atꝙ humores incipiũt aſcendere tam in animalibus quam in herbis et arboribus/ vnde marcius depingitur tanq̃ vinitor vel ortulanus q2 tunc eſt tp̃us vt ſuperflua a vitibus ⁊ alijs arboribus amputent̃. In marcio aũt eſt tp̃us valde mutabile ⁊ inſtabile. Et ideo tũc tẽpis corpora hominũ facilime alterant̃. Aque autẽ marciales ſunt minus ſane ad bibendũ q2 tũc ex ſeminibus piſcium ⁊ ranaꝝ potiſſime inficiuntur. ſole in principio marcij./in medio ſigni piſcium exiſtente.

q Quartus mẽſis eſt aprilis qui apd' hebreos dicitur yau. apud grecos vero dicit̃ ſandicos. habens .xxx. dies cuius nox habet horas .x. dies vero .xiiij. Dicit̃ autem aprilis quaſi aperilis. q2 tunc omnia apperiunt̃ ⁊ tunc gramina flores ⁊ folia de terra ⁊ arboribus egrediunt̃. ⁊ ideo aprilis depingit̃ geſtans florem q2 in illo menſe incipit terra decorari floribus ac veſtiri. vel aprilis dicitur quaſi aphrodilis. vel a phris/quod eſt ſemen quia tũc aptis poris terre ſunt arua apta ſeminationi ⁊ agriculture/ſole circa medium marcij ſignuz thauri ſubintrante.

q Quintus menſis eſt madi⁹ ſiue maius a mayla matre mercurij dic⁹. vel dicitur a maioribus natu qui i republica ſunt maiores. vel dicit̃ madius a madefactione pluuiarum/quia tũc temporis oriuntur pliades ⁊ iades ⁊ alie ſtelle pluuiales quarum virtute mittunt̃ pluuie ⁊ rores ad ſeminum iactorum madefactionem ⁊ irrigationẽ. Hic menſis apud hebreos dicitur Iar. Apd' grecos aũt dicit̃ autunoſeos/habet̃ dies .xx. Nox vero eius habet horas .viij. ⁊ dies .xvi. Eſt aũt maius tp̃us amenitatis amoris ⁊ iocũditatis. Tunc enim maxime vociferant ⁊ gaudent aues. Tunc ad bella ꝓcedunt reges. In maio ſilue virent prata rident ⁊ florent/⁊ oĩa fere animantia mouentur ad gaudium ⁊ amorem. ⁊ ideo ſol dicitur in medio mai intrare ſignum geminorum quia ꝓpter temperiem aeris et amenitatem tp̃is iocũditas in hominibus geminatur. vnde maius tempus eſt ſolatij ⁊ deductionis. ꝓpter quod depingitur iuuenis equitans ⁊ geſtans volucrẽ ſuper manum.

ſ Sextus menſis dicitur iunius a iunioribus dictus/eo ꝙ populus romanus in centorias iunioꝝ ⁊ ſeniorum fuit diuiſus/vt dicit Iſid'. Eſt aũt menſis iunius finis veris ⁊ principiũ eſtatis. ⁊ dicit̃ apud hebreos thebach apud grecos vero deſeos habẽs dies .xxx. Nox habet horas .vi. dies vero .xviij. Eſt aũt menſis ſolſticialis. q2 in eius medio intrat ſol in cancrum. tunc aũt calore ſolis humorem in radicibus deſiccante/omnia tendunt ad maturitatẽ et ideo depingitur ſecans fena. quia fena tũc temporis in pratis ſunt matura.

ſ Septimus dicitur iulius a iulio ceſare ſic vocatus. q2 in illo menſe fuit natus. vel vt dicitur tũc tempis fuit ad imperium ſublimatus. Dicitur aũt apud hebreos canilis apud grecos pauemos. habet dies .xxxi. cuius dies habet .xvi. horas. nox vero .viij. Eſt menſis iſte feruẽtiſſimus. quia in medio iſtius ſol incipit eſſe i leone. et incipiunt dies caniculares. et ideo tũ ex ſole/tum etiam ex calido ſigno ⁊ calidiſſimo ſidere fit exceſſus tũc temporis in calore. tunc etiam intendũtur omnes calide paſſiones ⁊ ẽ tempus maxime diſconueniens medecine/ex nimio calore ad interiora/radiatus ſubintrante ⁊ humorem cõſumente/ſegetes matureſcũt. Unde iulius depingitur cum falce ſegentez reſecante. q2 tũc eſt tempus congruum meſſioni.

o Octauus menſis eſt auguſtus ab Auguſto ceſare nũcupatus q̃ apd' hebreos dicitur ebal apud grecos ior habẽs dies .xxxi. nox habz horas .x. et dies .xiiij. In hoc menſe fruges in horrea recolligũt̃. et iõ depingit̃ cũ flagello ſiue flabello triturãte/denudat terrã a frugibus ⁊ ſpoliat. et ideo dicitur ſol in medio auguſti ſignuz

virginis ſubintrare. Sicut enim virgo ſterilis
eſt ⁊ infecūda / ſic terra eſt quaſi ſterilis quādo
a ſuis fructibus eſt orbata.

ſ Eptembris eſt menſis nonus ſic
dictus. q2 eſt ſeptimus ab imbre tē
peraneo. ſ. a marcio qn̄ ſolent im/
bres inūdare. Et dicitur apud he
breos tiſri apd̄ grecos corros. hn̄s dies. xxx.
cuius nox habet horas. xij. ⁊ dies. xij. In iſto
enim menſe fit equinoctiū autumnale. nam in
eius medio ſol ingreditur ſignū libre. Eſt enī
menſis iſte finis eſtatis et principium autūni /
in quo vindemia fit matura. Et ideo depingit̄
quaſi vindemiator. racemos colligens in cor/
ballo. Eſt autem iſte mēſis mutabilis et inſta
bilis / cuius calor in principio eſt intenſus. ſed
in fine remittit̄ et tempeſcit iam frigiditatē ſa/
piens autūnalem. Fuit autem mēſis iſte apud
hebreos valde celebris et ſolemnis. Nā apud
eos dies ſeptimus / mēſis ſeptimus / et annus
ſeptimus in ſumma veneratione habebant̄.

d Ecimus menſis eſt october. q2 ab
imbre ē octauus. qui apud hebre/
os dicit̄ marizon. apud grecos yp
beos habens dies. xxxi. nox habet
xiiij. horas. dies. x. qui in principio ſui adhuc
eſt calidus. ſed in fine forti frigore corpus pū
git. et ideo in eius medio ſol dicitur intrare ſi/
gnum ſcorpionis / qui eſt vermis facie blaudi/
ens ⁊ cauda pungens. Hic mēſis q2 naturali/
ter eſt frigidus ⁊ ſiccus / terram deſiccat ⁊ eam
ad ſuſceptionē ſeminū diſponit ⁊ abilitat. vn̄
tunc tp̄is ſemina hyemalia glebe cōmendant̄
⁊ ideo depingit̄ i ſimilitudinē hoīs ſeminātis

n Ndecimus mēſis eſt nouember ſic
dictus quia ab imbre nonus eſt.
Apud hebreos dicitur caſſeu. apd̄
grecos dicitur dyos. habens dies
xxx. cuius nox habet horas. xvi. dies vero octo
Hic mēſis frigiditate ſua penetrat ad iteriora
⁊ grauit̄ ledit corpora. ⁊ ideo in ipſius medio
dicitur ſol ſignū ſagittarij ſubintrare. ⁊ ſiccita/
te ⁊ frigiditate ſua conſtringit ⁊ deſiccat. et dei
cit arborū folia. poros etiam in aīalibus clau
dit / et recollectis hūoribus intrinſicus eos cō
gelat coagulat ⁊ cōpungit. et ideo tūc tempis
animalia maxime porci multū impinguantur
ppter quod depingit̄ quaſi ruſticus quercus
percutiens ⁊ glandibus reficiēs porcos ſuos.

d Ecembris. xij. menſis eſt ſic dictus
quia ab imbre marcij eſt. x. Marci
us quidem eſt menſis pluuioſus.
hic apud hebreos dicitur thureth.
apud grecos epyleos habens dies. xxxi. cuius
nox habet horas. xviij. dies vero. vi. Hic men
ſis eſt ſolſticialis quia in eius medio ſol ingre
ditur ſignū capricorni / qn̄ ita eſt a remotis de
noſtro habitaculo ꝙ nō pōt a nobis plus ali/
qualiter elongari / ſed tūc arcus meridionalis i
cipit paulatim reuerti ⁊ aſcendere per circulos
boreales. Eſt aūt finis autūni ⁊ pncipiū hye/
mis que ſe extendit vſq3 ad. xvij. diē marcij vbi
incipit tēpus veris. In hoc menſe ꝓpter aſpe
ritatem frigoris ſūt altilia ⁊ alia animalia do/
meſtica multe quietis ⁊ pui motus ⁊ ideo plu
rimum impinguant̄. vnde tunc tp̄is interficiū/
tur potiſſime ⁊ mactant̄ ꝓpter quod depingit̄
tāꝙ carnifex / qui cū ſecuri percutit ⁊ mactat por
cum ſuū. Ex his enim duodecim menſibus ef
ficiuntur annus tam ſolaris ꝙ lunaris.

e Bdomada ſiue ſeptimana a ſeptē
dierum numero eſt vocata cuius re
plicatione menſes / anni / ⁊ ſecula
peragantur. Ab eodem enim die i
cipit / et in eadem terminatur. cuius ptes ſunt
dies artificiales 2 naturales. Sunt dies dicti
a dijs quorum noīa cuiuſdam ſiderib9 ſunt ab
antiquis cōſecrata. Primū diem ſoli aſcripſe
runt / qui princeps eſt ſiderū ⁊ dominus plane
tarū. et ideo dies dn̄icus nuncupant̄ que priui
legiata eſt in multis. q2 in die dominica mun/
dus eſt creat9 ⁊ in eadem dn̄s natus fuit et i ea
dem dominus reſurrexit / et in eadem etiā dn̄s
miſit ſpiritum ſanctum. Secundū diem aſcri/
pſerūt lune / q̄ ſoli in magnitudine ⁊ ſplendore
ꝓxima eſt. Tertium a marte ⁊ ſic de alijs. Die/
rum aūt alius eſt egyptiacus. alijs nō egyptia
cus. Egyptiacus eſt ille dies in qua miſit de9
plagam aliquam in egyptū. Unde cum ſint.
xxiiij. dies egyptiaci / patet ꝙ plures miſit de9
plagas ſup egyptios ꝙ decem que inter cete/
ras magis ſunt famoſe. ponūtur autem a kl̄.
eccleſie / nō quia aliud ſit in illis plus ꝙ i alijs
omittendū. ſed vt miracula dei ad memoriam
reducant̄. Dieruz alius ē artificialis ſiue vſua/
lis. alius naturalis. Artificialis eſt ſpaciū quo
voluitur ſol in noſtro emiſperio ab oriente ad
occidentem. ⁊ dicit̄ artificialis q2 quaſi artificiū
diuerſificant̄ ſecundum diuerſos ſitus climatū
et regionū. Naturalis eſt ſpacium quo ſol vol
uitur ab oriente per occidentem in orientem et
talis dies continet. xxiiij. horas. Artificialis
vero dies continet in equinoctio / xij. horas. in
alijs vero temporibus plus vel minus. ſecun
dum dierum incrementum vel decremētum.
Dierum aūt alius denomiat̄ a kl̄. alius ab idi
bus / alius a nonis. Primus aūt dies menſis
dicitur a nomie klarum / a kalo quod eſt voco

quia tūc ſolebant mercatores ad nundinas cō
uocari. ⁊ erat feſtum ſolēne quod vocaꝫ feſtuꝫ
neomenie ideſt noue lune / qꝛ tūc luna videbaꝫ
eſſe noua. None dicunꝫ quaſi nūdine / quia tūc
nundine inchoaban. Idus enim idē quod di
uiſio / qꝛ tunc nūdine diuidebanꝫ. Ex quo pa⸗
tet triplex dierū differentia. ſ. kł. dputate ad ce
lebrandum. nonas attributa ad negociandū.
Idualis ſtatuta ad recedendum a nundinis ⁊
ad ꝓpria reuertendū. Dies aūt naturalis con
ſtat ex. xxiiij. horis quibus ſol circa totam terrā
raptu firmamenti circūfertur. cuius partes ſūt
quadrans / hora / punctū / momentū / vncia / et
athomus. Eſt aūt quadrans quarta pars diei
naturalis ideſt ſpacium ſex horarum. hora eni
vi. pars quadrātis. ideſt. xxiiij. pars diei natu
ralis / ⁊ dicitur hora extrema ⁊ finalis pars tē⸗
poris / ſicut ora dicaꝫ extremitas fluuij ſiue ma
ris. (vt dicit Iſi.) Punctū eſt quarta pars ho
re / momētum. x. pars pūcti ſiue quadrageſima
pars hore. ⁊ dicitur momentū quaſi minimuꝫ
atqꝫ anguſtiſſimū tꝑus ſiderum a motu nūcu⸗
patum vncia aūt dicitur. xij. pars momēti.
Athomus eſt. xlvij. pars vncie. ⁊ dicitur atho⸗
mus quaſi ſine diuiſione. qꝛ vltra athomū nō
recipit ſubdiuiſionem. Dies itaqꝫ eſt illumina
tionis a ſole receptiua / ⁊ luminis recepti ad ali
os diffuſiua. vnde dies a dyon grece deriuaꝫ
Eſt aūt dyon idem quod claritas (vt dicit Iſi
do.) Item dies ē menſium ⁊ annorū deſcripti
ua ⁊ diſtinctiua omnia enim temporū ⁊ ſecu⸗
lorū curricula dierum numero computanꝫ.
Item ſecūdum acceſſum ſolis ⁊ receſſum ē di⸗
es breuitatis et magnitudinis receptiua. ⁊ ideo
ꝓpter ſolis elōgationeꝫ a noſtro habitaculo i
hyeme ē breuiſſima. i eſtate aūt lōgiſſia qꝛ tūc
ſol nobiſ vicini⁹ appropinqꝫ. Itē ſiderꝫ ⁊ cor
porum ſuperiorum eſt dies occultiua. qꝛ quā⸗
to dies eſt clarior / tanto ſtelle a noſtris aſpecti
bus occultantur. Item inter colores et rerum
viſibiles forma eſt dies diſcretiua / nam figu⸗
re ⁊ forme que de nocte latent / de die patent. (
vt dicit Beda.) Item diei preſentia auium lu
cis eſt leuificatiua. In ortu enim diei gaudent
⁊ cantāt aues. Item viatoribus eſt dies ſecu
ritatis ⁊ pacis tributiua / que latronibus ini⸗
mica eſt et timoris incuſſiua. latrones enim de
die timent. Item diei claritas eſt tenebroſita⸗
tis nocti euacuatiua / et ipſi imediate ſucceſſi
ua / et quanto nox precedens magis tempeſtu
oſa eſt ⁊ turbulenta / tanto eſt ſuccedentis diei
preſentia magis grata. Item dies eſt ſtatus
ſui mutatiua. creſcit enim uel decreſcit cōtinue
et quanto plus decreſcit ⁊ abbreuiatur in hye
me / tanto plus in eſtate prolongatur. Item
dies eſt a torpore ⁊ ſomnolentia excitiua / nam
dies exercitio ⁊ labori hominum deputatur. ⁊
quanto plus dies declinat verſus finem / tan⸗
to ſapiens operarius ad perfectionem diurni
operis plus conatur (vt dicit Grego.

a

Urora finis eſt noctis precedentiſ
⁊ diei ſequentis principiuꝫ. Et di
citur aurora (vt dicit Iſiderus.) qꝛ
aurea hora eo ꝙ rutilitateꝫ ad mo
duꝫ auri diffundit colorem. vnde ⁊ ſol in auro
ra a grecis criſoſtomos ideſt auri dom⁹ appel
latur. nam radij eius ſplendentes aureas co⸗
mas demonſtrant. Uel dicaꝫ aurora quaſi au
ra rorans / eo ꝙ in aurora ros generatur. et cu⸗
ius humectatione infunditur terra / et aeris ca
liditas temperatur. aurora lumen a ſole impe
trat. qꝛ clarior eſt ipſa nocte / ſed obſcurior cla⸗
ro die. aues mundas ⁊ diurnas ad volandaꝫ
⁊ cantandum excitat nocturnas autem fugat.
In ortu autem aurore flores primo clauſe
aperiunꝫ / et herbe que eſtu precedente macre⸗
ſcunt / in aurora eriguntur. vires animales in
aurora confortantur / ⁊ animaliū egritudines
alleuiantur et diminuūtur. In aurora autem
humor ſanguineus dominatur. Unde ſecun⸗
dum Conſtan. Aurora vſqꝫ ad tertiam imitaꝫ
naturam veris. meridieſ eſtatis / hora veſperti
na / temporis autumnalis / nox vero hyemalis
qualitatibus. In aurora ꝓpter dominium ſā
guinis ſomnus dulcis eſt et ſalubris. tunc etiā
temporis maxime galli ad vociferandum con
citantur. Oritur autem lucifer in aurora et oriē
tis ſolis preſentia nunciatur eſſe ꝓxima ⁊ vici
na. Aurora a tenebris incipit / ſed vſqꝫ ad per
fectionem luminis proficit ⁊ procedit. Uariat
autem in ortu ſolis colorem ſuum. vnde nunc
croceum nunc purpureum / nūc aureum protē
dit colorem. Accidit hec varietas ex diuerſa q̄li
tate vaporum vel nubium in quibus modis
fit depreſſio ſolarium radiorum (vt dicit Be⸗
da.) Nimia autem ſerenitas in aurora cum ra
dijs ſolaribus directis contra auſtrum ſignuꝫ
eſt future tempeſtatis (vt dicit idem Beda.)
Idem eſt autem aurora ⁊ diluculum. Sic au⸗
tem dicitur / quia eſt diei lucidum ⁊ luminoſuꝫ
principium. Eſt enim diluculum. ſecundū Iſi
do. terminatio noctis et inchoatio plene lucis
alleuiatio infirmitatis / expeditio ab inimicis
In diluculo hoſtes fugiunt ⁊ latrones (vt idē
dicit) Idem eſt mane quod diluculum. nā ma
ne eſt lux plena ⁊ matura. ⁊ dicaꝫ a mene quod
eſt bonum / eo ꝙ luce nihil eſt melius. (vt dicit
Iſi.) Eſt autem mane principium laboris / et

finis dormitationis tempus ſobrietatis / et perfectio celebrate digeſtionis / paulatim nocti finem imponit et cito tranſit. rerum qualitates / ſpecies et figuras preoſtendit ꝛ precludit.

m Eridies eſt dicta quaſi dies media Nam in meridie in medio celi videtur conſiſtere ſol in medio puncto inter ortum ꝛ occaſum exiſtens videtur equaliter ab vtroqꝫ tunc diſtare. vel dicitur meridies quaſi mera dies / qꝫ tunc purior et clarior eſt ſol / quando de medio celi rutilat / ꝛ totū orbem illuminat pari claritate (vt dicit Iſi.) Hec hora calidior eſt ꝛ ſiccior / et in ſuis qualitatibus eſt ſimilior eſtati. Et accidit propter quatuor ſcilicet propter directam ſolis ad capita noſtra oppoſitionem / ꝑpter ſolarium radiorum reflexionem / ꝛ directam duplicationem / ꝛ ꝑpter radiorum ſpiſſitudinem / ꝛ eorū cōfractionem / ꝑpter linearum anguſtiam in quibus radij coartanꝭ. Aer etiam tūc temporis ꝑpter multiplicationem ꝛ concurſum radiorum maxime caleſit. ꝛ ideo amplior calor in iſtis inferioribus generatur. In meridiana autez hora vmbra vniuſcuiuſqꝫ corporis ē breuiſſima et a meridie verſus ſeptentrionez / tunc temporis eſt extenſa. et quanto ſol plus recedit a meridiano circulo / tanto obiecti corporis vmbra amplius perlongantur. (vt dicit Beda.) In meridie flores et herbe areſcūt. ſꝫ fruges et fructus potiſſime maturefcunt. Animalia loca vmbroſa ꝑpter ſolis feruorem querunt / ꝛ in ſuis latibulis requieſcunt. In meridie animalia venenoſa ſicut colubre ꝛ ſerpentes plus ledunt / quia venenum ſuū facilius tūc infundūt de mane etiam ꝑpter frigiditatem nocturnam precedentem rigeſcunt. et ideo in eis vis veneni cōſopitur. ſed in meridie caleſiunt / vnde tūc ad pungendum ꝛ virus veneni infundenduꝫ fortius in ardeſcunt. Unde in feruore meridiano cauernas exeunt / ꝛ calefactionis gratia ſoli ſe exponunt (vt dicit Iſi.)

v Eſpera a veſpero ſtella occidentali eſt dicta. Ueſperus enim eſt ſtella qui ſolem occidentem ſequitur ꝛ tenebras ſequentes comitaꝭ (vt dicit Iſiderus.) Uocatur autem veſper ſeruꝫ a ianuis ſeratis ſic dictum / quia quādo venit veſper fores ſerantur / vt omnia in domo maneant tutiora. Dicitur etiam crepuſculum id eſt dubia lux / quando inter lucem ꝛ tenebras diſcernere nō eſt certum (et dicit ideꝫ.) In veſpere igitur dies finitur et ſolares radij a terre ſuperficie ſubtrahunꝭ. imminente veſpera / vmbre corporum maxime protenduꝭ. Flores qui contra ſolem aperti fuerant ꝑpter ſolis abſentiaꝫ in ſe clauduntur. pori etiam corporum qui ex calore diurno aperti fuerant ꝑpter remiſſionem caloris in veſpere conſtringunꝭ exalationes et fumoſi vapores que materia ſunt nebule ꝛ nubis / veſpertino tempore reſoluūtur homines ꝛ animalia ꝛ etiam volucres ꝑpter reſolutiōeꝫ fumoſitatū in eoꝝ corpib⁹ ad ſonuꝫ ꝛ dormitiōnē tūc diſponūꝭ. aues nocturne ſicut bubōes ꝛ nocticorac de ſuis latibulis ad ſua paſcua ꝑcurāda tēpore veſpertino egrediuntur. greges a paſtoribus ꝛ a paſcuis reducti ī caulis ꝛ alijs ouium receptaculis recolligunꝭ. lupi a canibus in veſpere vix diſcernūtur. vigiles ꝛ cuſtodes propter latronum inſidias ꝛ hoſtium inſultus in muris ꝛ turribus ſtatuūtur. in veſpere etiaꝫ laborantes remuneranꝭ ꝛ quieti exponūtur.

n Ox a nocendo eſt dicta eo ꝙ oculis nocet. nam oculuꝫ priuat a ſua perfectione ſcilicet ab actu videndi. occultat enim rerum colores in quibus oculus delectatur. Cauſatur autē nox ab vmbra terre cuius interpoſitio intercipit a nobis ſolares radios ꝛ impedit ꝛ tollit a noſtris aſpectibus viſum ſolis. Eſt autem nox frigida ꝛ humida qualitatibus hyemis ſimilis ꝛ ideo quieti animalium eſt congrua / virtutiꝫ ꝛ operationi naturalium effectuum neceſſaria Unde nox eſt tempus dormitionis ꝛ quietis vt uirtutes que per vigilias diurnas diſtracte ꝛ diſperſe fuerant debilitate / beneficio noctis quieſcant ꝛ coadunantur / et ſic coadunate confortentur. ne nox propter ſolis abſentiam eſſꝫ penitus indecora / ſtelle cum fulgoribus illuſtrant. Unde ex ſtellaruꝫ motu noctis tenebroſitas minoratur / ꝛ noctis curſus ꝛ proceſſus diſcernitur. aeris etiam nocturna denſitas temperatur (vt dicit Albu.) ꝛ ideo in nocturnis tenebris ambulantes vel nauigantes / de facili deuiant. niſi eorum via per motum ꝛ ſiderum ſitum dirigatur. omnis infirmitas plus extenditur generaliter nocturno tempore ꝙ diurno et patiens de nocte plus ꝙ de die aggrauatur per cantum gallorum finis noctis predicatur. ꝛ aduentus future diei prenunciatur. Nox autem ſecundum excubias in quatuor vigilantium ordines diſtribuitur. (vt dicit Beda.) Nam primi vigilant in noctis principio. Secundi in conticinio. Tertij in media nocte / ſiue ipſius noctis intempeſte ſilentio. Quarti in gallicinio. Omni enim tempore in caſtris vigilant ꝛ excubant / ne inueniant quod formidant (vt dicit idem ſuper luce. xij.) Preter hec nox eſt ex ſe horroris ꝛ timoris incuſſiua fantaſ

maтum ⁊ illuſionum contentiua. plura enī fantaſmata occurrunt de nocte ꝙ de die. plures enī occurrunt dormientibus de nocte ꝙ de die vigilantib⁹ fantaſie. (ſicut dicitur ibi multa paſſa ſum per viſum propter ipſum) Math. xxviij. Nox etiam eſt condēſationis ⁊ infectōnis inductiua. Tanta enim fit de nocte ex fumis ⁊ vaporoſis exalatiōibus aeris immutatio et infectio ꝙ vix animantia viuerent/ niſi ſidera et luna ſuo motu contra huiuſmodi maliciam obuiarēt. (vt dicit Albu.) Nox etiam eſt illoꝝ que claritate diei occultantur manifeſtiua. vt patet quia ſidera de die latent. de nocte vero apparent immundorum animalium eſt nutritiua. nam apri. et alie fere ſilueſtres de die in ſuis foueis ⁊ antris latitant/ de nocte vero ꝑ vineas ⁊ agros euagari non ceſſant. audacie ⁊ ſecuritatis maleficijs eſt ſepius preſtatiua. nā de die deprehēdi timēt latrones ⁊ fures q̄ nocturno tempore ad omne flagitium ſunt audaces (vt dicit Grego.) hora tempeſtatiſ/ nocturna mora penditantibus in mari eſt maxie nociua. quia quando nox naufragium patientibus ſuperuenit/ euadendi locus aliqui vix occurrit (vt dicit Grego.) Totius medietatis vite humane eſt nox inſenſibiliter conſumtiua. tantum enim temporis conſuminus ꝺ nocte dormiendo/ quantum de die in vigilando vnde nox ſubtrahit quo ad laborem partē maximaꝫ vite noſtre. (vt dicit Ga.)

ſ Abbatum eſt primum ſeptimane feſtum/ quod ad celebrandum deo in die ſeptima fuit a domino inſtitutum/ quia in die ſeptima requieuit dominus ab omni opere. (Gen̄. ij.) Vnꝺ apud hebreos ita preualuit hec ſolemnitas in tantum/ ꝙ nulluꝫ opus in ſabbatis fieri ꝑmittebatur immo in ſabbatis ſeruis/ ancillis/ animalibus/ ⁊ iumentis/ requies fieri iubebatur ignis in domibus iudeoruꝫ in ſabbatis nō accendebatur. cibus in die ſabbati neceſſarius/ ī die precedenti preparabatur/ cultiorib⁹ indumentis populus in ſabbatis ornabatur/ lautioribus cibis ⁊ epulis populus cōmuniter in ſabbatis vtebatur/ templum orationis gratia plus ꝙ in alijs diebus frequētabatur/ altaria ſacrificijs maioribus ⁊ oblationibus pinguioribus ſemper in ſabbatis cumulabantur/ lex ī ſabbatis ſemper a populo a ſacerdotibus exponebatur ⁊ declarabatur/ cantus cū pſalmodia ſolemnius agebatur/ omnis diſcurſus et euagatio populo prohibebatur. Vnde inter ſabbati ſpacium tantummodo. M. paſſuum vocabatur. plus enim ambulare in ſabbatis illicitum putabatur (ſicut dicit glo. ſuper act⁹. Apoſtolorum) arma ſumere niſi ſolum pro defenſione legis non concedebatur. (vt patet in libro Machabeorum. ij.) In quiete ergo ſabbati/ quies animi figurabatur. Violator etiā ſabbati ſine miſericordia interfici iubebatᷓ. vt patet in illo qui colligens ligna in ſabbato/ q̄ iubente domino lapidibus fuit a populo interfectus.

n Eomenia apud hebreos idem eſt quod noua luna ⁊ erat ſolemnitas in kl̄. menſium ad honorem domini que renouat omnia inſtituta. Quod enim fecerunt gentiles in principijs menſium ad honorem diane ⁊ iunonis/ fecerunt hebrei in kl̄. menſiuꝫ ad honorem creatoris. Et ideo principia menſium dicuntur kl̄. quaſi colende (vt dicit Iſi.) Dicuntur a calo grece quod eſt voco latine. quia tubis et buccinis hec ſolemnitas pronunciabatur/ a clangore buccine ad feſtum neomenie vocabatur populus. Hec feſtiuitas multum fuit celebris et inſignis. ⁊ ideo ſpiritualibus hoſtijs honorabatur. ⁊ populus ad epulandum et conuiuandum in kl̄. tubis ⁊ buccinis ſpecialiter inuitabatur.

ſ Eptuageſima eſt ſpacium. lxx. dierum que extenduntur a dominica que dicitur. lxx. vſqꝫ ad ſabbatum paſce. et dicitur ſabbatuꝫ in albis. In his autem. lxx. diebus ſignantur. lxx. anni quibus filij iſrael captiui fuerunt in babilone per quos continue fuerunt in miſeria ⁊ dolore ſed accepta licentia a Ciro rege/ reuertebantur finitis. lxx. annis cum gaudio ⁊ honore. In his autem. lxx. annis captiuitatis babilonice prefigurabatur totuꝫ corpus/ ꝙ diu culpe ſubditur atqꝫ pene. ⁊ culpa primi hominis cuꝫ pena ſibi inflicta/ legitur in eccleſia in prima dominica quando. lxx. inchoatur. vnde in ſignuꝫ preſentis miſerie cantica leticie ſubticentur. nuptie et coniugia donec poſt paſca ſuſpenduntur. In paſca autem alleluya cum alijs iocunditatis canticis reſumitur. qui paſſionem chriſti ſeruitus humani generis relaxatur pena tamen adhuc remanet. Et ideo in ſeptimana paſcali cantatur gradale cum alleluya. qꝛ adhuc cum ſpirituali leticia quam habet eccleſia pro remiſſione culpe remanet quedam triſticia/ pro remanente adhuc pena/ ſicut populuſ iſraeliticus de ſua reuerſione libera in hieruſalem multum exultabat. ſed nihilominus ꝓ diſ

ficultate itineris multum vel plurimum labora-bat. Sic nos tendentes ad patriam gaudem⁹ per gratiam noſtre redemptionis ſed adhuc lugemus pro peccatis. cum autem vite preſen-tis ſeptuagena fuerit adimpleta/ tunc fulgebimus in albis in agni preſentia. ⁊ ideo i ſabbato in albis cantatur duplex alleluya. quia finito labore vite preſentis/ cum peruenerim⁹ ad eterne quietis ſabbatum gaudebim⁹ ſtola duplici nobis tunc temporis reſtituta. in ſignum miſerie vite preſentis cantantur in introitu miſſe. Circundederunt me gemitus mor. pro ſpe reuerſionis inuitamur in epiſtola ad currendũ in ſtadio. et ad laborãdum in vinea domini ſabaoth docemur in euangelio. Hec omnia ex ſumma ⁊ ſcientia Jo. beleth ſunt extracta. cuius auctoritas in eccleſia ẽ ſolemnis. maxime in officijs eccleſiaſticis ordinandis.

q Uinquageſima quaſi quinquies decem eſt vocata. ⁊ ſignat tempus remiſſionis ſecundum expoſitionẽ ipſius Beleth. nam annus quinquagenus dicebatur ãnus iubileus/ qui apđ hebreos fuit ſumme celebris ⁊ feſtiuus. annus enim fuit reuerſionis proſcriptorum/ remiſſionis debitorum reſtitutionis deperditorum. Incipit autẽ quinquageſima in dominica tertia a ſeptuageſima/ ⁊ finitur in dominica reſurrectionis. Signat enim ſtatum gratie ad quaꝫ reſtauramur mediante beneficio penitentie. Unde ieiunium eccleſie incipit in medio quadrageſimalis ſeptimane/ et tunc frequentius quinquageſimum pſalmum qui eſt penitẽtialis recitamus in diurno officio/ in ſingulis fere horis pſalmus ille penitentialis qui miſerere mei deus intitulatur) repetitur. Obſeruationem autem anni quinquageſimi qui dicebat̃ i lege iubileus. incipit ſecundum hebreos ante legem a tempore ſcilicet abrahe/ qui liberauit loth nepotem ſuum qui tunc temporis fuit annorum. l. ⁊ ideo ab illo tẽpore inter filios abrahe ſeruabatur quod precedẽte tempore ſub lege propter miſterium approbatur. vt patet in numeris.

q Uadrageſima eſt tempus. xl. dierum vt dicit Jo. incipiens a dominica prima quadrageſime ⁊ ſe protendit vſq̧ ad domini cenam/ in qua dominus noui teſtamenti ſacrificiũ inchoans/ pane angelico nos reficit/ in quo nobis figuratur ꝙ qui. xl. penitentie vel preſentis vite ſpiritualiter peregerit diuine contemplationis ſocietate finali perfruetur. Eſt autem quadrageſima tempus militie chriſtiane in quo acrius contra vicia dimicamus. Hunc enim dierum numerum ad noſtram aſſumimus militiã non ſolũ per exemplum moyſi ⁊ helie/ ſed etiã per imitationem ieſu chriſti qui tot diebus legitur ieiunaſſe. Bene autem ſub hoc numero ieiunamus. nam pro eo conſtat ex denario q̃ter in ſe reuoluto decalogum ſub denario/ et euangelium ſub quaternario repreſentari/ quibus armis ſpiritualibus noſter aduerſarius repugnatur/ ⁊ terra viuentium iure hereditario poſſidet̃/ ſicut terra promiſſionis/ finita. xl. annorum pugna in deſerto filijs iſrael cõcedebat̃ Fructus etiam noſtre militie oſtenditur ſub h̃ numero. nam quadragenarius collectis ptib⁹ ipſum diuidentibus/ producit numerum quĩquagenariuꝫ/ qui numerus remiſſionem debitorum ⁊ hereditatis amiſſe reſtitutionẽ ſignat Ex quo oſtendit̃ ꝙ dimicando contra vicia remiſſionẽ conſequimur peccatorum/ ⁊ heredes efficiamur bonorum. In hoc enim numero vite noſtre decimas ⁊ primitias conſecramus. nã p decima. ccclx. dierum ieiunamus. xxxvi. dies pro decima. vi. dierum ⁊ horarum qui reſidui ſunt de anno integro vnum diem/ vt in ſũma ſoluantur deo pro decima anni. xxxvij. dies ieiunabiles/ et tres dies de ieiunio quatuor temporum pro primitijs offeruntur. hoc aũt facimus vt offerentes deo primicias noſtris tẽporis in fide trinitatis ⁊ decimas in completõne decalogi per fidem ⁊ bonos mores/ primogenitorum dignitatẽ ⁊ eterne felicitatis denarium aſſequamur. Et quia quadrageſima eſt tempus militie ideo in euangelio agitur de militia ⁊ victoria ipſius chriſti. In tractatu vero quatuor impugnationum ⁊ temptationuꝫ genera demonſtrantur. Quarum prima eſt leuis ⁊ occulta ſcilicet timor nocturnus. Secunda ẽ leuis ⁊ manifeſta ſcilicet ſagitta in die volans. Tertia eſt grauis ⁊ manifeſta ſcilicet occurſus demonij meridiani. Quarta eſt grauis ⁊ occulta et hoc eſt negocium in tenebris ambulans. Contra iſtas itaq̧ impugnationes vtimur ſpirituali armatura/ ad quam nos inſtruit apo. i epiſtola ⁊ inuitat/ vbi dicit exhibeamus nos ſicut dei miniſtros per arma iuſticie ⁊c. Inter omnia autem tempora anni tempus quadrageſime eſt magis nobile ⁊ inſigne. Eſt enim tẽpus reuiuificationis/ quia terra que in hyeme videbatur quaſi mortua tempore quadrageſimali reuiuiſcit ⁊ vireſcit. Item tp̃us eſt renouatõis. nã terra herbis florib⁹ ⁊ arbores frõdib⁹

renouantur et ornantur. Item tempus eſt im/
pregnationis et fecundationis. quia tūc virt⁹
generatiua in aīalibus ⁊ plantis marie viget
Unde tunc pululant ⁊ germinant terre naſcen
tia / vniuerſa. Item tempus eſt nidificationis
et pullificationis. vn̄ turtures ⁊ ciconie ⁊ alie
volucres qui iacuerunt tota hyeme / tēpore ver
nali aduenîunt / et ad indificandum ſunt ſolli
citi. Item tempus eſt medicine ⁊ purgationis
q: tunc maxime mouebūtur humores in corpe
ad exeūdum. et ideo eſt ꝯgruum tempus medi
cine. Item tp̄us eſt lucrationis ⁊ negociatōis
tunc n. arabilis eſt terra ⁊ mare nauigabile. et
ideo ſolent hoīes vernali ⁊ quadrageſimali tē
pore ob ſpem lucri / ad diuerſa negocia ſe mo/
uere. Item tempus eſt reſecationis ſuperfluo
rum ⁊ amputatōnis. et ideo in quadrageſima
amputant̄ vites et alie arbores que a ſuperflu
is exonerant̄. Itez tempus ē lacrimationis vi
nearum inciſarum ⁊ germinationis. Nam hu
mor qui erat in radice ſuperfluus euaporat ⁊
diſtillando ſe euacuat inaſa vite. virtus etiam
germinabilis tunc erumpit / ⁊ per diuerſas p/
tes in propagine ſe oſtendit. Item tempus eſt
ſeminationis ⁊ ſertionis quia circa quadrage
ſimam ⁊ ſemina terre committunt̄ et ſurculi in
arboribus inſeruntur. Item tempus eſt roris ⁊
pluuialis irrigationis / tūc enim oriunt̄ yades
⁊ alie ſtelle imbrifere que ſūt cauſa roris ⁊ plu
uie ad iactorum ſeminum irrigationem ⁊ nutri
mentum. vt dicit Albu. et Beda. Item temp⁹
eſt deambulationis et peregrinationis. q: tūc
eccleſie et ſanctorū limina maxime frequētant̄.

P Aſca grece paſſio dicitur latine a
pachin quod ē pati. Hebraice eni
idem eſt qd̄ tranſitus / eo ꝙ paſca
hebreorum agnus imolabat̄ / aſ/
ſus comedebatur / quod comedi non potuit /
igne cremebatur. ⁊ nihil ex eo / vſq; ad mane d̄
relinquebatur. cum feſtinatiōe ⁊ latucis agreſti
bus et panibus azimis comedebatur. ab incir
cunciſis et immundis comedi ꝓhibebatur acci
n̄ fuerunt hebrei et pedibus calciati quādo ab
eis comedebatur / in manu manducātis agnū
baculus tenebatur / ſanguine agni linitis do/
morum poſtibus virtus exterminantis an/
geli coercebatur / quia non habuit poteſtatem
nocendi vbi domorū poſtes cum ſuperlimi
naribus fuerunt tunc liniti. In comeſtione enī
agni imolati tranſeunte domino per egyptum
egyptiorum populus percutiebatur. populus
vero hebreorum ab egyptiorum crudeli domi
no liberabatur. vn̄ ex eo ꝙ primogenita egy
ptiorum interficiebantur hebreorū primoge

nita ſanctificabantur. Poſt comeſtionem ve/
ro agni populus precedente columna ignis ⁊
nubis illeſus per mare rubrum de egypto edu
cabatur. Pharaon autem ipſos perſequens
cum toto ſuo exercitu preceps / in medijs flu/
ctibus emergebatur. tandem in fine cum hym
nis et canticis pro ſua liberatione ⁊ hoſtiū ſub
merſione gratiarum actiōes domino ſoluebāt
Hec omnia in Exo. per ordinem continentur.
ſcilicet. xij. xiij. ⁊. xiiij. Et ideo in memoriam in
terfectionis egyptiorum ⁊ liberationis hebre
orum inoleuit conſuetudo. vt ſemper de duo/
bus damnandis ad mortem / vnus in paſca
iudeorum interficeretur et alter liber dimittere
tur. vt patet Mathi. xxvi. Iſtud autem paſca
iudeorū typus fuit et figura paſce chriſtiano
rum / in quo mediante ſanguine agni immacu
lati qui abſtulit peccata mundi / omnes electi
a ſeruitute demonum ſunt et redempti p quez
verum faciunt tranſitūm de carne ad ſpiritum
de veteri homine ad nouum. de vmbra ad lu/
cem / de mundo ad celum de figura ad verita/
tem / de ſeruitute ad glorie filiorum dei liberta
tem. Ideo dies paſcalis eſt tempus leticie et
exultationis / tempus lenitatis et renouatiōis
tempus puritatis ⁊ iocunde refectionis. quia
reſurrectionis filij epulantur / non in fermento
veteri malignitatis ſed potius in azimis ſince
ritatis et veritatis. noſtrum autem paſca ſemp
in die dominico celebramus verno tempore
luna adhuc plena. In dominica autem ſemp
celebramus / propter reuerentiam dominice re
ſurrectionis. Non autem ſemper celebramus
in. xv. luna cū iudeis / ne iudaizare videamur
Noſtrum inſuper paſca large ſumptum / ad mt̄
ta ſe extendit. Et primo ad diem in ramis pal
marū / quod vulgariter paſca floridum dicit̄.
eo ꝙ in illo die florentes arborum et virentes
ramos in manibus gerimus. quia dominus
illo die proceſſionaliter cum ramis arborum ē
receptus. Hec dies eſt priuilegiata / in hoc ꝙ
filij iſrael / illo ſub Ioſue tranſito iordane ſic/
co veſtigio intrauerunt terminos terre promiſ
ſionis / et ederunt de frugibus terre chanaan.
et ſtatim defecit manna quo aliti fuerunt in d̄
ſerto quadraginta annis. vt patet Ioſue. v.
In eodem etiam die ſicut erat tūc dies palma
rum eiecit dominus de templo ementes ⁊ ven
dentes poſtq̄ a turbis cum ramis palmarum
et oliuarum honorifice eſt ſuſceptus. Ad paſca
etiam pertinet dies cene qui ſecundū Io. be.
in quatuor eſt priuilgiata. in penitentium ad
eccleſiam redeuntium reconciliatione.

Qui enim in die cinerum ab eccleſia per

iuſticiam excluduntur/in die cene per miſericoꝛ
diam in ſinū eccleſie recipiuntur. ⁊ ideo i quin
ta feria fecit dominus ex aquis piſces ⁊ volu/
cres/partem enim dimiſit gurgiti/partez leua
uit in aera/qꝛ dominus malos in carnalibus
delectantes ſeperat a bonis in celeſtibus gloꝛi
ficatis. Secundū priuilegium conſiſtit in vete
ris ſacrificij terminatione ⁊ mirifici ſacramenti
altaris inſtitutione, quando carnalis ritus in
celeſtem ⁊ ſpiritualem ritū eſt mutatus. Terti/
um priuilegium conſiſtit in ſacre vnctionis et
criſmatis ↄſecratiōe. tūc enim ab epiſcopo ole
um cathecuminoꝛum et infirmoꝛum quo par/
uuli baptizandi inunguntur in oꝛganis ſenſuum
moꝛte iam appropinquante/cōſecrantur. Eodez
etiā die ↄficitur criſma ex oleo ⁊ balſamo quo
paruuli criſmantur a minoꝛe ſacerdote in vertice
a maioꝛe. ſ. ab epiſcopo in frōte videlicz in ↄfir
matione. Quartū priuilegium eſt in mandati
dominici repreſentatione. ⁊ hoc fit in pedum
ablutione. in pauperum refectione. in altariuz
denudatione ⁊ eoꝛum expiatione. Eſt igitur dies
cene dies reconciliationis. trāſſubſtantiatiōis.
cōſecrationis ſiue vnctionis dies refectionis ⁊
ablutionis. Ad paſca noſtrum in ſuper ꝑtinet
dies paraſceue. ⁊ dicitur bona ſexta feria. qꝛ i
ea dominus eſt paſſus cuius paſſione omnes
ſexte ferie habende ſunt in reuerentia ⁊ honoꝛe
Celebꝛatur autem dies paraſceue cum triſticia
⁊ meroꝛe quamuis alioꝛum ſanctoꝛum paſſio/
nes cum gaudio celebꝛemus quia ſancti poſt
martirium euolant ad celum. Chriſtus vero de
ſcendit ad infernum. ſed qꝛ fregit tartara ⁊ ſan
ctos eduxit/⁊ tercia die viuū ſe oſtendit. Ideo
tunc maxime gaudemus. vt dicit idez Jo. be.
Huius diei priuilegia fuerunt xp̄i immolatio
⁊ demonis qui moꝛtis habebat imperium hu
miliatio/paradiſi apertio/hoīs redemptio/ſcri
pturarum reſeratio ſiue manifeſtatio/omnium
figurarum cōſummatio. Et ideo in cruce dixit.
Cōſummatū eſt. Ad paſca quoqꝫ pertinet ipſi
us vigilia/que anathomatice ſabbatum ſan/
ctum appellatur/qꝛ in illo ſabbato chriſtus q̄
eſt ſanctus ſanctoꝛum tota die in ſepulchꝛo re/
quieuit. In hac die ignis nouus acquiritur/be/
nedicitur/⁊ ad accendēdum paſcalem cereum
cuſtoditur. deinde cereus paſcalis erigitur et a
diacono bn̄dicitur ⁊ accenditur/cui thus in foꝛ/
ma crucis impꝛimitur. deinde lectionib⁹ lectis
ad conſecrationē fontis ꝓceſſionaliter acceditur
⁊ cōpleto baptiſmo/ad celebꝛationē miſſe re/
uertitur ⁊ reditur. totum aūt diei officiuz ſub bꝛe
uiſſimarū veſperaruz compendio terminatur ne
neophiti ad diuinū officium inconſueti/tedio
affician̄t. Tota. n. ſeptimana paſcalis celebꝛis
eſt ⁊ ſolēnis/cuius finis in ſabbato i albis ter
minatur. qn̄ alleluya duplicatur. Signat enī
futurā ſanctoꝛum glorioſam reſurrectionez. in
quadruplici ſtola electi decoꝛabuntur. de quib⁹
dicitur in Apo. Ambulabunt mecuz in albis/
quoniam digni ſunt.

p Enthecoſtes fuit feſtuz ſolēne apd̄
hebꝛeos ſicut eſt modemo tempo
re quo ad nos/⁊ eſt dies. l. a paſca.
Sicut enim populus iſrabelitic⁹
quinquageſima die que a paſca quod celebꝛa
uerunt in raphadim venerūt ad montem. Sy
na ⁊ legem ſuſceperūt. vt patet Exo. xix. Ita
quinquageſima die a paſſiōe xp̄i datus ē ſpiri
tus ſanctus apoſtolis in linguis igneis vt facū
di eſſent in omni genere ſermonis/⁊ feruidi in
amoꝛe caritatis. Dicitur aūt penthecoſtes a pē
tha quod eſt quinqꝫ ⁊ coſtes quod eſt decem q̄
ſi quinqꝫ decades dierum a paſca vſqꝫ ad pen
thecoſten. Intercurrunt et diſtinguūtur p ſeptez
ſeptimanas/ꝓpter ſeptifoꝛmem gratiaz/ que
in aduentu ſpiritus ſancti credentib⁹ eſt colla
ta. Tempus aūt circa penthecoſten eſt tempus
milicie ſtrenuitatis. tunc enim noui tirones mi
licie cingulo ſeu gladio accigunt̄. Eſt etiam tē/
pus munditie ⁊ ſiccitatis. Sole enim terre ſu
perficiem tunc foꝛtius calefaciente humoꝛū cō
ſumit ſuperfluitatem ⁊ lubricitatē ⁊ ſic inducit
munditiam per ſupinductam ſiccitatem. Itez
eſt tempus leticie ⁊ iocūditatis/qꝛ tunc aues ⁊
animalia in maximo amoꝛe viuunt. Item tē/
pus viroꝛis ⁊ amenitatis/tunc enim pꝛecipue
herbe virent ⁊ ſilue frondent. Item tp̄us odo
ris ⁊ ſuauitatis. naz floꝛes oꝛtoꝛuz nemoꝛum
⁊ pꝛatoꝛum ſuā redolentiam vndiqꝫ tunc dif/
fundūt. Item tempus eſt dulcoꝛis ⁊ ſapoꝛiſi
tatis. nam caloꝛ celeſtis tūc tempoꝛis humidi/
tatem in floꝛibus digerit/⁊ in dulcedinem alte
rat et cōuertit. et ideo tempus eſt mellificationi
congruū/ꝓpter quod apes pꝛecipue tūc frequē
tāt herbas et arboꝛes ꝓpter floꝛes. vt dicit ari
ſto. ꝙ longe purius ⁊ dulcius eſt mel quod col
ligitur tempoꝛe uernali ꝙ quod acquirit̄ tēpe
autūnali. Item tp̄us maturitatis. In calidis
enim regionibus circa penthecoſten inſtat mel
lis tp̄us. ⁊ ideo vocat̄ in libꝛo numeroꝛū tp̄us
nouarū frugū. qꝛ in feſto penthecoſtes panes
ex nouis frugibus offerri pꝛecipiebant̄. Itē tē
pus eſt paſcue ⁊ ſatietatis. nam tunc granis ⁊
herbis habundant loca oīa paſcuoſa. ⁊ ideo
tam equi ꝙ alia animantia propter nouarum
herbarum habundantiam impinguantur.
Item tempus eſt audacie ⁊ animoſitatis.

Digitized by Google

Nam et feruēti impreſſione caloris ſolaris colera tunc incenditur. ex cuius accenſione circa cor/ ita ⁊ audacia in animalibus cōcitatur. vnde illud tempus regibus magis eſt conſuetū vt tunc iubeant moueri bella cōtra hoſtes.

[ſ]cenopbegia feſtiuitas eſt hebreorum que tabernaculorum fixio dicebatur que celebratur in memoriam expiationis qn̄ recedentes de egypto in tabernacula morant̄ vt dicit Iſid. Unde ſcenopbegia dicit̄ a cenon grece qd̄ latine dicitur tabernaculum. Hec ſolēnitas ſemper in ſeptembri celebratur. q2 collectis frugibus/ de oibus decimas domino obtulerūt/ ⁊ leticie ac gaudio ſpecialiter tūc vacauerunt. frondibus ⁊ ramis domos ſuas ornauerunt. fruct⁹ arboris pulcherrime ⁊ ſuauis id eſt pōa cedri in manibus portauerūt. In decima autē die eiuſdem menſis triplex feſtum eodem die celebrauerunt. ſ. expiationis afflictionis ⁊ ꝓpiciationis. nam eo die ſūmus pontifex intrauit cū ſanguine vitule ruffe ⁊ expiauit ſancta ſanctorum/ ⁊ ideo dicitur dies expiationis. Eodem die ieiunabat populus pro reatu vituli in deſerto. ⁊ ideo vocabatur dies afflictiōis. Ideo vero vocabatur dies propiciationis quia tali die audiuerunt ſibi dominum placatum fuiſſe ⁊ propicium ſuper tranſgreſſione vituli ī deſerto.

[E]ncenia eſt noui templi dedicatio cenon enim grece nouū dicitur latine. Hanc ſolemnitatem iudei diuerſis temporibus celebrabant ſecundum ꝙ diuerſis temporibus vel nouum templum edificabatur/ vel edificatum de nouo reparabatur. ſicut Iudas machabeus legitur templum dedicaſſe ⁊ renouaſſe. ꝑmo Machabeorum. quarto. Dedicationis etiam feſtū tenet eccleſia. Cum enim epiſcopus eccleſiam circuit/ aqua benedicta eccleſiam aſpergit. alphabetū duplex tranſuerſaliter per pauimentū ſcribit. parietes ſignat criſmate ⁊ linit. th⁹ ⁊ thimiama per quinqꝫ partes altaris comburit. reliquias īcludit. altaria ornat ⁊ veſtit. emunitatem ⁊ priuilegia impendere conſueuit.

Finit Liber Nonus.

De materia et forma et eius proprietatibus

Liber Decimus.

[C]ompleto

tractatu de proprietatib⁹ temporis et partiū eius/ agēdū eſt de inferioribus ⁊ materialibus creaturis de elemētis ſcilicet ⁊ eorum que ex elementis materialiter cōponūt̄. Sunt autē materia ⁊ forma omnis rei corporalis principia/ vt dicit̄ in li. de vnitate. Materie autem ⁊ forme priuatio nihil aliud eſt ꝙ totius rei deſtructio. ⁊ eſt materia contraria vnitati ⁊ ei diſſimilis vt dicitur ibidem. Materia autē quāto eſt natura ſubtilior ⁊ ſublimior tanto ad ſuſceptionem forme eſt abilior. quanto vero ē cōpactior et terreſtrior ⁊ a natura celeſti remotior tanto ad ſuſceptionem impreſſionum formalium eſt debilior. vt dicitur in li. de quinqꝫ ſubſtātijs. et hoc habet propriū materia ſicut ibidem dicitur ſcilicet ſuſcipere formam ⁊ non ſuſcipi/ retinere ⁊ non retineri. Principium autē diſtinctionis diuiſionis et alienationis in reb⁹ generalibus ⁊ numerationis eſt materia/ vt dicitur. vij. metha. quia generans non differt a generato ſecundum materiam/ ⁊ ideo vbi eſt generans ſiue materia idem eſt ſubſtantialiter generans ⁊ generatum in ſubſtātia ⁊ materia vt in diuinis. materia enim eſt cauſa indiuiduationis rerum. vt dicit Ariſto. iij. metha. ꝙ diffinitio ſpeciei per indiuidua eſt ſecundum materiam ⁊ non ſecundum formam. Item materia propria appropriat ſibi formam propriā vt dicitur. x. metha. Unde ſecundum ſubſtantiam et eſſe/ ſub vna forma eſt vna materia et ſub pluribus plures. Item materia phiſica eſt ſubiectum quantitatis continue que eſt diuiſibilis in infinitum. ⁊ eſt materia ſubiectum diuiſionum. propter quod accidens non poteſt diuidi niſi ſecundum diuiſionem ⁊ quantitatem ſubiecti. Item materiam infinita dicitur. vel quia diuiſibilis eſt in infinitum vel quia habet appetitū ad infinitas formas/ ⁊ ideo ꝓpter determinationem ſuorum appetitum ⁊ inclinationem ad formas infinitas dicitur infinita/ ⁊ non ꝙ eius virtus ſit infinita/ non limitata ſcilicet neqꝫ coartata/ ſicut virtus eſt diua.

et ideo dicit Plato ꝙ materia fluit in infinitū / niſi forma ſiſtat fluxū. et ideo corpa que mltum hñt de materia et parꝰ de forā creſcūt mltū / vt patet in arboribus. ⁊ ideo oſſa parū habēt ſenſibilitatis / q₂ multū habent materie ⁊ terreſtreitatis. vt dicit Auicen. Latet autē in materia potentia quedā actiua que eſt forma incō pleta / ⁊ hec potentia eſt cōis duobus cōtrarijs. Unde qñ illa potentia ducit ad actum vnius forme / appetit ſtatim eſſe ſub forma cōtraria / vt iſta potentia que cōmuniter ſe habet ad frigidum ⁊ calidū quando actualiter eſt ſub frigido ſtatim appetit eē ſub contrario. Unde nulla forma corruptibiliū ⁊ generabilium pōt ſufficienter cōplere potentiā actiuam in materia quin ſemper appetat impleri p aliā formā. Illa aūt forma cum ſit diſpartita nō pōt induci niſi p corruptionem forme preſentis / ſm ergo ꝙ virtus agentis immiſſa corrūpit preſentem ſic excitat formā actiuam ad formam ꝯtrariam ⁊ dat ei paulatim cōpletius eſſe donec fiat ſub eſſe cōpletiſſimo illius forme. Has ⁊ multas alias ꝓprietates habet materia quas eſſet ſuperfluum hic recitare. quere tamē ſupra li. viij de bonitate mundi.

e

X iam recitatis ꝓprietatibus materie relucent ꝓprietates ipſius forme. Et ſcd̄m Ariſto. in li. de quinq₃ ſubſtantijs. Forma eſt quaſi lumen vniciuiq₃ pulcritudinem eſſentiam ⁊ ſignum tribuens. Forme autē lumē materie infuſum deſcendēdo fit debile ⁊ obſcurum ſecundum materie capacitatē. Eſt aūt forma differētia que differt aliquid ab aliquo / vt dicit idem Formarū aūt alia eſt eſſentialis ⁊ alia accidentalis. Eſſentialis forma eſt illa que adueniēs materie perficit eam ⁊ ſecum cōuenit ad rei alicuius pfectionem / qua. ſ. poſita res ponitur ⁊ qua deſtructa nihil de rei ſubſtantia inuenit. Unde in phiſica dicit. forma cū materia eſt cā omniū accidentium. Forma aūt accidentalis nō perficit res neq₃ facit eas eſſe ſicut dicit. vij met. ſed quelibet forma accidentalis indiget forma ſuaſtantiali que eſt cauſa forme accidentalis. Forma enim omnis ſimplicior eſt ⁊ actualior ac nobilior materia. ⁊ ideo ſcd̄m Ariſto. in li. de animalibus. forma ſe habet p modū viri q₂ pōt informare mltas materias ſicut vir poteſt fecundare multas feminas. vnde ſecūdum exigentiam forme que eſt imprimenda materie / oportet materiam diſponi ⁊ preparari q₂ ſi de materia terre debeat fieri ignis oportet ꝙ terra ſubtilietur ⁊ depuretur ⁊ ſimplicior fiat. Si vero ecōuerſo / et econuerſo. Eſt autē forma materie manifeſtatiua. nunꝙ enim pōt ſenſu videri materia ſubſtantiali vel accidentali forma. niſi per viā priuationis ſicut videtur tenebra videndo nihil / et ſicut auditur ſilētium non audiendo ſonnū vt dicit Calcidiꝰ ſuper pla. ⁊ cōmenta. ſuper primum metha. (dicit materia eſt cauſa quare male videmꝰ res creatas. vnde nihil eſt cōmunius ⁊ generalius ⁊ tamen nihil ignobilius ꝙ ſit materia q₂ nunꝙ videtur ſine forma. nec etiam pōt videri forma niſi cū materie actu ſit coniuncta. vbi vero plus eſt de forma ibi minus eſt de materia ſicut dicitur in. iiij. metha. ⁊ econuerſo. vbi plus eſt de materia ibi minus eſt de forma. ⁊ eſt res magis groſſa ⁊ impura. magis ignobilis et obſcura quanto a nobilitate forme amplius ē remota. Formarum aūt alia ſpiritualis / alia corporalis. corporalis vero alia celeſtis / alia elementaris. Forma aūt celeſtis eſt ita actiua ꝙ complet totū appetitū materie ſue. ideo ꝓpter preſentiam ſue forme complentis totaliter ⁊ pficientis celeſtam naturam ſubſtantia celeſtis non poteſt deſtrui vel corrumpi / ſed habet potius per formam ſuam que in ſuo actu perfectiſſima eſt in eſſe perpetuo conſeruari.

Forma elementaris non poteſt complere totam potentiam materie ſue nec eius perficere appetitū. ⁊ ideo relinquit illius potentie materialis aliquid incompletum propter quod ſemper appetit nouam formā / ⁊ ideo talia corpora ſemper corruptibilia quo ad potentiam ⁊ ſepius quo ad actum. quanto enim forma ē nobilior ⁊ ſpūalior ⁊ a conditionibus materie ſeparata magis ⁊ abſtracta / tanto etiam actualior et virtuoſior vt patet in intelligentijs. quarum ſubſtantia non dependet a materia ſicut dr̄ in tertio de aīma. In habentibus materiam non eſt intellectus. verumtamen angelos non habere in ſua eſſentia materiam non affirmo / ſed ſiue angelorum eſſentia ſit ex ſpirituali materia et forma compoſita ſiue non / hoc ꝓ certo tenetur ꝙ eorum ſubſtantia reſpectu rerū corporalium ſimpliciſſima eſt et actualiſſima ſicut forma ſpiritualis actualior eſt ꝙ corporalis vt dicit Albu. vnde reſpectu materie nobilior eſt forma cuiuſlibet mixti. nobilior vero forma elementi. nobiliſſima autē eſt forma corpis quinti ſiue celi / ſed omnes iſtas formas incorporaliter in nobilitate et actualite ſpiritualis forma ſiue ſit in angelo ſiue in anima precxcellit. et hec de preprietatibus forme et materie ꝓut ad hoc opuſculum pertinent dicta nunc ſufficiunt.

Digitized by Google

e

Lementū eſt ſm Conſtā. ſimpla
et minima corporis compoſiti par
ticula. minima aūt dicitur quo ad
nos q2 ſenſu nō pcipitur. Eſt eniꝫ
pticula minima ⁊ vltima in corporis reſoluti
one ſicut fuit prima in cōpoſitione. Dicit autē
ſimpla. nō q2 ſimplex ſit elementū ſine cōpoſi
tione aliqua ſed q2 non habet partes aliquas
cōponētes ſpecie ⁊ numero differētes ſicut ali
qua corpa que ſunt mixta vt patet in metallis
quoꝝ partes differūt. pars eni quedā eſt aer q̄
dam terra ⁊ ſic de alijs. ſꝫ quelibet pars ignis
eſt ignis ⁊ ſic de ceteris. Dicit autem elemētuꝫ
quaſi ilimentū ſcd̄m Iſid. ab ile eo ꝙ omniū
corporum ſit materia et quaſi primitiuū fun
damentū. et ſm alios dicit quaſi elementuꝫ ſi
ne alimentū eo ꝙ omnia corpa alunt elemen
taribus qualitatibus ⁊ augmentant. Sūt aūt
quatuor elementares qualitates quaruꝫ due
ſunt actiue. ſ. calditas ⁊ frigiditas ⁊ due paſſi
ue. ſ. ſiccitas ⁊ humiditas quarū cōuenientes
differētie ſuperius in. xiiij. li. planius deſcribū
tur quere ibi. Inter qualitates aūt elemētares
cōtrarietas eſt ⁊ repugnantia rōne quarū ad in
uicem agūt ⁊ patiunt generant ⁊ corrūpuntur
Quantūcunqꝫ. n. ad inuicem ꝯtrariant / p in
fluētiam tū celi ⁊ planetarū virtutē ꝯciliantur
in ſuis effectibus ⁊ ad ꝯcordiam reducūtur. et
ideo quodā mirando nature nexu cōiungunt
nam ignis ⁊ aer conueniūt in caliditate ꝗuis
diſcrepent in ſiccitate ⁊ humiditate. Aer vero ⁊
aqua in humiditate cōueniūt ſed diſcordant ī
frigiditate. ſed aqua ⁊ terra concordāt in frigi
ditate ⁊ diſcordant in humiditate ⁊ ſiccitate.
ignis aūt ⁊ terra que ſūt elemēta ſumme diſtā
tia ſm ſitum cōueniūt in ſiccitate diſconueniūt
tamē in frigiditate. q2 terra frigida eſt ſubſtan
tialiter ⁊ in vltimo. Ignis vero eſſentialiter ca
lidus eſt ⁊ in ſūmo. Ex iſtis aūt elemētis qua
tuor / duo ſūt nobilioris ⁊ purioris ſubſtantie
⁊ leuioris. ſ. aer ⁊ ignis. et ideo a cētro vſqꝫ ad
circūferentiam habent motū ⁊ naturaliter mo
uent ſurſum ⁊ iſta duo ꝯtrahūt nobilitatē ſuā
quo ad virtutem operationē ⁊ ſubſtantiaꝫ ex
vicinitate orbis ſiue celeſtis corpis a quo reci
piunt influentiā mobilitatis ⁊ virtutis. nā vir
tus celeſtis primo influit ſuper ſperā ignis et
per ignē ſup ſperam aeris. et ideo hec duo ele
menta ſunt ceteris ſublimiora quo ad ſitum
agiliora quo ad motum puriora ⁊ ſubtiliora
quo ad ſubſtantiā clariora ⁊ magis pſpicua
quo ad formā. virtuoſiora quo ad actum. duo
enim elementa ſūt inferiora. ſ. aqua ⁊ terra cete
ris duobus naturaliter grauiora motum a cir
cūferentia ad centrū deorſum habentia per ag
gregationē partium ⁊ ꝯpactionē ſpiſſa ⁊ obtu
ſa. ⁊ ideo predictiſ duobꝰ ſunt groſſiora ⁊ me
liora plus habētia de materia ꝙ̄ d' forma. Un
de ꝓpter ſummā elongationē a ſpera orbis v̄
tuti motiue celi nō ſunt ita obediētia ſicut duo
prima. Nunꝙ̄ eni ſunt elemēta ocioſa / immo
in agendo ⁊ paciendo ſūt cōtinua. vnde nunꝙ̄
quieſcūt a generatione ⁊ a motu. terra eni et ſi
quieſcat a motu / nunꝙ̄ tū quietem aut ceſſatō
nem recipit ab effectu / et ſicut nō ſūt ocioſa ab
actu / ſic nō ſunt vacua ab ornatu. nam quod
libet elementū habet ornatū ſuū. ignis ſidera
aer volatilia / aqua natabilia / terra greſſibilia
vt dicit Beda. de quibus aliqua auxiliāte do
mino breuiter ſunt dicenda.

i

Gnis eſt corpus ſimplex in vltio
calidum ⁊ ſiccū. vt dicit Conſtan.
naturaliter eni ſup aerem ſedere q̄
rit. per violentiam. n. in aere vel in
terra detinet paulatim in mollē aereꝫ euaneſcit
vt dicit Iſi. ꝓprietates eni ignis tangit. Dio
ni. in hierarchia angelica. li. xij. Ignis inquit
eſt corpus ſenſibile longe excellentius ⁊ ſubti
lius omnibꝰ alijs rebus corpalibus ⁊ nature
ſpirituali ꝓximū ac p hoc effectū ſuū diſſimili
us cūctis alijs demonſtrat. Ignis. n. in oībus
eſt ⁊ p oīa dare ſe conſueuit et ab omnibꝰ non
remouet. eſt tū incognitus / occultus / immenſu
rabilis / inuiſibilis / quodāmodo incorporeus
potens actionē ꝓpriam / mobilis / tradens ſe
omnibꝰ quoquo modo approximantibꝰ / mo
uens vniuerſa ſe ſe participantia / renouatiuꝰ
omniū / nature cuſtos / illuminatiuus cum cir
cūuelatis ſplendoribus / clarus / diſcretus / di
ſtinguens ⁊ reſiliens / deorſum paſcens / ⁊ ſur
ſum mouens / acute means excelſus nō recipi
ens ignominiam minorationis / ſemp motiuꝰ
cōprehenſiuus / ⁊ mutatiuus in ſe reuertēſ / po
tenter actiuus. ⁊c. Hec verba diuiniſſimi. Dyo
ni. pfundiſſima ſūt. deſcribit enim ignē quo ad
eius ſubſtantiā / virtutem / ⁊ operationē. vnde
declarationē predictorū verba cōmendatoris
ſuper predictū locum breuiter hic ponemus.
Ignis eni inter omnia elemēta ſitū habet ſub
limiorem / ⁊ hoc q2 naturam habet leuiorē. et
ideo dicitur excelſus quia pondere carens ſub
lime querit vl' petit / ſupereminet vniuerſis et
quicquid corporeum preter ipſum naturaliter
ſub eo ſubſiſtit inter omnia elemēta naturam
habet puriorem ⁊ ſubtiliorē ⁊ ideo dicit quo
dammodo incorporeus q2 ꝓpter ſubtilitatem

ſue ſubſtātie ꝑter ſubiectam materiaꝫ ſenſu nō
videtur. ꝓpter hoc etiam dicitur ꝙ multum
videt̄ nature ſpirituali ꝓximū/ qꝛ quandomō
videtur ignis eſſe medius inter viſibilia ⁊ inui
ſibilia. in quantum aūt appropinquat inuiſi/
bilibus eſt incorporeus. ſed in quantum ap/
proximat inferioribus corporeus eſt.
Item naturam habet ceteris elementis actua
liorem ⁊ in agendo fortiorem. ⁊ ideo dicit̄ im
menſurabilis/ qꝛ eius virtus ⁊ operatio creſcit ī
infinitum/ ſi materia fuerit infinita. ꝙ diu enī
materia ſubiecta ſufficit ignis nō deficit. ſed ſē
per potius creſcit. Item naturā habet occultio
rem. ⁊ ideo dicit̄ occultus/ qꝛ in ſua eſſentia ſen
ſibiliter nō videtur inuiſibilis ⁊ incognit⁹ di/
citur. qꝛ ſine ſubiecta materia non percipitur/
quid etiam ſit in ſua eſſentia ſeu ſubſtātia vix
cognoſcitur intellectu. Item virtutem ⁊ natu/
ram habet alijs mobiliorem. et ideo dicit̄ mo/
bilis et potens omniuꝫ. qꝛ in igne eſt principi
um virtutis motiue quia mouet ſe et alia/ ⁊ a
nullo inferiori ſe mouetur. Item naturam ha/
bet ceteris inferioribus clariorē. Unde dicitur
ꝙ ille eſt illuminatiuus/ qꝛ claritate ſua oīa
illuminat. ſed cum circūuelatis ſplendoribus
nam ſplendidi ignis radij foris emicant. ſed
circumuelantur. quia rurſum ad ſecretum ſub
ſtantie ſue ſinum reduci a noſtris ſenſibus oc
cultantur. Item ex ſubtilitate ſue ſubſtātie vir
tutem habet omnibus alijs acutiorem ⁊ pene
trabiliorem ꝓpter quod dicitur acute means.
quia proprie virtutis motu ſubintrat ſine reſi/
ſtentia ⁊ penetrat vniuerſa. Item ignis habꝫ
virtutem ſui ⁊ aliorum manifeſtatiuam et di/
ſtinctiuam/ nam ſe manifeſtādo alia ſibi obie
cta manifeſtat/ et eorum colores ⁊ figuras ocu
lis repreſentat. ⁊ ideo dicitur clarus manifeſtus
diſcretus diſtinguens. Item vim habet infe/
riorum ad ſuperiora attractiuam. nam materi
am in quam agit rarefaciendo diſſoluit ⁊ calo
ris ſui violentia ſurſuꝫ trahit propter quod di
citur deorſum paſcens ⁊ ſurſum trahens. Itē
virtutem habet renouatiuam. omnia enim ve
teraſcunt/ antiquantur/ et deficiunt que virtu/
te ignea non ſeruantur. vt patet in ſenibus in
quibus deficit calor naturalis. et ideo dicitur
renouatiuus omnium et nature cuſtos. Sine
enim virtute ignis non poteſt ſubſiſtere virtus
alicuius corporis naturalis. Item virtutē ha
bet immutatiuam/ quia omnium naturam in
quam agit/ ſuperat/ conuertit in ſuam ſpecieꝫ
et tranſmutat. et propter hͦ dicit̄ apprehenſiu⁹
⁊ immutatiuus. nam materiam in quam agit
apprehendens illam nō deſerit/ ſed conſumē/
do in ſuā ſimilitudinem ꝯuertit. apprehendēs
aūt non apprehenditur/ qꝛ conſumpto eo in
quo agit/ in ſe reſilit atqꝫ redit. et ideo dicitur
ſiliens ⁊c. Item virtutem ⁊ naturaꝫ ſuiipſius
cōmunicatiuam et ſine diminutione diffuſiuā
et ideo dicit̄ non recipere ignominiam mino/
rationis. qꝛ ſicut cum effundit̄ nō augetur/ ſic
cum recipitur non minoratur. neqꝫ in eo quod
videtur augmentum recipere eſt capiens glori
am. neqꝫ in eo ꝙ putatur minor ſuſtinet contu
meliam. Item naturam habet purgatiuam.
metalla enim que non poteſt ꝯſumere a ſcoria
et rubigine mundificat/ expurgat/ ⁊ emundat
Item virtutem habet ſaporum ⁊ humoruꝫ al
teratiuam. Unde ⁊ humores in corpe excoq̄t
⁊ digerit/ et cibos crudos cōſumēdo in eis ſu
perflua ſapidos et ſanos reddere conſueuit.
Item virtutem habet ſue ſubſtantie per reruꝫ
omniū ⁊ ꝯmixtorum corpum eſſentiā diffuſi/
uam. qꝛ in rebus omibus inuiſibiliter eſt īclu
ſus. quanqꝫ includi actualiter non videatur. q̄
re inde eſt manifeſtum. quia ex forti corporum
ſolidorum alliſione ignis excutitur/ in quibus
eſſe nullatenus putabatur. Item ignis ſubtili
tate ſua ſubſtantiali habet virtuteꝫ ſui cū alio
corpe inmediatiſſime mutatiuam. vt patet in
ferro ignito/ et carbone inflāmato. et hmōi. in
quibus ignis ita ſecundum omnes ſui partes
ſingulis ferri et carbonis partibus coniungit̄.
ꝙ videt̄ vnius ſubſtantia/ ⁊ alterius ſenſibili
ter diſtantia penitus nō ſentit̄. vnde et triplex
ignis ſpecies a pħis diffinitur. Eſt enim ignis
lux/ ignis flāma/ ignis carbo. Ignis enim eſt
in ſua ſpera lux. ſed flamma dicitur in materia
aeris. carbo aūt in ſubſtantia terrea ſiue in fe/
culentia materie groſſioris. Has ⁊ multas ali
as habet ignis ꝓprietates. de quibus ſupra
li. ij. in tractatu de ordine ſeraphin. ⁊ libro. iiij
in tractatu de qualitatibus elementaribus. ſ.
c. de calore. quere ibi. nam ea que iaꝫ dicta ſūt
hic ſufficiant.

f
Lamma eſt materia ignea in ſub/
ſtantia aerea accenſa. nam aer pro
pter ſue ſubſtantie ſubtilitatem ⁊
immediatam quam habet cū ſpe/
ra ignis vicinitatē de facili ignit̄ ⁊ in naturam
igneam ꝯmutat̄. ⁊ ſcđm ꝙ ſubſtātia aerea eſt
purior tāto flāma erit lucidior ⁊ clarior ⁊ natu
re lucis ſimilior videbit̄. mouet̄ aūt flāma na
turaliter ſurſū/ ⁊ ab oī pte rei accenſe linealiter
in acutum tēdit ⁊ in conum. vnde in ſua extre/
mitate habet formā pineam ⁊ acutam. vnde
in ſuo acumine ꝓpter ꝯcurſum radioꝝ in āgu
lo acuto fortius caloris ſui imp̄mit actionem/

et ideo qꝛ in ſummo piramidali angulo cali/
dioꝛ exiſtit materiam ſibi impoſitã inflãmat
facilius ⁊ accendit calorem ſcḋm materiam in
quam agit ⁊ lucẽ recepit. Unde ſi materia eſt
turbida ⁊ fumoſa/ turbidã et obſcuraꝫ reddit
lucem ⁊ ecõuerſo. ſi materia fuerit tranſparens
et pura/ rutilat et radios luminoſos vndiqꝫ cir
cũfundit. tenebroſa illuminat/ et abdita pdit.
viam ⁊ vie offendicula ambulãtibꝰ oſtẽdit. p
pter ſui leuitateꝫ ⁊ materie aeree mobilitatẽ in
quam agit/ in motu eſt ꝯtinuo ⁊ nunq̄ penitꝰ
requieſcit. venti modicus impulſus flammaꝫ
excitat ⁊ accendit. ſed ſi fuerit nimis vehemẽs
flãmam diſſipat et extinguit tortuoſe ⁊ anfra/
ctuoſe aerem impellit cõtinue. ⁊ ideo mouetur
circulariter et accendit. (vt dicit Mer.) Unde
Uulcanus a Junone in terra in proiectus ſe/
cũdum figmenta poetica/ claudus fuit. ex vio
lentia ſui motus ptes materie in quas agit in
uicem alidendo cõuertit/ et ex partium colliſio
ne mutua ſonum facit. locum ſuperiorẽ quere/
re ſatagit ⁊ materiam ſibi p incorporationem
adherentem ab inferis ad ſuperiora attrahere
non deſiſtit.

f Umus eſt vapor ex partibus ma/
terie ſubtilioribus ⁊ humidiorbꝰ
vi calore reſolutus. Habꝫ aũt gra
ues partes mixtas cũ leuibuſ ex q̄
bus obſcuritatem cõtrahit ⁊ fetorem. vnde ae
rem denigrat ⁊ in naturam fumigabũdam cõ/
uertit. amaritudinẽ. n. ex materie groſſitie cõtra
hit ex cuius acumine oculos amaricat/ ac lacri
mas ꝓuocat/ ac ſenſibiliter viſuꝫ ledit. ſui acu
mine ⁊ ad cerebrũ penetrat ſpiritum animaleꝫ
grauat ⁊ p cõſequens naturalem. Unde dicit
in libro animalium. ꝙ fumus candele extincte
ledit pregnantes in tantũ ꝙ ſi equa pregnans
talem fumum ſenſerit/ faciet abortiuũ. ſſumꝰ
etiam apibus eſt inimicꝰ ⁊ ledit ancipitres et
alias prede aues. (vt idem dicit.) ſſumꝰ inſu
per cito moritꝰ poſtq̄ oritur. (vt dicit glo.) ibi
ſunt ſicut virgule fumi. cito enim in altũ aſcen
dit/ ⁊ cito vel ſubito euaneſcit. ex igne oritur/ ⁊
anteq̄ appareat ignis apparere videtur. a vẽ/
to mouetꝰ ⁊ diſpergitur ⁊ multipliciter circũfer/
tur. ſſumus etiam oſtendit ventuꝫ aqua parte
veniat. quia illuc fumus tendit quo vẽtus ip/
ſum agitat ⁊ impellit. (vt dicit Grego.) Do/
mos denigrat ⁊ inficit/ ⁊ in parietibuſ generat
fuligmẽ atqꝫ nutrit. loca anguloſa petit/ ⁊ i eis
infectionis veſtigia imprimit ⁊ derelinquit.
ſſumus etiam aromaticus a ſpeciebuſ aroma
ticis reſolutꝰ/ eſt ſenſui olfactus delectabilis ⁊
amicus. cerebri namqꝫ eſt confortatiuus/ ⁊ ſpi
rituuꝫ cordis ⁊ capitis reparatiuus. reumatis
nociui fluxus reſtrictiuus/ deſiccatiuus ⁊ con/
ſtrictiuus et pororum obſtructorũ aperitiuus.
et ad confortationem neruoruꝫ ad interiora pe
netratiuus. ſerpentum ⁊ venenoſorum anima
lium ⁊ reptilium fugatiuus. omnem etiam fu
mum ⁊ maxime odoriferum odiunt tam colu/
bri q̄ ſerpentes. (vt dicit Grego.) ſſumus in/
ſuper a cibo vel a potu reſolutus/ vim caloris
aſcendens ad cerebrum neruos ſenſibiles opi
lat/ ſomnuꝫ generat/ ⁊ ſenſus exteriores ligat/
et per conſequens calorem naturalem ad inte/
riora reuocat/ ⁊ virtutem in interioribus ad iu
uat ⁊ confortat. Si vero fuerit fumus melenco
licus aut nimis acutus vel venenoſus ex cibo
vel potu erit medicina nociua reſolutus ad ce/
rebrum aduolat virtutem animalem aggrauat
timorem generat/ vt in melancolicis freneſim.
et furorem conata vt in freneticis ⁊ ebrioſis.
obliuionem ⁊ diſipientiaꝫ generat. vt in litar
gicis. ſenſu ⁊ rõnis vſu priuat vt in epilenticis
⁊ cadncis. Has ⁊ multas alias infert corpori
fumoſitas peſſimas paſſiones ⁊ nociuas. ſſu
mi etiam a terra ⁊ mari virtute caloris ad ſu/
periora attracti/ aerem inficiunt ⁊ condenſant
nubes et nubiles generant. Uentis ⁊ tempe/
ſtatibus ⁊ alijs aeris poſſionibus fomentum
⁊ materiam adminiſtrant. radios ſolares in/
tercipiunt et obumbrant/ et hec de fumo nunc
ſufficiant.

c Arbo eſt ignis actualiter incorpo/
ratus terreſtri materie et vnitus ac
ignitꝰ. (vt dicit Ray.) Unđ ignis
per ſui incorporationem partibus
groſſioribus terreſtris materie admixtus/ per
quãdã violentiaꝫ inferiꝰ detinetꝰ. vñ ſicut igniſ
et flamma mouetur ſurſum/ ſic carbo crepitan
do ſcintillando grauitate materie deorſum in
clinatur. Carbo itaqꝫ quando ignitur/ vertitur
in ruborem. ſed quando extinguitur/ in nigre/
dinem. ⁊ omnino perdit priſtinam ignis ſpeci
em ⁊ decorem. Unde quando fuerit pulchior
ex ſui ad ignem prima vnitate ſiue vnione. tã/
to apparet deformior ⁊ vilior in ipſius ignis
Sed vt dicit dia. purpureus nobilior eſt et a
lijs valior. Nam virtus eius ꝯtra ebrietatem
eſt et facit vigilem et malam repellit cogitatio
nem et bonum ꝯfert intellectuz. et ineſt ei mol
licies ad ſculpandum.

Achades eſt gemma nigra habenſ
albas venas ⁊ diciť achades a flu
mine eiuſdem nominis exiſtentis
in cicilia. iuxta quem gemma pmi
tus eſt inuēta (vt di. Iſid.) modo autē in plu
ribus regionibus inuenitur. Eſt eñ quoddaz
genus creticum (vt dicit dia.) cum venis ceru
leis aliud genus eſt indicum varium cuz gut/
tis ſanguineis. primum enim genus vt dicit
Iſi. crediť valere magicis artibus. Nam cum
ipſa tēpeſtates auertunt. ſiſtunt flumina ſicut
dicunt idem. Item genus etiam vtile eſt ſecū/
dum dia. ad regum fortunas et ſimulacra mō
ſtranda ſomniorum. Creticum aūt genus mu
tat pericula. gratum facit et placentē et perſua
ſorem et facundum et vires ꝯfert. Tertiuz ge
nus ſcz indicum viſum fouet ꝯtra ſitim p/
deſt contra venenum valet et acceſſio ei⁹ odo/
rifera eſt. vt di. dia.

Abeſton archadie. eſt lapis ferrei
coloris ab igne nomē ſortitus eo
ꝙ ſemel accenſus nunꝙ extinguiť
de quo fabricatum ē quid mecha/
nicum. de quo gentiles capti ſacrilegio. mira
bātur. In quodā tēplo eñ veneris erat factū
candelabrum. in quo erat lucerna ſic ardens.
vt nulla tempeſtate nullo imbre extingui poſ/
ſet vt dicit. Iſi. li. xvi. c. de lapidibus.

Abſictos eſt gemma nigra pōde/
roſa diſtincta venis rubentibus.
hec calefacta igni ſeptem diebus
colorem tenet. vt dicit Iſidorius.
de gemmis nigris.

Alabandina eſt gemma dicta ab
alabanda regione aſie. cui⁹ color
ſimilis eſt calcedonio ſz rarior. vt
di. Iſido. ſecundum dia. aūt ala/
bandia eſt gemma clara et ſubrufa. vt cardi⁹
cuius virt⁹ eſt ſanguinē ꝓuocare ⁊ augmētare

Argiriſtis ē gemma argento ſimi/
lis habens ſtigmata aurea cui ſi/
milis eſt in colore ādromaia. Eſt
eñ lapis cuius color eſt argente⁹
vt di. Iſi. cuius eſt forma quadrangula ſicut
theſſi. et fortitudo ſicut adamanti. hoc putant
magi nomen impoſitum ab eo ꝙ animorum
impetus vel iracundias crediť refrenare. vt d.
Iſido in. c. de gemmis aureis.

Aſtrion eſt gemma indica criſtal
lo ꝓpinqua. in cui⁹ cētro lucet ſtel
la. fulgore lune plene. Sic aūt dr̄
ab aſtris. eo ꝙ eis oppoſita fulgo
rem rapit. vt di. Iſido. c. de criſtallis

Alectorius eſt lapis qui inuenitur
in ventriculis gallinaceis criſtallo
obſcuro ſimilis. cui⁹ vltima mag/
nitudo eſt ad fabe quantitatē. hic
in certamine ſecūdū magis crediť reddere ho/
mines inſuperabiles et inuictos. vt diciť in la
pidario. De hac gemma dicit dia. alectorius
lapis excitat venerem gratum facit et ꝯſtantez
ac victorem diſcretum et oratorem amicos re/
format et reprimit in ore ſitim.

Aſterides eſt gemma candida in/
cluſam continens lucem ſicut ſtel/
lam intus ambulantem. redditq;
ſolis radios candidantes.

Matiſtes eſt lapis vl' gēma a qua ſi veſtis fuerit contacta cōtra ignē reſiſtit. et ſi igni imponat' nō ardebit. ſed ſplendore accepto nitidior apparebit. ⁊ eſt ſimilis allumini ſaſſili omnib⁹ magorum maleficijs obuians et reſiſtens. vt dicit. Iſido. li. xv.

Iumē terre eſt gleba limoſa ⁊ viſcoſa in locis precipue paluſtribus generata. Eſt autem ſecūdū Iſi. li. xvi. c. ij. quedaȝ terra glutinoſa que iuxta locum aſphalti in iudea reperitur. c⁹ natura eſt ardens et ignium cognata / et eſt tante tenacitatis ꝙ nec aqua nec ferro corrumpit' ſed ſolū ſanguine menſtruali. Eſt aūt vtil' ad nauium cōpaginationem. de hoc bitumine dr̄ in plateareo aſphaltum id eſt bitumen iudai / cum eſt calidum et ſiccū in tercio gradu ⁊ eſt terra nigri coloris et ponderoſa et fetida. et ē terra (vt dicunt aliqui) de ſpuma maris mortui generata / et ad modum terre indurata. Habȝ aūt virtutē attrahendi / cōſolidandi et cōſumendi. et multum valet ad vlcera et vulnera cōſolidanda. ſi pulueriȝetur et ſicco vulneri apponatur / et ſi vulnus fuerit multum longum ⁊ latum. Valet etiam ad paſſiones matricis ſpūalia oprimentis. ſi ponatur ſup carbones / et fumus eius qui eſt fetidus ſup os et nares contrahatur. Valet inſup fleumaticis / ſōnolenticis / et litargicis qr fleuma de capite multum purgat. vt. d. pla.

Erillus ē lapis idic⁹ viriditate ſilis ſmaragdo. ſed tñ pallore pollit ab indis in ſex angulas formas / vt coloris ebetudo repcuſſione anguloꝝ excitetur. aliter aūt pollitus non habet fulgorem. Genera autem eius ſunt decem. vt dicit Iſido. in. c. de viridibus gēmis. vbi etiam ſtatim ſubdit criſoberillus ſpecies. ſcȝ eſt berilli cuius pallida viriditas in aureū colorem reſplendet. et hunc etiam india mittit nobis. Berilli virtutes deſcribit dia. dicens. Inter berillos qui magis pallet melior ē virtus eius contra pericula hoſtium et contra lites inuictum reddit et mitem / ingeniū bonū adhibet / valet contra vicia epatis et contra ſuſpiria / et eructuationes / humidos oculos ſanat. manū geſta[illegible]tis exurit ſi ſolis oculis opponatur / hominem magnificat / et amorem diligit cōiugalem.

Alculus eſt lapillus terre admixt⁹
c rotundus atꝙ duriſſimus purus et ex omni pte leuiſſimus atꝙ planus. Dictus aūt eſt calculus eo ꝙ ſine moleſtia ſui breuitate et planitie a pedibus cōculcatur cui contrarius eſt ſcrupulus lapillus ſcȝ aſprimus ⁊ minutus / qui ſi inter pedem et calceū inciderit valde nocet. hinc et ſaxa dicūtur ſcrupea id eſt aſpera atꝙ dura vt dicit Iſi. li. xvi. c. iij. Sepe aūt calculus in corpe animalis ex calidis et viſcoſis humorib⁹ / nūc in veſica nūc in renibus generatur (vt. d. Conſtan. Quere re ſupra li. vij. de paſſionibus renū. capitu. de calculo.

Os ē lapis ſic dictus. eo ꝙ ferrū
c ad incidendū acuat. cotis eñ greco ſermone / incaſio dr̄ (vt. d. Iſi.) et ex his alie aquarie ſunt / alie oleo indigent. in acuendo. ſed oleum leuē / aqua vero aciem acerrimam reddit (vt di. Iſido. li. eo. c. iij. hoc aūt cotis ꝓprium eſt ꝙ in hoc ꝙ acuendo alteri ſeruit paulatim ſe cōſumit vt dicit. Gregorius (puluis vero eius ab ipſius ſubſtantia reſolutus cōgruit medicine virtutem habet deſiccatiuam repcuſſiuam et ſanguinis reſtrictiuā vt dicit Conſtanti.

Alcis ſiue calx eſt lapis aduſtus ex
c cuius admixtione cū arena. ⁊ aq̄ fit cementum Eſt autem calcis dicta viua (vt. d. Iſidorus (qr dū ſit actu frigida intus in occulto feruentem habet vel continet ignem. vñ pfuſa aqua / ſtatim ignis erumpit latens. Eius natura aliquod mirū habet. poſtꝙ eñ arſerit / aquis incenditur quibus ſolet ignis extingui. oleo vero extinguitur quo ſolet ignis accendi vſus enim eius eſt fabrice neceſſarius. nam lapis lapidi non pōt herere fortius / niſi calce ſit coniunctus. Calcis aūt que fit ex lapide albo et duro / melior eſt ſtructur⁹ ex molli vero vtilior eſt in tectis (huculꝙ Iſi. li. xvi. c. iij. (Calx aūt (ſcd̄m plate.) calida eſt. et ſicca in quarto gradu / que mixta cū oleo puſtulas et vulnera putrida iuuat et inciſiones bene conſolidat. carnē ſupfluā corrodit. nec i vulnere creſcere pmittit. Calx viua cū auripigmēto et aqua admodum pultis decocta. piloſ cadere facit quia ſuo acumine poros aperit. vt dicit conſtantinus et platearius.

Ementum eſt calcis et harene cuȝ
c aqua temperata cōiunctio et mixtura q̄ ad lapides cōiungendos et pietes liniēdos et dealbādos ſūme ē neceſſaria. in picturis et coloribus parietum primū fundamentum et precipuum eſt cementuȝ melius autem adheret pieti humefacto et maxime ſi fuerit de plaſtro ſiue de gypſo.

Nam vt dicit Iſido. calcis eſt cognatum. optimū aūt omnium eſt de lapide ſpeculari factuꝫ cementum qui lapis tranſlucet velut vitrum ⁊ et multum ſciſſilis in tenues cruſtas. vt dicit. Iſi. et eſt idem quod plaſtrum quod in greco dicitur gipſum. in teutonico ſperatalo nūcupatur.

c Arbunculus lapis eſt precioſiſſimus ſic dictus. qꝛ vt carbo ē ignitus cuius fulgoꝛ nec nocte vincitur. lucet em̄ in tenebꝛis adeo vt flāmas ad oculos vibꝛet. Genera eius ſunt. xij. ſed pſtantioꝛes ſunt qui fulgent et emittūt radios ſicut ignis vt. d. Iſi. li. xvi. c. xiij. (ibidē ſubditur) carbūculus grece antrax dr̄. gignit̄ in libia apd̄ trogoditas. Inter has. xij. ſpēs p̄cellit auctoritate qui ignei eſt coloꝛis ſed candida vena precinctus. cuius eſt ꝓpꝛium. qd̄ ꝓiectus in ignē velut moꝛtuus carbo extinguitur. ſed aqua pfuſus exardeſcit. Alia eſt ſpēs carbunculi noīe ſandaſicus a loco indie vbi inuenit̄ ſic dictus in eius ſpecie. velut intra lucidos ignes apparent quedā gutte. q̄uis auree et hec gēma eſt p̄cij incōpabilis reſpectu aliaꝝ. Alia eſt ſpēs que lichius appellatur a lucernaꝝ fragrantia ſic dicta. et hanc gēmam remiſſū carbunculum dicunt. et eſt duplex. Una que vt purpura radiat. altera velut coccinei coloꝛis ſeu ruboꝛis. hec a ſole vel a tritu digitoꝝ calefacta. paleas et cartaꝝ folia a ſe rapere dicit̄ ſculpturis reſiſtit ſi vero aliqñ ſculpta fuerit dum ſigna in cera impꝛimit quaſi quodā animali moꝛſu ptē cere ſecum tollit (vt dicit Iſi. ibidem.) ad ſpēm carbunculi reducitur balagius qui rubeus et ꝑ lucidus eſt. vt. d. dia. et dr̄ qꝛ hec ſpēs carbūculi in vena ſaphiri inuenitur et ideo ex vicinitate ſaphiri. quandā nebulam ad modū fauille circa ignē balagine ꝯtrahit. que circa eiꝰ ſupꝑficiem ſe diffundit. ſed hoc patet ſenſibiliter ſi diligentius contemplet̄.

c Riſopaſſius eſt lapis ethiopicus quē lux celat. et ꝓdit obſcuritas. de nocte em̄ eſt igneus de die vero aureus ut. d. Iſi. ibidem. in die em̄ quaſi euaneſcens et fulgoꝛem amittens q̄ſi auꝝ expaleſcit. Eſt aūt ſpēs criſopaſſij quē india nutrit. h̄ criſopaſſiꝰ ſimilis eſt praſſio in coloꝛe ſiue poꝛro ⁊ reſpergitur quibuſdam guttis aureis. vt. d. in lapida.

c Alcedonius eſt lapis pallidus hebetem p̄tendens coloꝛē quaſi medium inter berillū et iacinctū. vt dr̄ in lapi. naſcitur autem apud naſomanas vt ferunt. diuino imbꝛe. ⁊ inuenitur ad repcuſſium lune plene. vt dicit Iſi. li. xvi. non inuenitur niſi tricoloꝛ. vt. d. lapi. omnia eius genere ſculture reſiſtunt / calefactus paleam attrahit (iſi. hic lapis pfoꝛatus ⁊ poꝛtatus facit vincere cāſ valet contra illuſiones demonū et virtutes cōſeruat vt dicit diaſcoꝛus

c Riſolitus eſt lapis ethiopicus vt aurum lucens et vt ignis ſcintillans mari in coloꝛe eſt ſimilis declinans ad viroꝛem. in auro poſitus et in ſiniſtro lacerto geſtatus dr̄ terrere demones et fugare. Iuuat contra timoꝛes nocturnos / et melancoliā minuit aut depellit / et ꝯfoꝛtat intellectum vt. d. dia.) Criſoliti quedā ſpēs eſt criſolimphis / cuius coloꝛ de die aureus. de nocte vero igneus iudicatur. Eſt et alia ſpēs criſoliti q̄ dr̄ criſellectrus coloꝛe aureus. eius aſpectus de mane pulchꝛioꝛ eſt. deinde hebetat̄ eios coloꝛ / et eſt ignis capaciſſimus. q̄ ſi iuxta ignem fuerit citius inflammatur. vt dicit Iſi. li. xvi. c. de gemmis aureis.

c Elidonius lapis eſt modicus tamen p̄cioſus. hꝰ due ſūt ſpēs. ſ. niger et rufus. De ventre hirundinis̄ extrahuntur. parui quidem ſunt et defoꝛmes. ſed in virtutibus non ſunt maioꝛibus impares. imo multis alijs ſunt maioꝛes. valet eniꝫ rufus contra lunaticā paſſionē et contra inſaniem et antiquū languoꝛem. facundū facit et gratum et placentem. Niger vero valet cōtra nociuos humoꝛes et febꝛes et lotus aqua ſanat oculos. hec omnia dicuntur in lapidario.

c Riſtallus eſt lapis relucens clarus ⁊ coloꝛe aquoſus. creditur ꝙ ſit nix vel glacies ꝑ multoꝝ annoꝛum ſpacia indurata. vñ et nomē greci dederūt. gignitur aūt in aſia et in cipꝛo maxime in ſeptentrionalibꝰ alpibus / vbi in eſtate ſol feruētiſſimus inuenit̄. ⁊ ideo qꝛ annoſa et diuturna eſt ibi glacies / ideo ſpeciem reddit hanc / que criſtallꝰ nominat̄. h̄ oppoſitus ſolis radijs / adeo rapit flammā vt aridis fungis ignē p̄beat. vſꝰ eius ad pocula deſtinatus. nihil aliud opatur ꝙ frigidū facere pōt huiuſqꝫ Iſi. li. xvi. c. xiij De criſtallo autem di. dia. Criſtallus nō vi frigoꝛis tantū ſed vi magis terreſtreitatis in lapidē induratur Coloꝛ aūt illius glaciei ē ſitis huius virtus eſt ꝯtra ſitim et ardoꝛem qui tritus cū melle et potatus lacte replet vbera ſi ex cauſa calida lac pꝛius ſit amiſſū. ⁊ ſumptꝰ in potu valet ꝯtra colericā et viſcerū paſſionem. ſi nō aſiit ꝯſtipatō. lapis ē luci puius. vnde litteras et alia que in ea ponuntur manifeſtat.

Digitized by Google

Quod autez ex aqua materialiter fiat criſtallꝰ dicit Grego. ſup. i. eze. habet inquit aq̄ ex ſe ſu pfluitatem. ſed p frigoris vehementiam in criſtalli ꝯuertitur firmitatem vnde eccle. ſcribitur flauit ventus aquilonis congelauit criſtallum ꝛc. et huius aſſignat ariſto. rationem in li. metheo. ibi lapidea de ſubſtantijs mineralibus materialiter ſunt aqua. vt. d. Ri. ruſuſ. lapideſ mineralium ſunt de aqua. ſed quia habent de terre ſiccitate plus q̄ liquabilia ideo nō congelantur ſolo frigore aquoſa. ſed etiam a terreſiccitate qua ꝑmiſcetur. et qꝛ aquoſum terre vitreum / q̄ndoq; ſup aquā dominatur / vincat frigiditas ſupdicta. Ex quo pꝫ q̄ vera eſt ratio. gregorij. et eccle. qui dicūt q̄ ex aqua pōt criſtallus generari.

c Ceramus eſt lapis criſtallo ſimilis ceruleo colore infectus. ꝛ ē apud germaniā. alter eſt hiſpanicus rutilans vt flamma. hi cadunt de locis tonitrui et dicuntur ꝯtra vim fulguꝝ opitulari (vt. di. Iſi. ibidem. Idem in lapidario vbi dī Cum tonat horrendum non fulminat igneus ether. Nubibus illiſum celo cadit iſte lapillꝰ. Qui caſte gerit hunc a fulmine nō ferietur. Nec domus aut ville quibus affuerit lapis ille. Virtus vtriuſq; eſt ad ꝑlia et cās vincendas. ꝛ valent ad dulces ſomnos. vt dī ibidem.

c Corallus naſcitur in mari rubeo. ꝛ q̄ diu tegitur aquis lignū eſt. ſꝫ ſtatim quando extrahitur et tangitur aere in lapidem induratur. Sunt autem rami eius ſub aqua candidi et molles / et extracti cū retibus rubeſcunt et lapidificantur (vt dicit Iſido. c. de gēmis rubeis (et ſequitur ibidem (quanto apud nos ꝑcioſa eſt indica margarita / tanto ꝑcioſior eſt corallus apud indos hunc magi dicunt reſiſtere contra fulmen (Iſidorus) Idem dicitur in lapida. Ipſius ē ait zoroaſtes mira poteſtas. fulmina thiphonas tempeſtateſq; repellit a quocūq; geratur. Eſt aūt duplex albus et rufus. et nunq̄ vltra ſemipedē longior inuenitur Rufus maxime valet contra omnem fluxū ſanguinis / contra epilentiam / et contra diabolica et varia monſtra multiplicat fructus / et ꝓpedit fines et ꝑncipia negociorum.

c Corneolus lapis eſt rufus et obſcurus vilis tñ eſt et ꝑcioſus. qui in collo ſuſpenſus vel digito portatus in diſceptando ſurgentes mitigat. Sāguis ex membro ſiſtit quemcunq; feruorē Precipue talē patitur ſi femina fluxū. vt. d. in lapi.

d Ionicia lapis eſt niger vel fuſcus rubentibus venis ſperſus vocatur aūt ita quia ſi aqua mixta conteratur vinum flagrat et tamen qd̄ in illo mirū eſt ebrietati reſiſtit vt dicit Iſi. li. xvi.

d Iadocus lapis eſt pallidus lucēs vt berillus. eſt aptus ad reſponſa a demonibus optinenda. excitat em̄ demones / et fantaſmata Et ſi defuncto qſ forſan applicet illum. Protinus aſſeritur ſolitas amittere vires. Nam ſacer hic lapis eſt et que mors ītemit abhorret. ſicut dī in lapidario

e Es a ſplendore aeris eſt vocatum vt dicit Iſi. apud antiquos enī anteq̄ ferri cognitus fuit vſus ere quippe ꝑim iꝑſcindebant terram. et belli certamina ꝑagebant tunc auꝝ et argentum reiciebant. Nunc vero aurū in ſūmo honore eſt. Sic voluenda etas cōmutat tempora rerum. verba ſunt iſi. li. xvi. Idem aūt eſt es et cuprū quia vtrūq; ex eodez lapide ꝑ decoctionē igniſ reſoluitur. lapis em̄ calore reſolutus in es vertitur. Iob. xxviij Cōponitur aūt es ſiue cuprū ſicut et alia metalla ex ſulphure et argento viuo. ſed hoc accidit quando plus eſt de ſulphure q̄ de argento viuo / et ſulphur eſt terreū nō purum rubeum habens colorem adurentem. argentum vero viuū mediocre nec nimis groſſum / nec nimis ſubtile. ex tali ꝯmixtione es generatur. ſicut dicit ariſto. Sicut aūt di. Iſi. c. de ere. Es ſi fuerit admixtum cum alijs metallis / colorē mutat pariter et virtutem. vt patꝫ in auricalco et in ere cōchio qd̄ cū diuerſis metallis eſt ꝯiunctum. quoddā ē albū ad morē argenti accedens. aliud fuſcum auri ſpeciem exprimeſ tercium in quo cunctoꝝ eſt temperies Eſt ꝛ aliud genus qd̄ dī coronariū / quod ſcꝫ ex ductili ere in laminas attenuatur. et felle tauri tingitur ſpeciem auri ꝑtendit in coronis hiſtrionū. vnde et coronariū ē vocatū. Es aūt quod ductile eſt et malleo ꝑducitur regulare appellatur. ſed contra fuſile quod tantum funditur. ſꝫ quod fuſile eſt / ſub malleo fragile eſt. Quādo aūt es bene purgatur et ab oībus vicijs excoq̄tur ductile efficitur et regulare. Omne aūt es in frigore magno melius funditur. Es celeriuſ rubiginem ꝯtrahit. niſi oleo pungatur. Itē inter omnia metalla es vocaliſſimū eſt et maxīe poteſtatiſ (huiuſq; Iſi. li. xvi.) maxime ꝯueniūſ ſui tubaꝝ et timpanaꝝ ꝑpter ſuā ſonoritatem et durabilitatem. lapis quoque bene decoctus eſt, maxime duriciei et compactionis.

vnde non facile frangitur. prius eñ rupis igne fortiſſimo exurit. occies aũt vel nonies conburitur antequam perfecte extrahat̃ de lapide ꝛ purget̃. ſicut multi ſepius certiſſime aſſeruerunt in loco vbi fuerunt eris purgatores. Vaſa enea rubiginoſa ſunt ꝛ erugioſa. niſi ſepiꝰ arena aſperſa cõfricentur olfactu etiã ꝛ guſtu ſunt abbominabilia niſi cũ ſtãgno ſint linita. Es etiam ſi ſine ſtangno fuerit de facili vritur ꝛ crematur (vt dicit. Iſid. capitulo de ſtanno Es vero exuſtũ ꝛ puluerſatum (vt dr̃ in platerio) habꝫ virtutem diſſoluendi cõſumendi. extenuãdi ꝛ timores noxios expurgandi vulnera ſanandi calginẽ oculoꝝ purgat ſupfluas carnes corrodit et vlterius creſcere non permittit. vt. d. platea. et etiam diaſco.

e Lectrum eſt vocatũ eo ꝙ ad ſolis radiũ auro clarius luceat et argẽto. Nã ſol electoꝛ dicitur. efficaciꝰ eñ eſt hoc metallum omnibus metallis ꝛ nobilius. huius tria ſunt genera. vnũ qđ ex vna arbore fluit qđ ſuccũ dr̃ qñ eñ p̃mo fluit đ arbore eſt liquidũ gumi/ ſed poſt induratur calore vel frigore in duriciem lapidis pſpicui ꝑ vt criſtalli. Alteꝝ genus metallũ dr̃ qđ inuenitur in grecia. Habetur terciũ quod fit de tribus ꝑtibus auri et vna argenti. Electꝝ vero qđ naturale eſt illius eſt nature vt in conuiuio ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat et venenum ꝓdat. Nam ſi infundas ſtridorẽ edit ꝛ in colores varios in modũ arcus celeſtis ſe mutare ſubito conſueuit (hucuſqꝫ Iſido. li. xvi. de metallis De electro autem artificiali dr̃ ſup eꝫ. dum aurꝝ inquit. grego. miſcetur cum argento argentũ ad claritatem creſcit/ aurꝝ autem cum claritate argenti temperatam virtutem ſuam non ꝑdit. ſed tantũmodo ad decorẽ coadmixti argenti aliquãtulũ expaleſcit Electrũ etiam verũ a quibuſdam arpago dr̃ eo ꝙ attritu digitoꝝ accepta caloris anima folia et paleas et veſtimentoꝝ fimbrias rapiat et attrahat ſicut magnes ferrum (vt. d. Iſi. li. xvi. ca. de rubris gemmis) De facili aũt quocũqꝫ modo homo voluerit recipit colorem et tincturã. vñ de radice anchuſe et cõchilio de facili inficitur. vt dicit. idem ibidem.

e Ethites lapis eſt indicus et pſicus qui in littoribus oceani infimi tã india maris ꝙ pſici inuenitur Eſt aũt lapis colore puniceus. ſicut dr̃ in lapida. Et ẽ duplex. vt. d. Iſi. ſcꝫ maſculus et femina. vñ ꝛ bini ſemꝑ in nidis aquilaꝝ inueniunt̃. nec ſine his parere poteſt aquila. ꝛ ideo aquila iſtos lapides ſeruat in nido ſuo. Hoꝝ maſculꝰ durus eſt ſimilis galle et ſubrutilãs. feminꝰ vero mollis ẽ Hi lapilli alligati cruribus parientis faciunt partus celeritatem et etiã faciũt aliquãdo abbortire/ ſi nimis diu ibi dimittunt̃. et aliquid excidit vulue niſi cito a parientibus auferunt̃ (vt. di. Iſi. li. xvi. c. iiij) Hic etiã lapis more ꝑgnantis aliũ lapidẽ in ſe tenet clauſum (vt. di. di.) et in lapi. dicitur. Continet hĩ aliũ ꝑgnantis more lapillũ. eius virtus ẽ conferre ſobrietatẽ/ auget diuitias et amorẽ/ ꝛ facit victorem et fauorabilẽ. et caducoꝝ ꝓhibet caſum. Si de veneni fraude aliquis ſuſpectꝰ fuerit/ ſi reus fuerit/ hic lapis ſub cibo eius poſitus/ cibum deglutire nõ ꝑmittit. ꝙ ſi lapis ſubtractus fuerit/ cibum deglutire non tardabit.

Emathites ẽ lapis rufus ferrugineus affricus et indicus ac arabicus ſic dictus. eo ꝙ cruore reſolutus in colorẽ ſanguineum mox erũpit (vt. di. Iſido. Valet contra veſice fluxum et oculoꝝ dolores/ contra venenũ/ et ſerpentis morſũ ꝛ ventris fluxum. omnem ſanguinẽ ſtringit/ et maxime muliebrẽ et gingiuarũ. vt. d. diaſco. In platea. autem dr̃ frigide eſſe et ſicce cõplexionis. et habet virtutẽ ꝯſtringendi fluxũ ſanguinis. ab emat qđ eſt ſanguis et thites qđ ẽ ſiſto tis. vnde valet emoꝛroicis et ſanguinẽ vomentibꝰ. ꝛ diſſentericis ſingulare ꝑſidiũ eſt.

Elitropia gemma viridis eſt cum guttis puniceis venis ſanguineis ſupſperſa. et ſic dicta ab effectu. qꝛ ſi ponitur in aqua radijs ſolis oppoſita/ ebulire facit. aquã in vaſe poſitã reſoluit in nebulam/ ꝛ poſt paululũ reſoluitur in guttulas pluuiales. Hec eadẽ etiã gemma videtur poſſe facere mira. Nam poſita in pelui aqua clara radios ſolis mutat ꝛ ex aeris repercuſſione obumbrare videtur radioꝛum ſolarium claritatem ꝛ quendam inducere in aere ſanguineum colorem ac ſi ſol ex interpoſitione corpis lunaris ad ſolem eclipticas pati tenebras videatur. ꝛ ideo qꝛ ita videtur ſolis poſſe mutare claritatẽ elitropia. i. ſol auerſio nũcupat̃. ꝛ hĩ expſſe dicit Iſido. et diaſco. In lapida. dr̃. Ex re nomen habens/ eſt elitropia gẽma Que ſolis radijs in aqua ſubiecta vaſcllo. Sanguineũ reddit mutato lumine ſolem. Eclipſimqꝫ nouam terris effũdere cogit. ꝛc. Et dicit Iſido. ꝙ ita manifeſtat incantatoꝛum ſtultitiam et magoꝛum qui in ſuis prodigijs gloriantur.

Illudūt em̄ hominū aſpectus in his que opā
tur/ſicut facit gemma ſupdicta de qua exēpli/
ficando dicit ꝙ herba eiuſdem nominis cū q̄/
buſdam p̄cationibus p̄additis fallendo viſū
intuentium facit portantem hominem nō vi/
deri. In multis alijs eſt gemma hec cōmenda
bilis quia ſanguinem ſtringit/venena tollit/
nec poterit falli qui eum geſſerit.

e Nidros paruus lapis eſt et modi
cus perpetuis diſtillat guttiſ nec
tn̄ liqueſcit oīno/nec efficitur ali/
quo modo minor. vn̄ dr̄ in lapida. Perpetui
fletus lacrimis diſtillat enidros. Qui velut ex
pleni fontis ſcaturigine manat. Et dr̄ ibidem.
ꝙ difficile eſt huius reddere rationem. qꝛ ſi gut
ta defluit de lapidis ſubſtātia quare nō minor
efficitur vel omnino liqueſcit. Si vero res vel
aliud ingreditur quid eſt ꝙ ingrediens nō re/
pellit egredientem. poteſt tn̄ eſſe vt mihi vide/
tur ꝙ virtus lapidis condenſat in aquam ae/
rem ſibi vicinā ꝓpinquā etiam videtur exire
de ſubſtantia lapidis quod egreditur de ſub/
ſtantia aeris circumſtantis.

e Piſtites eſt lapillus rutilans ⁊ ru
bicundus q̄ ex pte cordis geſtatꝰ
tutū ſeruat. cōpeſcit ſeditiones co
hercet locuſtas et volucres ſteriles nebulas ac
grādines a fructibus terre. et qn̄ opponit̄ ſoli
ignem et radios emittit et ſi hunc lapidem in
aquam feruentem proieceris ceſſat eius ebul/
litio. et poſt modicum frigeſcit. vt. d. iſi. ⁊ diaſ.

e Xcolic Jos lapis eſt ſic dictus eo
ꝙ. lx. coloribus eſt diſtinctus et
eſt puus valde. efficit oculos intu
entis hominis tremuloſos. et in libia apd̄ tro
goditas inuenitur talis lapis.

f Errum a feriendo eſt dictū. vt di/
cit Iſi. Sua em̄ duritia ferit/do/
mat/et cōcutit omnia genera me/
tallorum. quod quidē quāuis de terra originē
ↄtrahat/duriſſimū tn̄ eſt et ſolidiſſimū. ⁊ ideo
oīa alia feriendo ↄpmit et dilatat. et h̄ vt. di.
Iſido. iuxta terre genus nomen aſſumpſit. et
materialiter variatur. quia ſecundū hoc magi
durum vel minus inuenitur. Generatur autē
ferrum (ſcd̄m ariſt.) ex argento viuo groſſo
non mundo neque poroſo terreo et ſulphu
re groſſo cōponitur/in cuius compoſitōe plꝰ
eſt de p̄dicto ſulphure q̄ꝫ de argento viuo. vn̄
ꝓpter dominiū frigidi et ſicci et terrei ferruꝫ fri
gidum et ſiccū eſt/et valde durum eſt in ſuis p
tibus et cōpactū. et qꝛ minus habet in ſe aerei
aquei et humidi q̄ꝫ alia metalla. ideo ad reſol
uendum in igne difficile eſt et graue ad remol
liendum. vt dicit Rich. ferramenta vero cum
oleo tempare mos ē ne aque frigiditate nimi
um indurentur (vt. di. Iſi.) ferrū ex ſāguinis
contactu citiſſime rubiginē contrahit/ et cū eiꝰ
ſubſtantiam ſubintrauerit/vix recedit. vt. di.
Iſi. rubigo eſt ferri vicium rodens ferrū qd̄ ei
accidit vel ſue ſubſtantie impuritate ſiue ex ter
re contractu et vicinitate. ſiue ex ſanguinis ſi/
ue cuiuſlibet infecti aut humidi vaporis quali
tate (et ſubdit idē) a ferro inquit ſanguis hu
manus effunditur/ſed ſe vlciſcitur ferro. qꝛ de
nulla ita cito p rubiginem cōſumitur/ſicut qn̄
ſanguine humano inundatur. cū adamāte cō
cordiam habet. vn̄ et adamas ipſum attrahit
et ipſum attractum etiam mediante vaſe argē
teo vel eneo ip̄m ſequit̄ qꝛ ei ſubicitur et obe/
dit. ſi ferrū bene politum a lumine vel aceto li
nitum fuerit ſimilimū erit aeri/rubigine care/
bit politum ferꝝ ſi ceruſa vel medulla ceruina
fuerit plinitum (Iſido) ferrū candens ſi in vi
no vel in lacte ſepius extinctū fuerit ip̄m vinū
ſpleneticis et alijs morbidis medicinale facit
vt. d. Conſtan.) ferꝝ etiā vt. d. Iſido. accen/
ſum igni niſi induretur ictibus corrumpit̄/ru
bens in igne non eſt vtile ad medendū anteq̄ꝫ
albeſcere incipiat vel albere. Uſus ferri vtili/
or eſt homini in pluribus q̄ꝫ vſus auri/ q̄ꝫuis
plus diligatur auri ſpēs ab auaris. ſine ferro
reſpublica tute non agitur. quia ſine eius me/
tu ſecuritas ab hoſtibus nō habetur. ferro cō/
munis iuſticia regit̄ tuetur. innocentia et im p
borum audacia ferri metu cohercetur. ſine fer/
ro nullū fere opus mechanicū vix pficitur/nul
lum edificium conſtruitur/agricultura nulla/
tenus exercetur. Et ideo ſecundum Iſidorum
eſt dictū ferrū. eo ꝙ farra id eſt ſemina ↄdat.
qꝛ ſine ferro nec panis de terra acquirit̄ nec ē
tiam parat̄. panis ſine ferro congrue nō diuidi
tur/vt in vſum cibi ab homine aſſumatur.
Item ferum ferro acuitur vt dicit Salomon.
Nam cōfricatione mutua ebetata ferri facies
iterum attenuatur. ⁊ ſic acuit̄ vt inde facilius
quodlibet incidat̄. Scoria dr̄ ferri immunditia
qd̄ in igne excoquit̄ et ē ſic dicta eo ꝙ de ferro
violentia ignis ſit excuſſa. vt dicit Iſido.

f Erugo ē limatura ferri ſicut ſq̄ma
Et ē illud qd̄ euolat ex pcuſſione
ferri ⁊ habet virtutem ſiccandi et
attenuandi. et ideo valet contra opilationem
ſplenis vomitum tamen potenter excitat in tā
tū ꝙ aliqn̄ ducit ad mortē niſi puluerē adamāt̄
vel aq̄ in q̄ p noctē iacuerit eius violētia repri
mat̄. ↄ emoroidas dr̄ eſſe puluis eius optimꝰ

diſſenteriam e t fluxum ventris ſtringit vt i pla
tea. ferrugo etiam dicitur ferri rubigo et corro/
ſio dicta a corrodendo Dicitur tamen ꝓprie e/
rugo ab erodendo non ab eramento. vt. dicit
Iſido. manus ſiquidē tangentis inficit et ma
culam deformem poſt ſe relinquit. quanto fer
rum magis purū et politum/tanto deformius
et citius a rubigine defedatur et difficilius re/
mouetur. nec de facili deponitur/niſi trib⁹ mo
dis ſcꝫ p ignis excoctionem vel ſerre/vel p li/
me corroſionem /vel p colliſionem lapidis /et
durioris arenule exterſionem hoc aūt hꝫ ꝓpri
um eruginis infectio ꝙ leui actione reuertitur
ad locum in quo ſemel oritur.

g Leba eſt terra ex collectione pulue
ris in vno glomere adunata vt. d
Iſi. li. xvi. c. i. terra ei ligata gleba
eſt. ſoluta vero puluis. indurata in glogū ter
ra ſemen non recipit/et receptum erūpere i ger
mē nō pmittit. confracta vero tegit ſemina at
ꝗ nutrit p pluuiam remollita quandam pin/
guedinem in ſe recolligit quā ad ſeminū ꝓdu
ctionem radicibus circūfundit. vt. d. Grego.
Aliquādo etiā glebe naturam in ſe continent
mineralem. et ideo ex glebis diuerſarum rerūꝫ
ſpēs ꝓducuntur. ſicut. d. Grego. ſup illū locū
Iob. xxviij. lapides ſaphiri locus eius. et gle
be illius aurum.

g Emma dr̄ eo ꝙ luceat ad inſtar gu
mi. vt dicit. Iſi. gemme ſiquidēꝫ
magnum decorem varietate colo
rum p̄bent auro. Ideo aūt. d. Iſido. preciose
quia rare ſunt atꝗ care. Omne em̄ rarū mag/
num et p̄cioſum vocatur ſicut ſcriptum eſt.
Erat ſermo dei p̄cioſus id eſt rarus. vt dicit.
Iſido. nec alicui debet videri dubium aut fal
ſum quin ſua ſit virtus diuinitus inſita gem/
mis. q: ſicut dicitur in lapida. Ingens eſt her
bis virtus ſed maxima gemmis. quaꝝ quedā
in venis terre inueniuntur/et cū metallis effo
diuntur. quedā a ꝓfundo maris euomentur:
et generationis ipſaꝝ locus ignoratꝰ. et tales
gemme ſepe in littoribus maris et in fluuiorū
inſulis repiuntur. Quedam in corporib⁹ aui
um et reptilium ſepius ꝓcreantur. vndecūꝗ
autem gemme venerint in credibili virtute re/
piuntur diuinitus inſignes quando nobiles
ſunt et vere. Nam vt. d. Iſido. c. de gēmis au/
reis. In quibuſdam aūt gēmaꝝ generib⁹ ve/
ras a falſis diſcernere magna difficultas eſt.
Nam ſepe ille que ſunt falſe et ſophiſtice/veris
videntur eſſe ſimilime ita vt vix poſſint vere a
ſophiſticis deꝑhendi. q: quidā (vt. d. Iſi.) p
ſmaragdo vitrum inficiunt arte et fallit ocu/
los ſubdola quedam viriditatis ſimilitudo.
Sine em̄ fraude nulla mortalium vita eſt (iſi.
omnes autem non tranſlucidas gēmas cecas
ſolemus appellare. eo ꝙ denſitate ſui obſcurē
tur (Iſidorus) ſepe fal luntur ſic iudicantes.
q: plus virtutis ſepius latet in puulo adamā
te ferrugineo et obſcuro ꝙ̄ in criſtallo lucidiſſi
mo vel berillo.

g Agates eſt lapis rudis et tamen p̄
cioſus qui p̄mo in cicilia et gagā/
te flumine eſt reptus fluore fluminis
ad ripam tractus. vnde et nominatus. quam
uis in britania ſit plurimus et eximius. vt. d.
Iſidorus. Eſt aūt duplex glaucus ſcꝫ et inger
niger autem ē planus leuis et facile cōbuſtibi
lis igni appoſitus fere ſicut thus incenſus aūt
odore ſuo ſerpentes fugat. demoniacos pdit
et demonibus contrarius eſſe putatur. virgi/
nitatem pdit. quia aqua eius bibita/ſi bibens
eſt virgo non vrinabit. ſi non eſt virgo ſtatim
vrinam emittet etiam contra voluntatem. vt
dicit dia. et ſic virginitas p lapidē experitur. vt
d. auctores. Item idem lapis tā niger ꝙ̄ glau
cus attrita digitoꝝ calefactus paleas leues.
ſibi appoſitas attrahere conſueuit. potat⁹ au
tem confert hidropicis q: nociuū cōſumit hu
morem. et dicitur cōfortare epar ſua forſan ſic
citate et etiam occulta qualitate. Item puluis
eius appoſitus/dentes roborat debiles et la
xatos. Item multū dr̄ valere contra fantaſma
ta et nocturnas demonū vexationes. Itē eius
ſubfumigatio ꝓuocat menſtrua quando caſu
aliquo ſunt ablata. Item dr̄ ſedare dolores
ventris quando ſtomachus patitur caſu ali/
quo ſubuerſionem. Item iuuat p̄ſtigias ⁊ car
mina dura reſoluit. vt dr̄ in lapida. Item val
de accelerat partum et adiuuat parientem. vt
dicitur in lapi. vnde ſi lapis tam groſſus ⁊ ru
dis tam mirabilia opatur. nullus ꝓpter exteri
orem faciem vilipendendus. eſt ꝙ̄ diu virtus
latens interius ignoratꝰ De hoc aūt lapide. d.
Iſi. in aqua accenditur. in oleo vero extingui
tur/quod eſt mirum.

g Alectides eſt lapis colore cineris
guſtu ſuauis. qui ſi a attritus fuerit
quoddam lacteum de ſe emittit (
vt dicit Iſido. hic lapis in ore clauſus turbat
mentem/circūdatus collo vbera lacte replet.
alligatus femori dat faciles partus. mixtus a
qua et ſale ſi circūſpergatur ouile/oues replētꝰ
lacte et ſcabies fugatur ab eis. vt dicit diaſco
rus.

g Alatia gemma eſt candida/hn̄s
ſpeciem grandinis in figura et eſt

mire frigiditatis ꝙ nunq̄ ab igne caleſit. di/
cunt Jſido. et Diaſco.

Exacuden lapis eſt niger. ſed ſupe
b rat virtute colorem caſu prius ab
luto. ſiquis geſtauerit ore dicere
mox poterit quid de ſe cogitat al/
ter (ſicut dicitur in lapida) dilectum reddit et
amabilem eum ſuper quem eſt. Sicq; ꝓbat
virtus eius. Nam ſi iniunctum fuerit corpus
alicuius melle et muſcis expoſitum relinquūt
eum muſce ſi preſens fuerit iſte lapis. ſed ſi la
pidem ſubtraxerit ſuggent corpus eius et cor
rumpent.

Aſpis gemma eſt viridis ſmarag
i do ſimilis. ſed groſſioris ſimpli/
citer eſt coloris. Eius ſpecies ſunt
xvij. vt d. Jſido.) Nam ias viri/
de / pinnalium gemma dicitur. quāuis autē
eius color ꝓcipuus ſit viridis. tamen multos
habet alios intermixtos. Eius virtus eſt rep
mere febres ⁊ hidropiſim in his qui geſtāt ip/
ſum caſte. Juuat etiam parturientē. fugat fan
taſmata et inter pericula facit hominem tutū
interiorem refrigerat ardorem. fluentem cōpe
ſcit ſanguinem ⁊ ſudorem. luxuriam cohibet
⁊ impedit conceptū. menſtruū reſtringit et emo
roides ſi pulueriʒetur datus cum lacte. vlcera
inueterata ſanat. ſordes oculoꝝ purgat et vi/
ſum acuit ⁊ confortat. maleficijs et incantatio
nibus reſiſtit. efficacior eſt in argento ꝙ̄ in au
ro. Jn capite aſpidis inuenitur lapillus ia/
ſpidi ſimilis qui mire creditur eſſe efficacie et
virtutis. ⁊ ideo quidam iaſpidem quaſi aſpi/
dem dictum eſſe credunt. Tot aūt creditur ha
bere virtutes quot habet diuerſas venulas et
colores. vt d. dia. in montibus ſicie inuenitur
optimus et a griffonibus cuſtoditur. quēad/
modum ſmaragdus. vt d. Jſido.

Acinctus lapis eſt ceruleus. ⁊ ſa/
i phirei coloris. aliquantulum eſt
ꝓpinquus ex colore ſuo nomē ha
bens (vt dicit Jſido.) lapis iacin
ctus quidem qui in ethiopia eſt inuentus op/
timus eſt qui nec nimis clarus nec etiam nimi
um eſt obſcurus vel obtuſus. ſed ex vtriuſq;
temperamento mediocriter eſt refulgens (Jſi
dorus) hic non rutilat equaliter. ſereno enim
gratus ⁊ perſpicuus. in nubilo coram oculis
eſt marcidus ⁊ obtuſus (Jſidorus) in os miſ
ſus ſentitur frigidus. ad ſculpandum eſt du/
riſſimus. non tamē eſt inuictus. quia enim ab
adamante ſcribitur ⁊ ſignatur. vt dicit Jſido.
libro. xvi. ſcd̄m dia. Jacinctus lapis eſt nunc
colore ceruleus / nunc rufus / nunc purpureus
ſiue venetus. ⁊ ſunt tres ſpecies. Nā ſunt gra
nati. citrini: ⁊ veneti. Sed inter iſtos granati.
id e: blauij ſunt meliores. Jtem lapis mira/
bilis eſt. quia aeri maxime ſe conformat. vt in
nubilo ſit nubilus ⁊ in ſereno ſit ſerenus. Jſti
us lapidis eſt virtus ſingularis / ſcd̄m aucto/
res ꝙ confert leticiam ⁊ ꝯtrariatur melancolice
qualitati. confortatiue eſt virtutis. Sicut de
eius ſpeciebus dicitur. Cōfortatiue cuncti vir
tutis habentur. triſticiamq; fugant / ⁊ vanas
ſuſpiciones. reſiſtit etiam diuerſis peſtilentijs
que ſolent in aere ſepius generari. vigorē eti
am dat membris. vegetat neruos / ⁊ dulcem
ac ſaluſerum dat ſaporem (vt d. dia.) maxi
me ſi ſimilis eſt ſaphiro. quia ſcd̄m omēs qui
de gemmis tractant / tanto in ſuis effectibus
eſt efficacior / quanto plus in colore ⁊ ſubſtan
tia ſaphiro appropinquat. ⁊ talis iacinctus
veneno obuiat ⁊ toxico contrariatur. diaſco. ei
etiam quedam aſſimilatur herba eiuſdem no/
minis in colore et in multis eſt ei par quāuis
non per omnia in colore. ſicut d. Jſido.

Ris ē lapis exagonus. id eſt hian
gulus. vt di. Jſid. qui p̄mo in ara
bia iuxta mare rubrum eſt inuen/
tus. nunc autem in pluribus locis
inuenitur. ſ. in germania ⁊ in hibernia ⁊ in mł
tis regionibus aquilonis. Eſt autem in colo/
re perſpicuus criſtallo ſimilis. vt di. Jſido. et
dicitur iris per ſimilitudinem archus celeſtis
qui percuſſo ſole ſub tecto ſpecies ⁊ colores ar/
chus celeſtis in ꝓximos parietes oppoſitos
repreſentat. vt d. Jſido. eaſdem creditur habe
re virtutes quas et berillus. niſi quia tante nō
inuenitur quantitatis. vt d. dia. Jnſup hic la
pis. vt fertur cooꝑatur parienti vel vt citius pa
riat / vel ſaltem vt dolorem partus facilius ſu
ſtineat / ⁊ non tantum de ꝑiculo pertimeſcat.

Enia eſt gemma que in oculis ie/
i ne beſtie inuenitur. que ſi ſub lin
gua hominis fuerit ſubdita ipm
dicitur precedere plurima futura.
vt dicit Jſido. ⁊ lapida.

Rauna lapis eſt colore nunc alb⁹
k nunc ſubniger / nunc ſubrubicun
dus / nūc ſub varijs coloribus di
ſtinctus. Eſt aūt ſic dictus a krau/
matis. quod eſt idem qđ incendiū. Nam in
locis ſulphureis ⁊ calidis inuenit̃. cuius vir/
tus ſcd̄m dia. ē curare hidropiſim. diuerſis ima
ginibus et figuris ſculpitur et pollitur.

Abiates eſt lapis trāſlucidus cri/
k ſtallo ſimilis / qui creditur dare e/
loquentiā. honorē et gratiam. et

defendit a noxijs et venenoſis. et curat tumo-
rem epatis et ſplenis. vt dicit dia.

Alcophanus eſt niger lapillus co-
lk lore depictus. qui geſtatus in o-
re dicit̃ clarificare vocem et defen-
dere a raucedine fauces. vt dici-
tur in lapida.

Igurius lapis eſt ĩ colore electro
l ſimilis. dictus vt dicit Iſidorus
a lince beſtia cuius vrina inter
areuulas generatur. virtus eius ē
paleas attrahere. valet contra dolorem ſto-
machi. ⁊ ſtringit fluxum ventris perturbati.
valet ictericis ⁊ diſcoloratis. quia perditum
colorem reſtituit. vt dicit diaſco.

Ipparea eſt gēma de ſiticis pti-
l bus veniens. cuius proprietas
eſt ꝙ omne genus ferarum ad ipſi
us preſentiam ꝓperat ⁊ ipſum in
tuet. vñ venatores feraſ quas canum curſu ca
pere non poſſunt. ſolius lipparie aſpectu ad
ſe ducunt. ſicut dicitur in lapida.

Argarita omniũ gemmaꝝ candi-
m darum eſt precipua. vt d. Iſi. que
inde margarite nomine eſt voca-
ta quia in conchis maris hoc ge-
nus lapidis inuenitur. Naſcitur in carne con
chee ſicut in piſcium cerebro lapilli aliquãdo
inueniũt. gignitur ex celeſti rore quē certo tem
pore anni conchee hauriũt. ex quibus marga-
ritis quedam vniones nũcupantur habentes
aptum nomē. eo ꝙ tm̃ vnus et nunꝙ duo vl
plures ſimul reperiuntur. Sunt autem melio
res margarite candide ꝙ que flaueſcũt. Illas
autem aut iuuentus aut matutini roris ꝯcep-
tio reddit obſcuras (huiuſqꝫ Iſi. li. xvi.) In-
ueniuntur aũt quedã pforate naturaliter. ⁊ il-
le ſunt alijs meliores. quedã aũt pforant arte
vt di. plate. Sunt aũt eligende que albe: cla-
re. ſpeculares. ⁊ rotunde. habent aũt virtutẽ
confortatiuã vel a tota ſpecie. vt dicunt qui-
dam. vel quia ſpecialitate quadam aſpergun
tur. membra a ſupfluis humoribus purgant
eo ꝙ ꝯſtringendo ⁊ coartando confortant. va
let contra cardiacam paſſionē ⁊ ſincopim cor
dis ⁊ contra debilitatem que ꝓuenit ex fluxu
mediane. valent etiam contra fluxum ſangui
nis et fluxum ventris (vt dicit plate. Dicit̃ aũt
in lapida ꝙ cum margarite generentur ex ro-
re ꝙ quanto rorantis plus fuerit aeris auſtri.
tanto maiorem gignit roratio gemmam. nam
vltra tamen ſeminutē creſcere nulla putatur.
Dicitur etiam ibidem ꝙ ſi illo tp̃e quo exhau-
ſto roris incipit gemma generari ſi ſuperuene-
rit coruſcatio vel tonitrus ex ſubita fortitudīe
clauditur concha. ⁊ ſic pariter abbortiuũ. Ab
india aũt et ab antiqua britannia nobiliores
margarite tranſmittunt̃. vt dicit̃ ibidem.

Agnes lapis eſt indicus ferrugi-
m nei coloris. in ĩdia apud trogodi
tas inuenitur. ferrum trahit. adeo
enim (vt dicit Iſidodorus) vt
cathenam faciat annuloꝝ. inde eum vulgus
ferrum viuum appellat. liquidum vitrum cre
ditur trahere ſicut ferrum. Cuius tanta vis ē.
vt refert aug.) ꝙ ſi quis eundem magnetē te-
nuerit ſub vaſe vel aureo vel eneo ferrumqꝫ d
ſuper poſuerit ex motu lapidis ſubtus ferrũ
de ſuper mouebitur (Et ſequitur ibidem) vñ
factum eſt in quodam templo ſimulacrum de
de ferro quod in aere pendere videtur. Eſt
enim alia ſpecies magne in ethiopia que fer
rum reſpuit et a ſe fugat. idem etiam magnes
aliquando vno angulo ferrum trahit. et in a-
lio a ſe repellit. magnes autē tanto eſt melior
quanto cerulior. huiuſqꝫ Iſido. Scd̃m dia-
ſco. vero et lapida. recõciliat maritos vxorib⁹
auget gratiam et decorem in ſermone. Itẽ cũ
mulſa curat idropſim et ſplenem. allopitiam
et arſuram. puluis eius aſperſus per quatuor
angulos domus ſuper carbones exiſtentibus
in domo videbitur ſubito domus ruere ex ver
tigine cerebri ⁊ ex cõmotione. magnes etiaꝫ ſi
cut et adamas capiti caſte mulieris ſuppoſit⁹
cogit eam ſubito amplecti virum ſuum. ſed ſi
adultera fuerit ſubito a lecto ſe mouebit timo
re fantaſie. hoc lapide maxime vtuntur magi
Scd̃m platea. lapis magnes calidus eſt ⁊ ſic
cus in tercio gradu. virtutem habet attrahen-
di ferrum. montes enim ſunt ex huiuſmodi la
pidibus. vñ naues ferro cõpactas attrahunt
et diſſoluunt. vnde precipue valet vulnerati
puluis eius confectus cum appoſtolicon ap-
poſitus vulneri. ferrum enim attrahit. puluis
etiam magnetis in quantitate duoꝝ dragma
tum cum ſucco feni valet contra idropoſim et
ſplenem ⁊ allopiciam. vt dicit auicenna.

Eleeros eſt lapis dictus eo ꝙ dul
m cem et melleum emittit ſuccum. vt
dicit Iſido. et eſt bicolor ſcꝫ viri-
dis in vna parte et melli ſimilis
in alia.

Enophitis eſt lapis a loco egyp
m ti ſic dictus. gēma talis eſt natu-
re. vt dicit Iſido. ꝙ tritus ac ſup
loca que vrenda ſunt vel ſecãda
poſitus vel cũ aceto linitus. ita facit obſtupe
ſcere corpus ꝙ non ſentiat cruciatum.

m Irites eſt gemma ſic dicta eo ꝙ mire in colore ſimilis eſt qui oppreſſus ſpirat ordorem ſicut nardus.

m Edus eſt gemma vel lapis precioſus in medorũ regione repertus. qui quandoq̧ eſt viridis coloris quandoq̧ nigri. vt dicit dia. virtus huius eſt contra cecitatem oculorum. ſanat podogram ſi cum lacte mulieris maſculũ parturientis temperetur ſimili modo valet cõtra dolorem renum et freneticam paſſionẽ Si vero lapis niger reſoluitur per cotem ⁊ in aq̃ calida et alicui de illa aq̃ ad bibẽdũ inſtiat et vomitu et ſtmachi ſubuerſione. Si vero frons inde lauetur mirabiliter excoriatur et ledit viſum ⁊ aufert omnino. vt di. in lapi.

m Elocites gemma eſt viridis ſmaragdo ſimil. ſpiſſioris tamen et groſſioris eſt viroris ꝙ̃ ſmaragd⁹. vñ et a colore malue nomen accepit (vt di. Iſido.) Et naſcitur in arabia. Eſt autẽ ſubſtantia valde mollis et tamen valde vtilis quia ſicut di. diaſco. virtute ſua cuſtodit a nociuis caſibus.

m Armor greco ſermone a viriditate vocatur (vt dicit. iſido.) Sũt aũt marmora. vt dicit idem. lapis eximij que maculis et coloribus cõmendantur. Nam marmorum genera infinita ſunt. non tam̃ omnia a rupibus inciduntur. ſʒ multa ſub t̃ra ſperſa ſũt vt. marmor lacedemonium viride et precioſum. ſimiliter et marmor ophites quod maculis ſerpentum ſimile eſt. vnde et vocabulum ſumpſit. cui⁹ duo ſunt genera. molle ac candidum nigrum durũ. Marmor purpurites ex egypto eſt rubeum. candidis interuenientibus punctis. et vocatur purpurites eo ꝙ rubeat vt purpura. Sunt et alia multa genera vt alabaſtrum et per linum. de qua infra dicetur. Eſt aliud genus ſalicʒ coralliticum in aſia repertum non habens vltra duos cubitos in menſura. et eſt candidum fere ſicut ebur. tamen habens quaſdam maculas quadam proportione nigras Eſt et therebaicum tinctum aureis guttis et inuenitur in pre egyptiorum naturaliter aptũ. vt ſuper illõ collũa terantur Sunt et alia genera que in oſticinis rupibus gignuntur. Et marmor corinthiõ gutte. aromatice ſimilimũ eſt ex quo columne ĩgentes fiunt lamina atq̧ turres. Eſt et caniſtrũ viride et optimũ nomen habens ab aſpectu eo ꝙ gratũ ſit his qui gemmas ſculpunt. hui⁹ eñ viriditas reficit oculos. Eſt ⁊ numidicũ qđ numidia mittit quod fabricatum ſimile croco fucum reddit. vñ et nomen accepit. Sunt et alie multe marmorũ diuerſitates de quibus exemplificat Iſido. li. xvi. Sed hec ad preſẽs ſufficiant. Marmor itaq̧ alijs lapidibus eſt ſolidus fortius / pulchrius / et vtilius. in cuius venis diuerſarũ gemmarũ materia inuenitur. propter ſoliditatem ſui difficilime ſculpitur et pollitur. ꝓpter ſui frigiditatem et ſoliditatem ad ſpecies et vnguenta aromatica cuſtodiẽda vtiliſſimum inuenitur. Super omnia autem admirari poſſumus ꝙ marmorei lapides nec calibe / nec ferro / nec etiam ſerra / vel malleo ꝑ potentiam aliquaʒ edomantur. ſicut per laminam plumbeam aſſeribus molliſſimis interſertam. plumbo enim et nõ ferro lapides marmorei diuiduntur et ſepantur. tanq̃ aſſeres et equantur.

Itrum eſt ſecundũ diaſco. lapis ſubalbidus ſciſſilis et perſpicuus cuius virtus eſt diſſolutiua / attractiua / et abſterſiua / et humoris ſuperflui conſumptiua. De nitro autem di. Iſ. li. xvi. c. ij. nitrum a regione nitrea egypti eſt dictũ. ex quo medicine fiunt et ſordes corporum ac veſtium abluuntur. Huius natura nõ multum a ſale diſtat. habet enim naturã ſalis et ſimiliter oritur caneſcentibus ſiccitate littorib⁹ cuius ſpuma affronitum nuncupatur et colligitur diſtillans in partibus aſie in ſpeluncis deinde ſolis calore diſſiccatur. et optimum qđ ſic ſiccatum eſt minime ponderoſum eſt. vt di. iſi. Secundum pla. autem nitrum eſt vena terre et eſt calidum / ſiccum / leue / et rubeum vł album / vel citrinum. guſtu eſt amarum acidum et ſubſalſum / pigue dineʒ extenuat ſi ore ſit acceptum. humores viſcoſos conſumit. pulnis eis in melle confectus faciem clarificat / mundificat ſaniem ſtomachi et inteſtinorum ex poſtemate procedentem. pediculos et ſaniem capitis detergit / vermes aurium interficiat / et eorũ in ſaniem mundiſſime extergit cum aceto / ſpuma eius corroſionibus ſubuenit hidropicis opitulatis cum melle mixta caliginem oculorum detergit venenum mortificat et excludit / paraliſim etiam ligue potenter ꝓhibet. ſecũdũ pla. et dia. Eſt autem nitrum calidum et ſiccũ in fine tertij gradus laxatiuum collatiuum vt. di. diaſcorus.

Oſec. porapondine lapis eſt precioſus ſubalbidus aut varius q̃ vt dicit in buffonis capite a quo extrahitur. in forti vino et aqua mundificatur (vt di. dia.) et in eo aliquando apparet forma buffonis cum aſperis pedibuſ

et diffuſis. Hic lapis valet contra morſus reptilium et venenum. nam preſente veneno/ lapis tangentis digitum adurit. ⁊ ſunt ſimul ambo includendi. vt d. dia.

o Nichinus lapis eſt indicus et arabicus. permixtum habet in ſe colorem ad ſimilitudinem humani vnguis vt d. Iſido) Greci enim vnguem onicē dicūt. Indicus autem onix ignis colorem habet albis tingentibus venis ſiue ſonis. Genera eius ſunt quinq; ſcȝ ſardonix q̄ et duoꝝ ſocietate nomē ſortit. ſ. ex candore onicis et rubore ſardij. vt patet infra de ſardonice. Hec gemma ſcȝ onix plures habet effectus noxios. Nā vt d. dia. collo ſuſpenſus ſeu digito portatus excitat triſticiam et timores/ multiplicat lites. cōmouet animos ⁊ rixas. in pueris excitat ſaliuam ſupfluam et nocuā nō poteſt nocere in preſentia ſardij. ſpecularē habet naturam et politam. et ideo ad modū ſpeculi repſentat imagines et figuras. ſed obſcure. diaſcorus.

o Ptalius ſiue oppalus ſcd̄m Iſi. eſt lapis diuerſarum gemmaꝝ coloribus diſtinctuſ. Eſt ei in eo carbunculi genus /ignis amatiſti. fulgens purpura ſmaragdi nitens viriditas. et ſinguli colores ſub quadā varietate ſunt lucētes nomen habet a patria. Hunc lapidem india ſola parit (vt d. Iſido.) tot enim creditur habere virtutes. quot colores. De optalio dicitur in lapidario φ optalius lapis oculos ſeportantis ſeruat illeſos et acutos. ſed alioruȝ oculos circumſtantium obducta nube recōdit vnde quadam cecitate percutit vt nō videant vel aduertunt. que fiunt coram eis. ⁊ ideo aſſeritur furtis tutiſſimus eſſe patronus. vt dicitur in lapi.

o Rites gemma eſt nigra et rotūda Alia eſt viridis maculas habens Tercia eſt cuius altera ps eſt aſpera altera vero plana. et eſt ſubſtātia quaſi ferri lamina. hic lapis geſtatus. cuſtodit a morſibus reptilium et ferarum et aliorum aīalium. appenſus etiam mulieri prohibet eam impregnari. et ſi pregnans eſt facit citius abortiri.

p Etra grecum nomē ē. et ſonat idē quod ſolida ſiue firma (vt d. Iſi) ex partibus enim terre ſolidis et cōpactis. ſubſtantia petre ſiue lapidis generatur. vel petra a penetrando eſt dicta. penetrat enim lapidem quando fortius p̄mitur et calcatur. ab aquarū etiam ſtillicidijs et guttis penetratur. Idem aūt eſt petra et lapis qui quaſi ledens pedem dicitur quia ſua duritie et acumine pedem ledit vt dicit Iſido. lapis tamen vſualiter planus mollis et ſperſus. ſaxa vero adherent et a montibus excidūtur. Silex vero dicitur durus lapis ab eo dictus φ percuſſus exiliat ignis (vt dicit Iſido) q̄uis enim petra ex ſe ſit frigidiſſima ferro tamen percuſſa ex ſe mittit ignem. Nam ex forti et violenti aeris colliſione inter ſuperficieȝ ferri et lapidis aer alliſus ſubito ignitur et ſcintillando de ſilice egreditur (ſcd̄m Ariſto. in li. iiij. metheo) Ex ſola terra non lapis fit. vincens enim in ea ſiccitas non permitit eam coagulari. Fiunt aūt lapides vel per congelationem vel per conglutinationem. ex commixtione enim aque et terre fit lutum quod inter lapidem et terram eſt medium quod paulatim per partium coadunationem et ſtrictionem fit lapis. Vñ tali tranſmutationi aptius eſt lutū vnctuoſum. qꝛ quod nō eſt tale no ē cōmutatiuum. ſed potius cōminutiuū ex dñio ſiccitatis terre igitur per fortem cōglutinationē et cōmixtionem humoris cōuertitur in naturam lapidis qui ex diuerſitate terre diuerſoꝝ coloꝝ recipit qualitatem aliquando etiaȝ pducunt lapides ex aque cōgelatione. Inueniuntur enim quedam loca ſuper que aqua infuſa conuertit in lapides diuerſoꝝ colorum. et hoc fit ex quadam vi minerali /in locis illis exiſtente et congelante aquas que ſunt principia lapidum. vt d. Ariſto. fiunt aūt lapides vel ex luto vnctuoſo virtute ſolis occulte illud coagulantis et per partium coherentiā in ſubſtantiam lapidis cōſtringentis. vel fiunt lapides ex aqua cōgelata ex virtute minerali lapidis forme inductiua. ſecundū ipſam materiā lapidis efficiuntur q̄dam rare ſubſtantie et debilis cōpoſitionis et quidam fortioris et quidam generātur tardius. et quidam citius. quidam fortius ſcd̄m fortiorem qualitatū actiuarum potentiam. et debiliorē reſiſtentiā paſſiuaꝝ. ſcd̄m eni cōmixtionem iſtaꝝ qualitatū in ſubſtantia lapidis diuerſificant lapides in natura ⁊ in virtute. virtutis eni celeſtis influens ad loca mineralia in eis imprimit actiones. et ſcd̄m φ inuenit materiam aptiorem. ⁊ ſue actioni obedientiorem in eis impreſſionē relinquit nobiliorem. et ideo quidam lapides p̄ciofi naturam et vim planetarū in ſuis effectibus imitantur vt patet in topaſio qui motum lune ſentire p̄hibent (vt dicunt ambro. blaſi. Iſido. dia. et alij poſt patebit. Note igitur pprietates lapidis ſiue petre ſunt iſte. quia lapis vniuerſalit

Digitized by Google

eſt frigidus. et ſiccus. cõpactus. durus. grauis
et ponderoſus. ſuo pondore centrum petens.
terram cõprimens ⁊ eius ptes ne dilatanť ad
inuicẽ vniens et cõiungens (vnde di. ambro.
ꝙ lapides ſunt oſſa terre. quod em̃ faciũt oſſa
in corpe/hoc faciunt lapides: in diuerſis pti/
bus ipſius terre. ipſam ꝯſolidant et ne ptes
eius nimia ſiccitate ab inuicẽ defluant. ipſam
cõprimunt et adunant lapides p aquarũ ſup
fuſionem a ſua duritia non remolliunt. ex ſtil/
licidijs tamen guttatim deſcendentibus exca/
uantur. vt dicit Greg. lapides etiam ſi candẽ
tes fuerint in uino extincti vinum corrumpũt
et in acetum conuertunt (vt dicit Jſid. Jn la/
pidibus generaliter requiritur materie puri/
tas virtus ⁊ precioſitas coloris/⁊ figure di/
uerſitas/⁊ multiplex vtilitas. nam vtiles ſunt
in edificijs ꝯtrahendis/in plateis ſternendis
pro pontibus faciendis/ꝑ hoſtibus expellẽ
dis/ꝑ lupis ⁊ canibus effugandis/ꝑ metal
lis et eoꝝ ſubſtantia extrahendis/ꝑ metallis
exornãdis/ꝑ infirmitatibus varijs perſanan
dis/ꝑ turribus regum ampliandis/ꝑ caſtris
et ciuitatibus muniendis/ꝑ feris et beſtiolis
defendendis/extracti quadranť et polliuntur
politi in edificio ordinate collocantur. ordi/
nate maiores ſub minoribus ponuntur/medi
ante cemento inuicem coaptanť/adducuntur
cemento et extrinſecus cõplananť.

p Arius lapis/eſt genus marmoris
eximij ⁊ precioſi. vt dicit Jſido. h
apud Param inſulam inuenitur ⁊
parius nuncupatur. magnitudo
eius lances et traiectas nõ excedit. ⁊ eſt aptus
aut vtilis ꝑ ꝯſeruandis ſpeciebus ⁊ vnguen
tis (Jſidorus) Gloſa autem ſuper heſter pri
mo. dicit ꝙ parium eſt genus marmoris can/
didiſſimi. ⁊ ideo ſignat caſtitatem. vt dicitidẽ

p Raſſius eſt lapis ad modum por
ri viridis (viſum confortat debilẽ
aliquando inueniť cum guttis ſan
guineis. quãdoq; cum guttis cã/
didis eſt diſtinctus. de quo dicitur in lapida/
rio. vtile nil affert/niſi ꝙ viret et decet aurum

p Jrites. (vt dicit Jſid. eſt lapis flu
minis/aeris ſimilans qualitatem
cui plurimus ignis ineſt. de facili
enim ſcintillas emittit. qui tenen/
tis manum ſi vehementius p̃matur adurit ꝑ
pter quod ab igne nomen accepit/de quo di
citur in lapida. Tangi vult leuiter blandaq;
manu teneri. Nam preſſus nimium digitos
tangentes adurit.

p Lonites eſt lapis qui dicitur eſſe
feminei ſexus. nam certo tempore
concipit ⁊ parit cõſimilem lapidem et confert
pregnantibus. vt d. dia.

p Aeron lapis eſt multoꝝ colorum
ſperſorum et pariter diſtinctorum
Nam niger ⁊ rubeus viridis pal/
lenſq; videť. purpureus croceuſq;
ſimul praſſiniq; coloris. Hic facit hominem
audacem ⁊ inuictum illo die quando videtur
mane oriente ſole. vt dicitur in lapidario.

p Lumbum. vt dicit Jſido. c. de me
tallis li. xv. eſt dictum eo ꝙ ex pilis
de plumbo factis maris altitudo
p̃mitus eſt temptata. huius vt d.
duo ſunt genera candidum ſalicet ⁊ nigrum
Candidum autem melius eſt ⁊ primo in inſu
lis adlatici maris antiquitus eſt inuentum. in
multis locis hodie inuenitur etiam in gallicia
⁊ in luſicaniaque eſt quedam terra nigra are/
noſa ⁊ etiam calculoſa/que quidam abluitur
et ex materia que ſubſidet per decoctionem in
fornacibus plumbi ſubſtantia eliquatur. Jn
aurifodinis etiam cum materia auri quedam
lapilli nigri reperiunť. ⁊ dum aurum colligiť:
cum auro manent. ſed poſtea idem calculi ab
auro ſepati per ſe ꝯfluuntur ⁊ in plumbum to
taliter reſoluuntur. et inde de eadem eſt graui/
tas auri ⁊ plumbi. vt dicit Jſidorus. Nigruꝫ
vero plumbũ duplex eſt. aut enim ex ſua vena
procedit. aut cum argento naſcitur. mixtiſq; ve
nis conflatur. ⁊ in illa conflatione primo ꝓ/
cedit ſtannũ. deinde argentum. tercio quod re
manet per ꝯflationẽ efficitur plumbum nigrũ
vt dicit Jſid. Jn india vero neq; es neq; plũ
bum inuenitur. ſed gemmis et margaritis hec
india recompenſat (Jſido) plumbum autem
nigrum in operibus laborioſis ⁊ in laminis
⁊ in fiſtulis vtilius fore tam hiſpani ꝙ britan
nici ſunt experti. huc uſq; Jſido. Secundũ ari
ſto. li. meth. quarto. ex ſulphure groſſo non ni
mis depurato ac feculento ⁊ argento viuo nõ
puro plumbi ſubſtantia in locis mineralibus
generatur. vnde ex imunditia ſulphris nõ pu
ri quandã contrahit liuiditatem. ex cuius con
tactu manus tangentis coinquinať. ⁊ hec im
munditia ad horam per abſterſionem aliquã
tulum a plũbo remoueri poteſt. ſꝫ ex eo aufer
ri nequaq̃ poteſt totaliter. poſſunt aũt hoĩes
ĩmundiciam plumbi abſtergere veruntamen
ſemper erit plumbum et ſi videatur argentum
ſed obtinebunt in eo qualitates aliene vt er/
rent in eo homines. ſunt qui accipiunt ſal ar/
moniacũ ⁊c. (vt dicit Ariſto) ⁊ huius imun/
ditie aſſignat cauſam dicens. materia plmubi
nigri ſiue argentum viuũ eſt malũ. ponderoſũ

luteum. Sulphur etiam eius malum mali va
poris ⁊ fendi/vnde non bene gelatur. In li.
v. alchimie hermes di. ſi ſuſpenderis plumbũ
ſuper acetum cõdemnat eum. nam acetum pe
netrabit eius ſubſtantiam ⁊ in puluerem con/
uertit ac in colorem ceruſe ipſum tranſmutat.
ſed ſi ſuper ipſum acetum fuderiſ albeſcit ⁊ de
ſtruit vim aceti. Plumbũ aduſtũ/colorez ver
miliũ obſcurũ gñat. & ſi fortior fuerit ignis cõ/
uertitur in cinnum ⁊ poſt calcinando ⁊ deſic/
cando ipſum cum aceto in album colorem ce/
ruſe tranſmutatur Igni vero fortiori adhibito
totum hoc conuertitur in materiam primam
plumbi et fit terra. vt dicitur ibidem. Item id.
plumbum quibus miſcetur partes omogeni/
as congregat et ethero genias ſeparat et mun
dificat. et ideo ponitur cum argento in forna
ce/vt argentum facilius mundificetur. quia p
tes argenteas a conſumptione preconſeruat ⁊
ipſo plumbo conſumpto ac combuſto/argen
tum purgat. Idem d. hiero. in glo. ſuper vi. c.
iere. ibi conſumptum eſt plumbum. Item di/
cit hermes ꝙ plumbum in ſua ebulitione om
nium ſolidorum corporum duritiam ſoluit
etiam adamantis. Item d. Ariſto. in li. methe
oro. plumbum inquit cum liquatur ꝓ calidu/
dio eſt argentum viuũ. ſed non liquatur/ niſi
calefiat/ et tunc apparent rubea omnia lique/
facta. Mirum autem eſt ꝙ plumbuz cum liui
di vel ſubnigri ſit coloris. tamen per exuſtio/
nem ſiue aceti reſudationem pulchrum colorẽ
generare cõſueuit. ſ. minium ſcabium et huiuſ/
modi. Eſt autem plumbum ad vſum medici/
ne bonum. Eſt autem frigidum et humidum
in ſecundo gradu. vt dicit Conſtan. ꝯtra vſtu
ram ignis et aduſta calida valet miro modo
fluxum ſanguinis vulnerum bene conſtringit
reuma oculorum ſedat et compeſcit/ ictus ſcor
pionum mitigat ⁊ draconum/ venerem ꝓhi
bet/ſi plumbi lamina duobus lumbis appo
natur. Alias habet rationes medicinales de
quibus quere infra de coloribus. c. de ſabio
quod alio nomĩe ceruſa. id eſt flos plumbino
minatur.

Uluis dicitur eo ꝙ a ventis pul/
p ſetur. vt d. Iſi. leuitate enim ſui a
vento tollitur et diſſipatur. venti
contrarij puluerem ſubintrantes/
ipſum circumagitant et rubiginem generant.
vt dicit beda. puluis cõminutus naturam rei
a qua reſoluitur oſtendit/ nunc per ſaporem/
nunc per colorem/ nunc etiam per odorem. et
deo pulueriʒantur ſpecies aromatice/vt earꝫ
intrinſeca virtus ſe oſtendat/ vt per partiũ cõ
mixtionem ⁊ vnionem ampliorem virtutẽ re/
cipiant. vt odoris ſui flagrantiaʒ diffuſius cir
cumſpergant. vt guſtum ſuauius afficiant. et
vt vulnera putride deſiccẽt efficacius ⁊ abſter
gant vt carnez mortuam corrodant et auferãt
et vlterius creſcere non permittant./ſicut pul
uis plumbi exuſti purgat vulnera et deſiccat
corrodit ſuperflua carnem viuam generat et
conſeruat (vt dicit Conſtan.) ⁊ ideo ex pulue
ribus conficiuntur emplaſtra et cõponunť ibi
micamata et varia efficiuntur antidota et vn/
guenta. in puluerem reſoluuntur thus et mir/
ra et ex pulueris crematione deo offerũtur ho
locauſta. Ex pulueribus etiam efficiuntur ſa/
lutifera electuaria quibus viua corpora ſani
tati reſtituuntur. Ex pulueribus inſuper fiunt
inunctiones et malagmata quibus mortuoꝝ
corpora inunguntur et cuſtodiuntur integra/
ne in cinerem aut in puluerem redigantur. pul
ueris et humoris ad mixtione lutum gignitur
et ex ſuperuenienti deſiccatione in glebam cõ
uertitur. vt d. Iſido. ex puluere facies polluiť
oculus leditur et multiplex reptile ex puluere
ꝓducitur ⁊ de puluere paſcitur ac nutritur. ſer
penti eñ puluis eſt panis eius. vt diciť Iſa.
lxv. ex puluere omne corpus animatum naſci
tur. et in puluerem a quo incipit reuertitur et
finitur. ꝓut homini dictum eſt puluis es et in
puluerem reuerteris. ⁊c̃. ex puluere aer inficiť
et ne claritatem ſolis oculus videat aliquoti/
ens impeditur. nã ex puluere aeri humido ad
mixto/ſepe nebula gignitur. ex cuius interpo/
ſitione latet ſol et limpide non videtur. Ex re/
ſolutione etiam pulueris in athomos ſiue in
athomis ſolis radius p feneſtram intromiſ/
ſus nullatenus intuetur.

Uirin vt dicitur dia. eſt lapis que
q in vpuparum nidulis inuenitur.
hic ſecretoꝝ proditor eſt in ſomno
Capiti enim dormientis ſuppo/
ſitus hominem facit loqui omnia que ſom/
niat dormiendo/et auget mirabiliter fantaſi
as. Unde et magi diligunt lapidem illũ quia
per eum maleficia operantur.

Uamdros eſt lapis colore quidez vi
q lis. ſed eximie virtutis. vt d. dia. et in
ueniť in capite vulturis. et valet con
tra quaſlibet cãs nociuas ⁊ vbera lacte replet

Iabri qui alio noĩe ⁊ cõmuni diciť
r bolus armenicus. qui eſt lapis ſiue
vena terre. et eſt nature frigide et ſic/
ce ſubrufum habens colorem. et inuenitur in
armenia. naturã hꝫ conſtringendi ventrem et
ſanguinem vndecũqꝫ fluat.

Oſtem ſiue reib͂ ẽꝫm auicennā. eſt la
pillus qui inuenit̃ in capite cancri. et
eſt aliq̄n albus. aliq̄n vergens in fla
ueum colorem. Eſt autē quo ad ſubſtantiam
mollis parū durior ꝙ pupilla oculi piſcis quo
ad formā vero eſt exterius rotundus et plan⁹
interius pars cōcauus. quo ad virtutē autem
naturaliter eſt frigidus et humidus. et valet
ↄtra morſus ſcorpionum. et muſtele ſi ↄtritus
more emplaſtri ſuperponat̃. Dicitur etiam ꝙ
valet ↄtra morſus canis rabioſi ſi puluis ei⁹
in potu aſſumatur. ſi cōburatur puluis mūdi
ficat dentes et deſiccat vulnera. et confert ſca
biei et ꝓhibet lacrimas.

Saphirus eſt gemma cerulea celo ſere
no in colore ſimilis. optima eſt inter
gemmas et ſūme precioſa. et regū di
gitis magis apta. in locis multiſ inuenitur. ſꝫ
orientalis ſiue indicus melior iudicatur ⁊ ma
xime quando habet quoſdam pulueres aure
os intermixtos. et eſt hic ſaphirus denſus nō
perlucidus (vt d. Iſi. Hic lapis maxime com
mendat̃ in lapi. ita vt pre ſui excellentia gem/
marū gemma vocat̃. nam corpus vegetat ⁊ in
tegra mēbra preſeruat ſtellam habet relucen/
tem per cuius refulgentiam eius virtus iudi/
catur. Alia eſt ſpecies ſaphiri q̄ ſirtices nun/
cupatur que iuxta ſirtes inter arenas maris li
bici inuenitur (vt dicit dia. Inuenitur autem
aliquando in venis minerarꝫ vbi lazariū eci
am inuenitur et in eiuſdem venis ſaphirus in
medio vero ſaphiri velut in ventre quedā ſpe
cies carbunculi inuenit̃. et ideo a mltis ſaphi
rus mater carbunculi creditur. eo ꝙ in eius ve
nis gigni a pluribus perhibetur. et ex natura
ſaphiri carbunculus quaſi quedam fauilla ce
rulea vt multi aſſerunt. creditur aliquantulū
obumbrari. vt dicit dia. Saphirus itaqꝫ ẽꝫm
dia. habet virtutem diſcordiarum recōciliati/
uam. multū eñ valet vt dicitur ad pacem refor
mandā. Item habet virtutem caloris innatu
ralis repſſiuam. Unde de ſaphiro dicitur in
lapi. Corporis ardorem refrigerat interiorem
Nam in febribus multum caumaticis et incē
ſiuis refrigerium prebet ſaphirus / ſi iuxta ve/
nas cordis pulſatiles ſuſpendatur. vnde dicit
dia. ꝙ valet contra piodicas febres tempe ac
ceſſionis. Item virtutem habet ↄfortatiuam.
et ideo dicitur valere contra cardiacam et quā
libet paſſionem melancolicam. vnde et cardia
cum et dia forēticū fluorē reprimit et ſudorem
ſicut ſcribitur in lapidario. Sudorem reſtrin/
git nimio torrente fluentem. Idem dicit dia.
Item virtutem habet fluxus ſanguinis reſtri
ctiuam. vnde et ſaphirus orientalis ſi timpo/
ribus apponatur ſolet reſtringere ſanguinem
de naribus ꝓfluentem. Item virtutem habet
ſingularem tumoris et inflature ſedatiuam.
Certū eſt enim ꝙ apoſtematū reprimit infla/
turam ſi in principio inflationis nocue citius
apponatur. Item valet ↄtra antracem. nā ha
bet virtutem malitie et venoſitatis antracis ex
pulſiuam. eius eñ furoſitatem reprimit et ex/
pellit ne eius malicia ſpiritus inficiatur. ipſi⁹
fumū ad cor aſcendere non pmittit. vt d. dia.
Item vim habet veneno ↄtrariā / ⁊ ipſius pe
nitus extinctiuam. vnde ſi araneā infra pixi/
dem poſueris / ⁊ verum ſaphirum indicū ſiue
alium ſupra pixidis orificium aliquantulum
diu tenueris aranea eius virtute victa. quaſi
ſubito morietur. vt d. dia. ⁊ hoc idem vidi ſe/
pius ⁊ in diuerſis ac pluribus experiri. Item
habet vim viſus ↄſeruatiuā et ſordium oculo
rum ſine grauamie purgatiuam. vnde ſcriptū
eſt. Tollit ex oculis ſordes de fronte dolorē
Item habet vim vulnerum curatiuā. nam vt
dicit dia. puluerisatus et lacti admixtus vlcera
ſanat et hoc etiam in vulneribus eſt expertū
Item tante auctoritatis fuit lapis iſte apud
veteres etiam apud deos non modicum pu/
tauerunt valere. vnde et appollini fuit ſingu/
lariter conſecratus. quia cum gentiles pro re/
ſponſis appollinē ſacrificiorum tempore cō/
ſuluerunt / certificari citius putauerūt ſi ſaphi
rum tunc in pñtia haberent. vt dicit dia. ⁊ hoc
tangitur in lapidario vbi dicitur / Et plus ꝙ re
liquas amat has idromantiam gēmas. Ut di
uina queant per eam reſponſa mereri Itē hūc
lapidem magi ſingulariter diligunt. quia ẽꝫm
eorꝫ opinionē par ipſius virtutem / quedā mi
rabilia operari poſſunt. ⁊ hoc tangitur ſimilit̃
in lapidario / vbi dicitur. Hic lapis vt perhi/
bent educit de carcere vinctoſ. Obſtruſaſqꝫ fo
res et vincula tacta reſoluit. Hec et multa alia
de ſingulari virtute ſaphiri ab auctoribus ſūt
conſcripta / ⁊ in hoc generaliter omnes ↄſenti
unt ꝙ ſaphirus eſt gemma amatrix caſtitatis.
et ideo ne eius effectus per immundiciam por/
tantis aliquo modo impediat̃ oportet vt ille
qui eam portat caſte viuat iuxta illud. Sed q̄
geſtat eum caſtiſſimus eſſe iubet̃. Item dicitur
in lapidario ꝙ tollit inuidiā / et expellit timo
rem et facit audacem ⁊ victorem firmat in bo/
nis animum / ⁊ mitem facit humilem et beni/
gnum. Que omnia puto eſſe dicta diſpoſitiue
potius ꝙ effectiue. ſꝫ nūc h̄ ſufficiant

Smaragdus ẽꝫm Iſi. gēmarꝫ omniū
uirentium obtinnet principatum cui

veteres poſt margaritas et vniones tribuunt terciam dignitatem. Smaragdus a nimia viriditate eſt dictus. vt dicit ibidem. Nam omne viride amarum dicitur. nullis aūt gēmis ſiue herbis maior ineſt viriditas ꝙ ſmaragdo. nā herbas virentes et frondentes ſupat. inficiens circa ſe viriditate nimia aerem repcuſſum. Iſido) nec eius viror in ſole aliquo modo obumbrat. ſtupentiū oculis / nulla gratioſior refectio eſt / cui⁹ corp⁹ ſi extenſū fuerit ⁊ extenſū ſiue polimi ad modū ſpeculi imagines reddit. Ceſar quippe nero gladiatoꝝ pugnas ſmaragdo aſpicere ↄſueuit. vt d. Iſi. Genera eius ſunt. xij. ſ nobiliores ſunt ſcitici que ſcȝ in gente ſcitica iueniunt. Secundū locū tenent bactriani colligunt eīm in cōmiſſuris ſaxoꝝ / flante aquilone. tunc eīm tellure diſcoopta intermicāt quia arene mouent maxime in his ventis. Terciū locum egypcij habēt reliqui in metallis erariis inueniunt. ſed vicioſi. Nam aut eri aut plūbo aut ſali ſimiles notas habent. Smaragdi vero qñ vino vel oleo ſunt puncti ꝓficiunt in virore / ꝙuis viriditatis gratia naturaliter imbuantur. Eſt etiam quedā ſpēs ſmaragdina que degñat ꝙuis ſit viridis. eo ꝙ ſit turbida exe/ ris venis et eſt caleoſmaragdus nuncupata. hucuſqȝ Iſido. li. xvi. c. de viridibus gemmis Hic lapis a griffonibus accipit et eripitur et vbi poſſint ſmaragdi in copia inueniri / griffonum imanitate hoium acceſſus impeditur. vt d. Iſi. li. xiiij. c. iij. Habet itaqȝ virorem ſui multiplicatiuū. ex ſe eīm generat radiuū quo virore tingit aerem circūfuſum. Habet ⁊ corpus ſpeculare ⁊ pſpicuū / obiectaꝝ figuraꝝ et imaginum oſtenſiuū. Habet tercio ex nature dono virtutis bñficium diuerſaꝝ infirmitatū curatiuū. nam ſm dia. ⁊ lapi. hic lapis auget opes ⁊ in cauſis dat pſuaſoria verba / collo ſuſpenſus curat emiteū ⁊ morbū caducum viſum ↄſeruat. debilem confortat / laſciuos motus cōpeſcit reddit memoriam. valet etiam cōtra illuſiones et phantaſmata demonū / tempeſtates ſedat / ſanguinē ſiſtit. ⁊ dicitur his valere q̄ ſolēt diuinare de furtis. vt pȝ in lapida.

ſ Ardius eſt gēma rubei coloris ad modū terre rubee ſic dicta eo ꝙ in ſardis primitus eſt reperta (vt d. Iſid. et glo. ſuper apo. hec gēma ꝙuis ſit precioſa ⁊ pulchra / a multis tamē reputatur nouiſſima inter gemmas. quia vt dicunt preter fulgorem nil ferat vtilitatis / excepto ꝙ onix ipſo ſardio preſente nequit nocere nam onichinus qui quaſdam habet. vt dicit. nociuas ꝓprietates / non poteſt eas in preſentia ꝓducere ad effectum. Dicit tamen dia. ꝙ p̄ter iſtam virtutem habet ſardius longe plures Sunt eīm eius ſpecies quinqȝ inter quas ille eſt vtilior qui tranſmittitur de ſardis. et valet quia incendit gaudium et expellit timorem / audaces reddit / et acuit mentem / ⁊ ipſo pñte non nocet onix. Dicit etiā ꝙ ſardius totaliter ſanguinei coloris geſtantem ſe ab incantationibus ⁊ maleficijs tueatur.

ſ Ardonix eſt duoꝝ lapidū ſocietate ſardio ſcilicet et onice nomen ſūpſit. vt dicit Iſido. Conſtat autē ex tribus coloribus. nam niger eſt in imo / cādidus in medio / rubeus quaſi nimius in ſupremo. hec ſola in ſignando de cere ſubſtantia nil euellit. Inuenitur aūt apud arabes et apud indos. Gña eius ſunt quinqȝ ⁊ qui colores habet plus diſtinctos / et eſt denſior / hic eſt laudabilior. luxuriaȝ repellere dicitur ⁊ humilem efficit ac pudicum.

ſ Olis gēma candida eſt et tranſlucens et eſt ſic dicta. eo ꝙ ad ſimilitudinē ſolis in orbe fulgentis radios gerat. vt dicit Iſido. c. de cādidis gemmis.

ſ Ilenites eſt lapis perſicus vt herba virens cuius color iaſpidi ſilis eſt. vt dicitur in lapidario. tranſlucet autem candida quedam macula que fulgore ↄtinens lune imaginē. Illa autem candida macula in corpore ſilenitis creſcente luna creſcit ⁊ decreſcente minuitur ⁊ decreſcit. vt dicit Iſido. et dia. potens eſt autem in amorem recōciliandum. languantes ⁊ ptiſicos iuuare putatur.

ſ Tannum ſm Iſido. eſt metallū a greca etimologia ſic dictum. ſeparans. ſ. et diſcernens. mixta eīm et adulterata metalla p ignem diſſociat ab auro ⁊ argento plumbum diuidit ac ſecernit alia etiam metalla ab igne d̄fendit. et cum ſit natura eris et ferri duriſſima / ſi abſqȝ ſtanno fuerit vritur et crematur. ſtannū autem illatum vaſis eneis cōpeſcit virus eruginis et ſaporem facit gratioſiorem. ſpecula autem ex eo temperantur ceruſa etiam ex eo conficitur ex ſtanno quēadmodū ex plūbo (hucuſqȝ Iſi. li. xvi. c. de metallis) Scđm aūt ariſto. li. meth. ſtannū cōpoit ex argento viuo bono ⁊ ſulphure malo. et hec duo nō ſunt bene mixta. ſed tā ꝙ p parua cōpoſita. ⁊ ideo colorē imitat argē ti / ſ nō eius ſoliditatē. In li. aūt alchimie hermes dicit ſtannū oīa metalla ⁊ corpa frangit quibus admiſcet. ⁊ hoc ꝓpter nimiā ſiccitatē

eius ⁊ ductilem naturā in eis deſtruit. ſ ſi mi
ſceris cum eo argentū viuū/ ſtridorem eius
aufert ⁊ albeſcit. ſed poſtmodū denigrat ipm
et ꝯdemnat. In eodem etiam dicit ꝙ ſtannū
aduſtum generat colorē mineū ſiue vermiliū
ſicut plumbū/⁊ ſi ignis fuerit nimis fortis ſtā
ni materia pͥma redit. Item cū ſtannū ſit argē
to mollius ⁊ plūbo durius nō pōt plumbum
plumbo/nec erī nec ferro de facili ꝯſolidari ſi/
ne ſtāno nec etiā iſta pariter ꝯſolidant ſine pi
guedine aliqua ſiue ſepo.

ſ Ulpbur eſt vena terre areitatis mixtum hñs in ſua cōpoſitione et igneitatis. ⁊ idō vocatur ſulpbur ſm Iſido. ſolum vrens. vt em̄ ignis dicit. nam eius virtus ignea ab aquis ferueutibus ſentitur. nam aquaꝝ curſus p venas ſulpbureas tranſitum faciens/ex vi ignea ipſius ſulpbris candorem vel calorem ꝯtrabit ſaporem efficaciā ⁊ odorem. hinc fontes calidi de terre viſceribus ſepe ſcaturiūt ⁊ qualitates vene ſulpburee ſecum ferunt. nulla em̄ res ita ci/to accendit ſicut ſulpbur. in inſulis naſcit eole is inter ciciliam et italiam quas ardere dicit. In alijs locis effoſſum inuenit. vt d. Iſi. Du ius genera ſunt quatuor. vnū viuū qd̓ foditur tranſlucet atqꝫ viret. quo ſolo inter omnia genera medici vtunt. vt d. Iſi. alteꝝ ꝗ appellāt glebā qd̓ tantū familiare vſibus eſt fullonū. Tercium liquorē cuius vſus eſt ad lanas vtilis ſubfundendas/qm̄ pſtat molliciem ⁊ candorem. Quartū valet ad licinia lucernaꝝ cōficienda. vt d. Iſi. (Et ſubdit ibidem) ſulpbu/ris tanta eſt vis vt morbos comiciales cōpre/bendat nitore ſuo/cuiꝰ flāma ſi directe ad vultum hoīs pcutiat diꝝ ⁊ horribilem pallorem in oculis aſpicientiū generat ad ſimilitudinē defunctoꝝ. vt d. Iſi. li. xvi. c. i. Scd̓m auicen. vero et pla. ſulpbur eſt calidū et ſiccū in quar/to gradu. et eſt terra ptibus aqueis et terreſtribus in igneas tranſeuntibus in naturam ſulpburis trāſmutata. Et illud ſulpbur aliqñ ē groſſum feculentū ⁊ rude. aliqñ eſt purū albū clarū et ſubtile. aliqñ inter hec mediocre. ⁊ ſm iſtam differentiā ex ſulpbure et argento viuo diuerſa metalla generant. vt patꝫ in li. meth. iiij. vbi oſtendit ꝙ ſulpbur et argentū viuum ſunt materia metalloꝝ. Sulpbur aūt aliud ē viuū. ſ. quale eſt qñ de terra eſt eductū. Aliud eſt mortuū vel extinctū. ſ. qd̓ ſolet fieri artificia liter. ſ. qd̓ in calamos fundit vel in alia vaſa. Eligendū eſt aūt ꝓ medicina viuū calore ⁊ re ſplendens perſuadum ⁊ ſine lapide albū vel viride qd̓ miſſum in igne colorē facit viridem

atqꝫ pinguem. virtutēꝫ habet diſſoluendi/cō ſumendi/attrabendi/ſubtiliandi/attenuandi et corrodendi/⁊ tuſſim ꝓhibet/epilenticos iuuat/ſcabiem purgat/venenis obuiat/litargicos excitat/arbeticos podagricos paraliticos iuuat ſi modo debito ⁊ medicinaliter ipſius remedio quis vtatur. vt dicit auicē. ⁊ dia. ⁊ pla. ⁊ alij auctores.

ſ Al a ſaliendo dicit eo ꝙ de igne exiliat fugit em̄ ignē. vt dicit Iſido. Alij ſal a ſole. vel a ſalo vocatum putant. nam ex aquis marinis ſponte gignit ſpuma in extremis littoribꝰ derelicta ⁊ a ſole deſiccata. aliqñ ex puteis ſalſis hauritur et aqua decoquitur/donec in ſalſis duritiem aqua prius fluida p calorē ipſam inſpiſſantē ꝯuertat. Aliqñ de ꝯtractis harenis colligitur/creſcente luna p noctem. nam in cirena ſal ſub harenis ſepius inuenit. Aliqñ etiam rupes ⁊ montes ſalis inueniunt/ex quibꝰ ferro inciduntꝰ lapides qui poſt in ſalis materiam ꝯſtringunt ⁊ comminuunt. ſicut eſt in arabia ⁊ panonia. Tante duriciei etiam ſunt illi lapides vt ex eis fiant domus. Cōe vero ſal in igne crepitat et de igne ſalit. ſed ſal agrigentinū ſicilie ignem patit ⁊ ꝯtra naturā in igne fluit et in aqua exilit. Uariat aūt ſal in colore. qꝛ ethnicū eſt ruſū in qdam pte ſicilie vbi eſt mons ethne. Sal purpureū in eadē ſicilia in pachino adeo eſt ſplendidū et lucidū vt imagines reddere videat. In capadocia ſal croceum effodit. vt d. Iſi. Itē variat in ſapore. vt d. idem. qꝛ alicubi ſuaue/alicui ſalſiſſimū eſt alicui amariſſimū. ⁊ quanto eſt amarius/tanto eſt calidius ſiue calidius iudicat (vt d. auicen.) Sal aūt ſūme eſt neceſſariū qꝛ ſine ſale omnis fere cibus eſt inſipidus ⁊ inſalſus pulmentis em̄ ſaporem dat et excitat in oībus cibarijs appetitū. ex eo oīs victus delectatio et ſūma hilaritas fit. hinc et ſolis nomē accepiſſe creditur quia ſole nihil eſt vtilius atqꝫ ſale. vnde videmus pecudes et armenta ꝙ ſale ad paſtum maxime ꝓuocant ⁊ ſalis beneficio in lacte et caſeo plus abundat. Sal etiam corpa ſtringit et deſiccat et etiā defuncta corpa a putreſcendi labe religat et ꝯſeruat (hucuſqꝫ Iſi. li. xvi. c. ij.) Scd̓m auicen. et plate. ſal generaliter habet virtutē diſſoluendi/mundificandi et putridos hūores ꝯſumendi. Itē virtutē hꝫ ventoſitatē extenuādi et diuidendi maxime ſi pulueriſatū ⁊ coctū calidū ſup ſtomachi orificiū cācellet. Itē vim hꝫ hūiditatis naturalis in corpore coadunādi ⁊ ꝯſeruandi ⁊ innaturalis reſoluēdi et abſtergendi. ⁊ idō aq ſalinaria

tumores et inflationes etiā hidropicas ſoluit
ut dicit idem. Itē virtutē hȝ carnes putridas
corrodendi/ ⁊ maxie qn̄ eſt exuſtū q: tūc maxie
reſiſtit putrefactioni et maiorē hȝ vim in deſic
cando ⁊ in mūdando et etiā ad interiora pe/
netrando. vt d. idē. Itē potentiā hȝ ventrem
remolliendi et ſupflua educendi/ ⁊ maxie ſal
gemma qđ ſic dr̄ q: dar eſt ſicut gēma. in mor
tificando em̄ inteſtina mirabilit̄ coopatur/ vt
reſoluant̄ indurata/ ⁊ ſupflua expellant̄. ⁊ hoc
idem facit tā armoniacū ꝙ cōe. Itē virtutē hȝ
venenoſis hūoribus reſiſtendi. et ideo cū mel
le/ vino/ ⁊ pane ſal ꝯiunctū ſanat carbuncu/
lum ſeu antracem. vt d. auicen. Item virtutez
hȝ remouendi maculas faciei ſi cū aqua roſe/
acea ⁊ cāphora diſtempetur. ⁊ facies inde lini
atur. Item vim hȝ pruriginē et ſerpiginem de
corpore abſtergendi ⁊ remouendi/ potiſſime
ſi cū ſapone miſceatur. Itē ſal virtutē hȝ ſanā
di venenoſos morſus et puncturas reptilium
et etiā ſcorpionū/ ſi cum melle et nucibus ⁊ a/
lijs quibuſdā cōponat̄ (vt d. aui. Has et mul
tas alias habet virtutes quas enumerare lon
gum eſſet. ſed exempli gratia hec ſufficiant.

t Opaſius vel topaſion indecina/
bile eſt. vt ait Iſid. li. xvi. Eſt em̄
ex virenti genere omniꝗ colore re
ſplendens. Inuenta primo in ara
bie inſula i qua trogodite fame ⁊ tempeſtate
feſſi cū herbaꝝ radices effoderent gemmā iſtā
eruerunt quā teſtam nebulis poſtea naute q̄ ſi
erunt et inuenientes topazim trogoditaꝝ ideo
mare vocauerūt. Inde lapis ſic queſitus ⁊ in/
uentus deinde topazius ab inſula eſt vocatuſ
Topazim em̄ idē qđ querere in ipſoꝝ lingua
ſonat. Eſt aūt gēmaꝝ maxima ⁊ ampliſſima.
Scripſit em̄ plinius hanc gemma tante mag
nitudinis repertam/ vt ex ea philedelph faceret
ſtatuā quatuor cubitoꝝ. In glo. vero ſup fi/
nem apoca. dicitur ſic. Topazius quo eſt rari
or eo eſt p̄cioſior. et habet duos colores ex au/
ro et ethera claritate. lucens maxime qn̄ tangi
tur radio ſolis/ et oīum aliaꝝ gēmaꝝ ſupans
claritatem in aſpectū ſuū puocans reſpicien/
tes. quā ſi polis obſcuras. ſi ſue nature relin/
quis clarior eſt. ⁊ nihil eo clarius in theſauris
regū ſiue p̄cioſius inuenitur. ꝑpter ſui pſpicui
tatem/ gemmaꝝ ſibi obiectaꝝ in ſe recipit cla/
ritatem. Dicit̄ etiā ꝙ ſentit motū et curſuȝ lune
⁊ ꝯtra lunaticam dicit̄ valere paſſionem. vnđ
dicitur maiorem vel minorē habere effectū ſe/
cundū qđ luna magis vel minus recipit incre
mentū. vt dicit̄ in lapi. fluxum ſanguinis reſtri
git et emoroidas patientibus ſubuenit. feruē
tes vndas cōpeſcit. ⁊ bullire eas non pmittit.
vñ dicit̄ in lapidario. Scđm diaſ. iram ſedat
et triſticiam. ⁊ valet ꝯtra noxios motus ⁊ ꝯtra
freneſim ac contra mortem ſubitaneā. formaȝ
hȝ ſpecularē. dolū. n. in eo receptum in verſuȝ
in ſpeculo concauo repreſentat.

t Urgotis ſiue turidis eſt lapis fla
uus. in albidum colorem vergens
dictus a regione truchoꝝ in q̄ na/
ſcitur ꝯſeruat viſū ⁊ ꝯfortat ⁊ hilaritatē gn̄at.

t Erra ſigillata dicit̄ ſpecialiter que
dā vena terre frigida ſingulariter
et ſicca que dicit̄ ſm pla. terra ſa/
racenica ſiue terra argentea. que q̄
dem eſt ſubalbida aromatica atꝗ clara potiſ/
ſima virtus eius eſt ꝯſtringere. Nam puluis
eius cū albumine oui diſtempatus fluxū ſan/
guinis de naribus ſiſtit. valet etiā ꝯtra inflati
onem pedū ⁊ ꝯtra arthericā/ ſi ſup locū paciē
tem cathaplaſmet̄. vt dicit̄ in platea.

t Artaꝝ eſt vini feculentia in modum
crete vl̄ mollis lapidis circa ptes do
lei indurata/ cuius natura calida eſt et ſicca in
tercio gradu. valet ꝯtra ſcabiem ſerpiginē im
petiginem. ꝯtra capitis imundicias. virtutem
em̄ hȝ extenuandi. ꝯſumendi. mūdificandi. et
laxandi. vt patet in pla.

v Itrū vt dicit auicen. eſt inter lapides
ſicut ſtultus inter hoīes. Declinat em̄
ad oēm tincturam. Eſt aūt dictū vitrū (vt dicit
Iſi.) eo ꝙ viſui tranſluceat. pſpicuitate em̄ et
ſubſtantie ſue tranſparentia vitrū luci puiū ē
in alijs metallis et terre venis quicq̄d intrinſe
cus ꝯtinet̄ abſcondit̄. in vitro aūt cuiuſlibet li
quoris ſpēs qualis eſt interius/ talis exterius
declarat̄. ⁊ quaſi clauſus oculis intuentiū no/
tificatur (vt d. Iſi.) fuit aūt vitrūp mo inuētū
iux̄ tholomaidā in littore iuxta bellū fluuiū/ q̄
orit̄ de radice montis carmeli. dū naute ibidē
applicarent. nam dū naute ſup arenā eiuſdeȝ
amnis/ ignem de glebis vitri facerēt/ ex vitro
et arenis lucidis pmixtis noui liquoris riuuli
effluxerunt q̄ vitro (vt d. Iſi.) originē pbue
runt. Modo vero fit vitrū ex cineribus arbo/
rū et herbaꝝ p fortiſſimā ignis ꝯflagrationeȝ
quibus cineribus nūc vitꝝ/ nunc es/ nūc vitrū
ꝗ admiſcet̄. ⁊ ſic in maſſam vitream cōmutat̄
Maſſa aūt vitrea cū fuerit ī fornace liqueſa
cta/ ⁊ pfecte depurata/ ſūmam ꝯtrahit purita/
tem ſubſtantie ⁊ tranſparentiā ſiue pſpicuita/
tem. et ideo habet potentiam cuiuſlibet colo/
ris ſuſceptibilē. quodlibet ei colore tingit̄/ ita
vt iacinctos/ ſmaragdos/ et alios lapides p̄/
cioſos in ſplendore et colore imitat̄. Tantam
em̄ recipit in ſubſtantiam ductibilitatē/ vt faci
lime ad flatū artificis in varias ⁊ ꝯtrarias for

mas ac figuras q̄ſi ſubito tranſformet. aliq̄n
tenor teritur. aliq̄n argenti modo ſculpit̄ ⁊ co
lorat̄ (vt d. Iſi.) neq̧ em̄ alia ſpeculis aptior
eſt materia. neq̧ picture accomodatior inueni
tur. Maximus tamē honor eſt in candido vi
tro qd̄ in colore ꝓximū criſtallo eſt. vnd̄ ad po
tandū auri et argēti metalla depellere ꝯſueuit
vt d. Iſi.) Item ibidem d. idem ꝙ in genere
vitri lapis obſcanus numeratur Eſt aūt virēs
interdum et niger. aliq̄n etiā tranſlucidus craſ/
ſiore viſu et vocat̄ ſpecular̄. ⁊ h̄ lapide multi
gēmas faciūt (vt d. iſi.) Hoc aūt bȝ ꝓpriū oē
vitꝛ cū ſit liq̄factū q̄diu eſt valde liq̄dū / ſūme
ē ductile. In frigidatū ṽo⁊ induratū ſūme eſt
fragile. ⁊ facile frāgibile ⁊ cū fuerit fractū nō p̄t
niſi iterata calefactiōe repari. q̄dā tn̄ fecerat vi
trꝫ flexibile et malleo repabile (vt d. iſi.) vn̄ et
phialā corā tiberio ceſare de tali vitro factā vl̄
fractā in terrā ꝓiecit. quā nō ruptā / ſ plicatā
cū malleo repauit vel emēdauit quē iuſſit ceſar
d̄collari nedū h̄ agnitū fieret / auꝝ ꝓ luto h̄ret̄
⁊ om̄e metalloꝝ p̄ciū vile crederet̄. q2 reuera ſi
vaſa vitrea nō frāgerent̄ meliora q̄ȝ aurea pu
tarent̄ (vt d. Iſi. eſt igit̄ vitꝝ ſpecialit̄ puꝝ per
ſpicuū luci puiuȝ imaginū ⁊ vmbraꝝ repn̄ta
tiuū / ductile qn̄ eſt liquidū / fragile qn̄ eſt frigi
dū ⁊ induratū oīum coloꝝ ſuſceptiuū / colore
potius q̄ȝ valore / gēmaꝝ nobiliū imitatiuū ⁊
inmunditiaꝝ abſterſiuū (vt d. auicē.) puluis ei
ei⁹ mūdificat dentes ⁊ in oculis delet albugi
nes ꝯuenit etiā valde lapidi veſice ⁊ renū qn̄
bibitur cū vino (vt d. auicen.

y Dachites lapis p̄cioſus ⁊ colore ful
uus. figura rotūdus intra ſeſe h̄ns a
liū lapidē. cuius crepitu ſonorus ē q̄ȝuis finitū
illū nō interiorē lapillū / ſ ſpm̄ q̄ndā interiorē
ſapientes dicāt (vt d. diaſ. h̄ lepis exſudat a/
quā ita vt videat̄ intra ſe fontanā ſcaturiginē
ꝯtinere. vn̄ q̄dam dicūt hūc eſſe lapidē q̄ diat̄
enidros. quere ſupra / vbi tractatū eſt de eodē.

y Rachiten eſt lapis q̄ geſtat⁹ ab hoīe
nō mordet̄ a muſcis nec ab apibus
infeſtat̄ (vt d. dia.) ⁊ credit̄ valere cō
tra venenum.

z Imietb eſt idē qd̄ lapis lazuli ⁊ ē la
pis vel vena terre inde fit lazuriū. vt
d2 in lapi. Eſt aūt lapiſ ille tanto melior q̄nto
colori celeſti eſt ſilior. ⁊ bȝ q̄dā corpuſcula q̄ſi
aurea interſerta. Ille aūt q̄ eſt ſubalbidus pl⁹
bȝ terreſtreitat̄. ⁊ iō nō eſt ita p̄cioſus. diutiſſi
me p̄t ſuari ſine corruptione. valet ꝯ multas
paſſiones ⁊ ꝯ ſincopim ex fumis melacolias.
ſi debito mō det̄ patienti. Nunq̄ȝ dȝ dari niſi
pri⁹ ſubtiliſſime ꝯterat̄ / ⁊ multotiens abluat̄ ⁊
eſt ſignū ꝑfecte ablutionis / qn̄ aq̄ qua ꝯbluit̄
paꝝ aut nihil colorat̄. miro aūt mō purgat et
ſoluit q̄rtanā. nec dȝ dari cū decoctione q2 de
ſcenderet vſq̧ ad fundū. ſ añ vel poſt det̄ / et
h̄ cū ſero. vt h̄etur in plateař. ⁊ ſicut ex lāmis
ferreis fit ceruſa / ſic fit lazuriū ex argenteis cū
aceto. Lapis aūt lazuli ſepe īuenit̄ in minerijs
argentinis ⁊ aurifodinis. ⁊ in ſuis venis ſepe
ſaphiri ⁊ iacinti ⁊ ꝯſiles lapides blauij inue
niuntur. vt dicit dia.

z Inguttes lapis ē vitrei color̄ q̄ geſta
t⁹ in collo valet ꝯ vicipolā ⁊ ſangui
nē ſtrigit / ⁊ met̄ alienationē repellit. et ſi tenet̄
ad lignū accenſū extinguit̄ flāma ei⁹ vt d. dia.

De plantis ⁊ caꝝ ꝓprietatibus. Liber. xvi.

Oſtquā adiuuā
te deo ꝯ
pletus eſt liber vel tractatus
de ꝓprietatibus reꝝ q̄ in ter
ra intrinſecus gn̄ant̄. ſcȝ de
lapidibus et gēmis ac me/
tallis et alijs que neſcunt̄ in terre venis. Nūc
eſt dicendū breuit̄ de arboribus et fructib⁹ ac
ſemibus q̄ ex eis mediātibus radicibus ꝓcre
ant̄. ſolūmō aūt de illis arboribus ⁊ herbis /
aliq̄ ſunt dicenda. de quoꝝ noībus fit mentio
in ſacra pagina in textu vl̄ in glo. ⁊ h̄ ꝓut po
terimus / facimus p ordinē alphabeti.

De Arbore.

a Rbor. vt d. Iſi. li. xvij. c. ij. ab aruis
nomē ſūpſit. eo ꝙ adherere terre fixis
radicibus ꝯſueuit. ſicut herba. vtraq̧ em̄ ſilia
ſunt quo ad ortū. q2 ex vno gignitur alterum.
Nam dū ſementū in terrā ieceris / q̄ſi herba
p̄us pullulat ⁊ erūpat / de hic ꝯfecta ſurgit in
arborem ⁊ qd̄ infra breue tp̄is ſpaciū in her/
bam indūrat̄ / in arbuſtam. id eſt in arborē no
uellā ⁊ tenerā ꝯualeſcit. Et ē dcā arbuſta. q. ar
boris haſta. nā arbuſtū d2 locus vbi arbores
ꝯcreſcunt. vbi ſalices ſalicitū. caretū vbi cari/
ces (vt d. Iſi. li. xvij.) De vegetabilibus po/
nūtur iſte arborū ⁊ plantarū ꝓprietates. Di/
cit em̄ ꝙ in arboribus ⁊ plantis eſt vita. i. ve
getabilis virtus / quēadmodū in aīalibus ſ
different̄. q2 in plātis eſt occulta in aīalibus
manifeſta / ꝑfecta. ſ. et cōpleta. arbores enim
nō mouentur motu volūtario nec ꝓ greſſiuo
ſicut aīalia. nec mouentur ſm̄ appetitū dele/
ctationū ⁊ triſticiarū ſicut aīalia / q̄ȝuis aliter
ſenſerit aliq̄ philoſophi. vt anaxa. et alij quos
redarguit Ariſtoteles. vitaq̧ vegetatiua eſt in
plantis per quā fit attractio humoris ad ipſius
arboris vel plāte nutrimentū vel ꝯſeruationē

Sed nullatenus habet ſenſitiuam animã vnde non dolet quãdo anima inſcinditur nec delectatur quando nutritur vel abatur. nec vigilat nec dormit. nec ſpirat vel expirat. nec ſubiacet alijs conditionibus /que ſunt ꝓprie ſenſitiue. nec generat arbor nec veneratur p ſeruũ cõmixtionem. Sed in ſe habet rationem ſeminalem per quam habet ex ſe producendi potentiam ſimile ſibi et ſuam ſpeciem conſeruandi. ſed hanc potentiam non poteſt producere ad actum /niſi ab extrinſeco adiuuetur. ſcilicꝫ a temporibus anni. Indiget enim hieme ad humoris ſeminalis aggregationem. indiget et vere tẽperato /ad eiuſdẽ emiſſionem/ qꝛ tũc nec eſt vehemens frigus congelans vel comprimens nec calor vehementer adurens ſemẽ ac corrumpens cor. Indiget etiam ſole reſoluente partes ipſius conſtricta a ꝑcedente frigore vt calor ingrediens ſegreget humorem ſeminarum a nutritiuo. Indiget etiam terra plus ꝙ aliud generans /quia ex terra eſt materiale principium ſui nutrimenti /ſicut principium generationis ſui eſt a ſole ſicut a cauſa efficiente. Et ideo vt ait Ariſto. in libro de plãtis. Nunquid terra mater eſt ꝛ ſol eſt pater plãtarum. quia terra nutrit more matris /et ſol efficit more patris. Quidam vero conſiderantes in arboribus et plantis generationem abationem augmentationem durationem et ex radice annuã reuocationem et nullam penitus per vrinam vel ſeceſſum eiectionem /putauerunt plantam animali perfectiorem. Sed hoc reprobat Ariſtote. dicens ꝙ arbor eſt allegata terre ꝛ non habet motum ex ſe /nec ex ſuo toto nec ex ſuis partibus /ita ꝙ diuerſe partes determinentur diuerſis operibus per formas diuerſas /vt oculus in animali ad videndum et auris ad audiendum. nec habet animã perfectam imo nõ habet niſi partem partis anime id eſt animã vegetatiuã. Sed animal habet operationes plures ꝛ nobiliores ꝙ planta. q̃re animal nobilius eſt omni planta. Diuerſificatur autem arbor quo ad ſubſtantiam virtutem et operationem. Nam vt dicit Ariſtoteles libro. i. de vegetabilibus. c. ij. quedam arbores habent gramen et reſinam. cuius ratio eſt. quia humor ſuperabundans a calore totaliter non digeritur. nec etiam totaliter a regimine nature dimittitur. ꝛ ideo depellitur ad exteriora /niſi a frigido aere circumſtante infrigidatur. Itẽ quedam habent nodos quia illis mediãtibus partes ſucceſſiue generate ad inuicem colligantur. Item habent venas, id ẽ rimulas in quibus naturalis humiditas cuſtoditur ꝛ a terra ad partes ſingulas deriuatur. Item habet ventrem. id eſt medullam in quo fit humoris decoctio anteꝙ trãſſeratur in ſubſtantiam foliorum fructuum vel ramorum. vt dicit idem. Item habet corticem ad interiorẽ ligni defenſionem. quia quod facit corium vel cutis in corporis animalis ſuperficie. hoc facit cortex in arbore. (vt dicit Iſidorus) Item generaliter habet lignum ſiue truncum. vt dicit Ariſtoteles. Et ſic eſt dictum ſm Iſidorũ: eo ꝙ incenſum de facili in lucem ſit conuerſũ vnde et lichinus dicitur eo ꝙ preſentibus ꝑſtat lumen. lignum itaqꝫ eſt pars arboris fortior et ſolidior et ſubſtãtialior que a radice exiens vſqꝫ ad ſũmitatem ipſius arboris ſe extẽdit et habet quedam intrinſeca vt medullam. ad quam eſt recurſus nature cum ſubtrahitur humor cibalis extrinſecus. ſicut in cibatione animalis quando deficit nutrimentũ in membris ad ſanguinem in venis exiſtentem continue fit recurſus (vt di. albu. et expreſſe auicẽ. ꝛ conſtan.) Habet inſuper quedam extrinſecus ſibi annexa arbor vt corticem. ramos. folia. flores. fructus. et ſũmitatem. ꝛ dicit ibidẽ Ariſtoteles. corticem ad omnium interiorum defenſionem. ramos et virgas ad ſui dilationem. folia ad fructuum nouellorum protectionez ab extrinſecis corruptelis. fructus ad ſui ſpeciei conſeruationem. rotunditatem ſiue rotundam ſũmitatem habet arbor in ſuo cõplemento quaſi figuram columnalẽ que vtiqꝫ. vt d. albu. accidit propter vniformem extenſionem humoris ad partes laterales ꝛ vniformẽ caloris digerentis humorem in tota ſui ſubſtantia actionem. Habet adhuc omnis planta radicem et in radice multiplicem nodum. radicem quippe loco oris. qua mediante trahitur humor ad totam ſubſtãtiam arboris nutriendam. Nodi vero ſimiles ſunt neruis in corpore animalis quia per illos partes continuabiles ad inuicem colligantur. Item arbores habent quaſdam partes ſuperfluas que non ſunt partes determinate a natura nec ſũt neceſſarie adeſſe plante et habent eſſe in arbore. et ideo cadunt folia. et fructus ab arboribus ſcilicet propter ſubtractionem humoris / ſicut cadunt pili de corpore aĩalis. ꝛ hoc accidit quia quando humor nutrimẽtalis minus eſt ſufficiens ſubtrahit ipſum natura ab huiuſmodi partibus non neceſſarijs /ne deficiat in neceſſarijs. et ideo cadunt generaliter ab arboribus tempe hiemali. remanent tamen in ali

Digitized by Google

quibus vt in buxo et conſimilibus vel ꝓpter
ſufficientiam humoris/vel ꝓpter humoris vi
ſcoſitatem et ligni cōpactionem et ſoliditatē
Nam arbores que raram ſubſtantiam et poro
ſam ſunt habentes citius de ſuis folijs depau
perantur et maxime quando humor nutritiu
liquidus eſt atqꝫ paucus. Differunt autem ar
bores in multitudine ſuarum partium et pau
citate/in magnitudine et paruitate/in fortitu
dine et debilitate. cuius cauſa eſt humor qui
in aliquibus magnis arboribus eſt lacteus vt
in ficubus et humor talis habilis eſt ad ſe di/
latandum in latum et in longum. Jn quibuſ/
dam vero eſt piceus viſcoſus et inſufficienſ ad
extenſionem/eo ꝙ partes adherent ad inuicē
ad modum picis et iſta eſt cauſa paruitatis et
paucitatis in partibus arborum et plantarū
talis autem viſcoſitas non eſt cauſa debilita/
tis in plantis ⁊ arboribus niſi fuerit diminu
tus calor vel inſufficiens et imperfectus. Jn
quibuſdam etiam arboribus eſt humor acu/
tus calide et ſicce complexionis. hic in quibuſ
dam eſt cauſa fortitudinis ⁊ vigoris. calidum
eſt leue et ſubtile et penetratiuum. et ideo ta/
lis humor ſe extendit et creſcit. arbor in mag/
na quantitate. Jtem in partibus arborum at
tenditur equalitas et ſimilitudo. quia equali/
tas in quantitate et ſimilitudo in figura. iſta
equalitas cauſatur ex abundantia materie cū
equalitate caloris agentis et oppoſitū a cau
ſa oppoſita cauſatur. Eodem modo attendi/
tur in eis raritas ſiue ſpiſſitudo. quia raritas
accidit propter inſufficientiam caloris ad ter/
minationem humoris. ſpiſſitudo autem acci/
dit propter ſufficientiam caloris ad condenſa
tionem humoris et eius terminationem. Jtē
differunt arbores et plante in modo fructifi/
candi. Nam quedam (vt ibidem dicit ariſto/
teles) producunt fructum ſuper folia ſua et hoc
accidit propter fortitudinem fructus et indi/
gentiam caloris ſolis digerentis humorem
ipſius. quedam vero ſub folijs et hoc accidit
propter debilitatem fructus ne ab excellēti ca/
lore vel frigore corrumpatur. Et quorundam
fructus eſt ſuſpenſus a ſtipite ſuo. i. prope ſti/
pitem et hoc accidit propter inſufficientē hu
morem et inſufficientem calorem ipſum ad ex
tremitates expellere non potentem. Jtem om
nis arbor generaliter habet radicem que ē me
diatrix inter corpus plante et terre qua ciba/
tur. vnde et radix vita plante dicitur ſecundū
grecos. quia cauſā vite plantis adducit. Jtē
habet ſtipitem a radice immediate proceden/
tem et hoc fuit neceſſe. vt dicit Ariſtoteles pro
pter corporis plante vel arboris ſuſtentatio/
nem vnde aſſimilatur ſtature corporis ſuſten/
tantis. vnde eſt ſtabile fundamentum arboris
ſuſtinens ramos et fructus eius. Jtem in du/
ro ſtipite habet medullam mollem quam (vt
dicit Ariſtoteles) quidam vocant arboris ma
tricem. quia in ipſa ſeminarius humor plante
nutritur/vt fetus in matrice. quidam vero vo
cant eam arboris viſcera quia in ipſa ſeparat
purū ab īpuro ſicut fit in animaliū inteſtinis
quidam etiam vocant eam cor. quia ex ea ꝓ/
cedit motus vite vegetabilis. ſicut vita ſenſibi
lis procedit de corde cuiuſlibet animalis. Jtē
corticem habet omnis arbor ad ſuam termina
tionem interiorum et defenſionem ex humore
ſubtili extracto ad exterius/per calorem aeris
deſiccato ſicut lignū interius ex humore groſ
ſo ſicco eſſentialiter et accidentaliter humido
procreatur (vt dicit Ariſtoteles et albuma.)
Jtem arborum ſicut et plantarum quedā ſunt
domeſtice et ortenſes. quedam vero ſunt ſilue
ſtres. Arbores vero ortenſes/ſicut ſunt plan/
te ſi non fuerint culte/erunt ſilueſtres (vt di/
cit ariſtoteles) et harum quedam faciunt fru/
ctum et oleum propter humorem vnctuoſum
et aereum ſufficientem. ⁊ quedam non/prop/
ter talis humoris defectum et in quibuſdam
cito folia cadunt/propter humorem rarum nō
vnctuoſum cito ſiccabilem. et in quibuſdam
non/propter cauſam contrariam. Jtē ſicut ē
diuerſitas arborum et plantarum in magnitu
dine et paruitate ſic eſt diuerſitas in pulchritu
dine et deformitate. nam eis accidit pulchri/
tudo propter equalitatem materie et elegan/
tem partium ordinationem et calorem ſufficiē
ter agentem et extendentem materiam in rectā
et debitam nature diſpoſitionem. deformitas
vero cauſatur ex contrario tam in arboribus/
ꝙ in plantis. Jtem differunt in bonitate fru/
ctuum et in malicia. et hoc accidit propter ma
iorem humoris materialis dulcedinem vel mi
norem/vel propter caloris magis vel minus
correſpondentis materie vel humori materia
li debitam ꝓportionem. Jtem dicit ibi ariſto
teles ꝙ arbores et plante ſilueſtres magis fru
ctificant ꝙ ortenſes. et hoc (vt dicit albuma)
accidit propter maiorē abundantiam humo
ris parum vnctuoſi et nodoſi de facili cedētis
diuiſioni ⁊ in ſubſtantiam fructus conuerſio/
ni. nihilominus tamen fructus ortenſes ſunt
meliores ſimpliciter ꝙ ſilueſtres (vt dicit ibi/
dem ariſto) cuius ratio eſt. vt d. albu. maioris
humoris vnctuoſi aeri vel dulcis abundantia
ꝙ in materia fructuū ortenſiū perfectius inuenit

Item conſideratur arborum diuerſitas ſicut
et plantarum ex loci diuerſitate in quo creſcūt
Nam quedam in locis aridis creſcunt ⁊ ſiccis
et ille ſunt minoris quantitatis propter defe/
ctum humoris. Quedam vero in locis humi
dis fluuialibus et maritimis ac ſtagnoſis / et
tales ſolent eſſe maioris quantitatis. tamen il
le que creſcunt iuxta ripas mariū ſalſarum ſal
ſaꝝ nō multū creſcūt ꝓpter abundantiā hare/
naꝝ ⁊ humoris attractiuā nimiā ſiccitatē. Iu
xta tamen mare rubrum fallit hoc. vt dicit Ari
ſtote. vbi arbores fiunt magne. ⁊ hoc vt dicit
Albu. ꝓpter abundantiam humoris et calo/
ris. Item attenditur diuerſitas in foliorum et
florum variatione. nam quedam habent folia
aſpera ſcilicet ꝓpter dominiū terreſtreitatis ⁊
ſiccitatis et quedam lenia / ꝓpter equalitatē
aquee humiditatis / ⁊ proportionem debitā
caliditatis. folia etiā habent quedam ſciſſa et
tamen lata vt vitis. hoc accidit ꝓpter domini
um terreſtreitatis et priuationem viſcoſitatis
et inequalitatem caloris materiam inequalit̄
extendentis. quia in talibus humor ſcilicet vn
ctuoſus et viſcoſus tranſit in materiam fructu
um. aquoſus vero et terreſtris in materiam
tranſit foliorum (vt dicit albu. Item variant̄
arbores et plante in extremitatum partium ſu
arum varia figuratione. Nam quarundā ex
tremitates ſunt piramidales et acute. vt patꝫ
in ſpinoſis / in quibus calor ſubtiliorem hūo
rem velocius attrahit ad exteriora / et illum de
ſiccando conuertit in acutū. groſſiorem vero
partem coniungit cum ſtipite et radice (vt dicit
albuma.) cōtrarie autem figure ex cauſa ꝯtra
ria generantur. Et hoc idem patet in fructib⁹
qui (vt dicit Ariſto.) ſunt diuerſorum modo/
rum. non enim ſunt omnes angulosi. id eſt fi/
gure angularis. neq; omnes ſuper rectam line
am ſunt protenſi / imo quidam ſunt circulares
propter equalem materiam humoris / et equa
lem actionem virtutis agentis et caloris / per
quam materie partes equaliter extendunt̄. et a
medio vſq; ad circūferentiā vniformiter ꝓten
duntur. angulares vero ex cauſa contraria ſim
pliciter oriuntur. Item variantur in coloratio
ne diuerſa. nam tam fructus ꝙ flores / tam ra
mi ꝙ ſtipites in arboribus variantur (vt dicit
Ariſto.) ex humore em̄ frigido terre ſiue melā
colico nigreſcunt et vileſcūt / ex humido ⁊ frigi/
do albeſcunt. ex calido rubeſcūt / ⁊ ſic de alijs.
(d. albu. ſub tali em̄ differentia dn̄antis hūo
ris et agentis caloris ſubſtantiam digerentis /
in predictis omnibus ſaporꝫ differentie ge/
nerantur. Item differunt tam arbores ꝙ plā
te in fructuum maturatione. nam quedam ma
tureſcunt citius. vt dicit Ariſto. ſicut / mora / ce
ruſa / ⁊ ꝯſimilia. et hoc accidit ꝓpter ſufficien/
tiam caloris potentis ſuper humidis maturā
dis et digerendis et obedientiam humoris a
ctioni caloris nullatenus reſiſtentis. quedam
maturos habent fructus tardius ꝓpter groſſi
tiem humoris aquoſi inobedientis et inſuffi/
cientiam caloris digerentis. et hoc accidit po
tiſſime in arboribus que ſunt ſilueſtres. Eadē
eſt ratio quare quedam arbores citius fronde
ſcunt. quadam tardius. cito em̄ emittunt folia
ꝓpter abundantiam humoris aquei indige/
ſti nō vnctuoſi ſed fluuidi. et de facili ſe exten/
dentis ad arboris ſiue plante extremitates et
ex contraria cauſa contrariū accidere ꝯſueuit.

a Arbor aromatica aliquando ha/
bet aroma in cortice. aliquando in
flore. aliqn̄ in fructu ſuo. vt patet
in cinamono qd̄ eſt cortex. in ma/
ce. qd̄ ē flos. ⁊ in muſcata quod eſt fructuſ. Eſt
autem cauſa aromatis (vt dicit albu.) ſiccum
terre non ſubtile cōmixtum ſubtili aqueo ⁊ ſe/
cundū eius dominiū magis in vna parte arbo/
ris ꝙ in alia eſt vna pars magis aromatica ꝙ
alia. Alia vero arbor eſt tota aromatica ſcd̄m
omnes partes ſui vt arbores balſami cuius
ſingule partes ſunt odoris flagrantiam reſpi/
rantes. vt poſt dicetur. Inter aromaticas vero
plantas et arbores quedam grana in quibus
eſt ratio ſeminalis ꝓcreantur. quedā per ſe ex
cōpetenti cōmixtione elementoꝝ ꝓducuntur.
quedam ex radicis et ſtipitis plantatione mul
tiplicantur et quedam per inciſionem ſurculi
in trunco eſſe debitum ſortiuntur (vt dicit al/
buma) Inter omnes arborum inſertiones il/
le ſunt magis laudabiles / quando ſimilia ſi/
milib⁹ inſerunt̄. vt dicit Ariſtoteles. ꝙ duplex
eſt intellectus. vel ſic dupliciter intelligitur vel
plantis conſimilis ſpeciei vt inſertio ficu in fi/
cum. et vitis in vitem. vel de illis qui habent
humorem proportionalem inter ſurculum et
truncum / cui inſeritur / ita ꝙ humor vnius ſit
aptus ad alium nutriendum ſicut quando ſur
culus piri in mali trunco inſeritur vel econuer
ſo. Item notabile eſt ꝙ ſurculus inſertus ali/
cui trunco totam virtutem trunci in ſuam vir/
tutem conuertit et tranſmutat qualitatem. ſi
enim fiet inſertio oliue ſuper radicem ſiue trū/
cum bete. virtus oliue deſcendit in virtutem
bete. et indurat eam et facit eam indurare ad
aliquod tempus et tandem humiditatem ſibi
exeuntē ad ſe attrahit ⁊ trāſmutat in ſuam ſili
tudinē aut ꝯuertit. vt d. alb. ſup finē p̄mi libri

Item dicit idem nō ꝓueniūt de facili ex ſemi
ne malo plante bone. nec ex bono ſemine vel
radice arbores male ꝙuis in animalibus con
trarium ſepius videatur. cuius ratio eſt. vt di
cit albu. quia plāta eſt terre affixa ⁊ vniforme
recipit a terra nutrimentū. animalia vero non
ſic ꝓpter varietatem cōplexionum / ⁊ etiā ꝓ/
pter cōtrarietatem appetitus ſiue appetibilis
voluntatis. ⁊ ideo aliud eſt in animalibus a/
liud in arboribus. Item in omni genere arbo
rū ſic eſt ꝙ per culturam debitam ſilueſtres cō
uertunt̄ in ortenſes. Et ponit Ariſto. ibi exem
plum ꝙ amigdali amari per culturam efficiun
tur dulces. ſimilit̄ et malagranati acidi medio
cres. Dicunt etiā ꝙ arbor habens groſſum cor
ticem cito fit ſubtilis / ⁊ hoc accidit / vel ꝓpter
defectū vnctuoſi humoris qui eſt materia fru
ctuum vel ꝓpter duritiem corticis ꝓhibentis
euaporationē groſſi quod in arbore eſt noci/
uum. ſed dicit idem ꝙ ſi ſcindat̄ radix eius et
illi ſciſſure lapis imitatur rurſum fecunda fiet
cuius ratio eſt (vt dicit albertus) qꝛ per iſtam
ſciſſuram fit nociui groſſi euaporatio / ⁊ calo/
ris ſolis vel aeris circūſtantis introductio cu/
ius virtute fit ipſius humoris corruptiui con
ſumptio. Iteꝫ dicitur ibidem amigdala ⁊ ma
lagranata mutantur a malicia per culturam.
nam malagranata ſtercore porcino fimata et
aqua dulci rigata meliorant̄. cuius ratio eſt.
vt dicit albu. quia per caliditatem ⁊ ſiccitatem
huius fimi ſuperfluitas aquoſa reprimitur in
granatis. ſed ne per exceſſum caliditatis et ſic/
citatis fimi / cōuertantur fructus in amaritudi
nem / cōpetit apponere aquam dulcem caloris
et ſiccitatis dñium tpantem. Similiter amig/
dali (vt dicitur ibidem. clauis confixe gummi
per multū tempus emittūt ⁊ aquoſaꝫ ſupflui
tatē impedientē generationē humoris vnctuo
ſi / qui eſt materia fructuum eiciunt. ⁊ ita p hoc
a ſua malicia alterantur (vt dicit albu.) Iteꝫ
ibidem arbores et plante ſilueſtres per artifi/
cium et culturam fiunt ortenſes fructificatiue
et fertiles. ad hoc autem vt ſilueſtris planta fi
et frugifera vel alteretur in bonitatem a mali/
cia / multum confert locus et labor in colendo
⁊ maxime tempus anni in quo plantant̄. ſicut
ibi dicit Ariſto. ⁊ ponit exemplum de boleno.
id eſt iuſquiamo. quia quod eſt natū in perſia
eſt pernicioſum. ſed tranſmutatū et tranplan/
tatum in egyptum et hieruſalem fit comeſtibi
le. ⁊ hoc accidit. vt dicit albu. quia per tpamē
tum loci a diſtemperantia ad medium reuoca/
tur. Item tpus tali tranſmutationi maxime co
operatur. Nam vt dicit ariſto. arbores que indi

gent plantatiōe plantant̄ pluries in vere. ⁊ h
ꝓpter temperantiam caloris ⁊ humiditatis con
fortantium caliditatem ⁊ humiditatem arbo
rum et plantaꝝ. In hieme vero pauce ꝓpter
ſuperabundantiā frigiditatis ⁊ humiditatis
ſed in autumno ꝓpter frigiditatem ⁊ ſiccitatē
pauciſſime vero in eſtate poſt ortum ſtelle ca/
nicule ⁊ hoc ꝓpter dominiū caloris ⁊ ſiccita/
tis cōſumentiū humidū naturale in planta et
ꝑcipue in radice. in egypto vero ſemel in anno
fit plantatio quādo ſcilicet terre illius ſiccitas
temperatur ex fluxu nili. vt d. Ariſtote. ⁊ albu.
Item ibidem dicitur ꝙ arbores diuerſimode
ꝓducunt frondes ſuas. Nam quedam ex ra/
dice / quedam ex ſtipite / quedam iuxta terram
quedam in ramis ⁊ virgis iuxta ſūmitatem / q̄
dam in medio cauſa huius diuerſitatis in ꝓ/
ducendo eſt diuerſitas humoris aquoſi ſubti
lis / leuis et non vnctuoſi que eſt materia filio
rum et equaliter non abundant in omnibus.
⁊ operatio caloris eſt diſſimilis in diuerſis. ⁊
ideo diſſimiliter ex illo humore ꝓducunt fron
des. Similiter quedā fructificant ſemel in an
no / et quedam pluries. ⁊ non maturantur fru
ctus vltimi / ſed crudi remanēt et indigeſti / qꝛ
ꝓpter vicinitatem hiemis calor nō ſufficit ad
maturandū. ſemel autem fructificare perfecte
magis eſt conſuetum. quia ſemel in anno ſe/
men colligunt. et ſemel ſufficit calor ad exten/
ſionem humoris ⁊ ad extremitates arboris et
ad conuerſionem eius in ſubſtantiam fructus
⁊ eius completam maturationē. Item quedā
arbores ſunt fertiles per multa tempora / pro
pter abundantiam caliditatis ⁊ humoris vn
ctuoſi ſicut ficus. et quedam vno anno fructi/
ficant ⁊ alio requieſcunt vt oliue. cuius ratio
eſt quia in ſequenti anno reficiuntur reſtauran
do ſibi humorem. tantum eñ emittunt in vno
anno ad ſubſtantiam fructus / quantū requirit
ſecundus annus ad humoris reſtaurationem
licet multos producunt ramos tempore refe/
ctionis. modicum tamen temporis producūt
fructum. Item quedam arbores ſunt fertilio
res in iuuentute quam ſenectute. quia in iuuē
tute plus abundant in calore et humore.
quedam vero econuerſo plus fructificant in ſe
nectute ꝙ̄ in iuuentute. cuius ratio eſt (vt di.
albu.) quia in iuuentute plus abūdant de hu
miditate ꝙ̄ naturalis calor poſſit digerere / ⁊
ita fit inobediens calori in ſenectute vero mi/
noratur humor et fit obediens digeſtioni ca/
loris ⁊ hoc patet in amigdalis ⁊ pinis. ſicut ex
emplifica ibi Ariſto. Item dicit Ariſto. ꝙ tam

arborum ꝙ plantarum ſilueſtrium ⁊ ortenſiū
diuerſitas diſcernitur per maſculos et femias
quia arborum maſculus eſt ſpiſſior durior dē
ſior et ramoſior ꝙ femina et ſiccior et fructus
eius eſt breuior ⁊ maturior ⁊ folia diuerſa et
ſurculi/quorum omniū ratio eſt (vt dicit al.)
quia maſcule arbores plus abuodant in calo
re et ſiccitate ꝙ femine. que partes maſcule ve
bementer cōſtringuntur ad inuicem ⁊ faciunt
arborem ſpiſſiorem. Intenſio em̄ caloris mul
tiplicantis būorem et extendentis in plures
partes facit ramoſiorē. ſicut ⁊ intenſio ſiccita/
tis conſumentis bumorē efficit ſicciorem. ſoli
ditas enim etiam et ſtrictura venarum arbo/
ris maſcule ꝓhibent bumorē multum emitti
ad vnum locum arboris ſiue plante/vt ↄuer/
tatur in ſubſtantiam fructus. ⁊ ideo fructū ba
bet breuiorem. Folia ſimiliter babet diuerſa
a femina/quia aſperiora et minora ac ſtrictio
ra propter dominiū ſiccitatis. Similiter ⁊ ſur
culos duriores babet ꝙ femina ⁊ boc propter
maiorem bumiditatem extendentem in femi/
na ꝙ in maſcula. Item dicit Ariſto. ꝙ ſi folia
vel puluis foliorum vel cortex maſcule palme
folijs femine componantur vt cobereant citi⁹
maturabuntur fructus. femine probibebunt
caſum foliorum et fructus donec completa fu/
erit digeſtio. et buius ratio eſt (vt dicit albu.)
quia maſcula palam mediante aere deferente
auget calorem femine quo mediātē excitat ca/
lorem ad operandum digeſtionis quaꝫ ariſto
te. pepennis vocat in. x. li. metbeo. Item di/
cit ariſto. ꝙ diſcernitur maſcula a femina per
pullulationem velociorem. prius eniꝫ pullulat
ꝙ femina propter calorem fortiorem. et etiam
per odorem. quia maſcula pluſ odorat ꝙ femi
na propter maiorem ſubtilitatem fumi ſicci re
ſoluti a maſcula et non a femina. Item dicit
ariſtote. ꝙ ventus deffert odorem maſcule ad
feminam ⁊ maturabuntur citius fructus eius
quia coberebunt partes ſcilicet fructu ſimul.
um femine ad maturationem quando folia
maſcule in illa ſcilicet in femina ſunt appre/
benſa (dicit etiam albuma.) ꝙ folia maſcule
palme coniuncta cum folijs femine ita ad in/
uicem coberebunt ꝙ vix poterunt ſine menſu
ra ab inuicem ſeparari. Item dicit ibidem ari
ſto. ꝙ ficus ſilueſtres conferunt ficubus orten
ſibus quando ex oppoſito cōplantantur. q2
ſilueſtres ſunt calidiores ⁊ ſicciores. ⁊ ideo ex
citant calorem ortenſium ⁊ confortant. Item
bumor ficus ſilueſtris reſolutus ⁊ delatus et
ꝓiectus ad radicem ficus ortenſis ipſum nu/
trit ⁊ confortat. Similiter dicit ibi ariſto. ꝙ bi

lauſtia eſt flos malagranati. ſꝫ bic ponitur ꝓ
arbore ſcꝫ malagranata. oliuis con ferunt/ ſi
cum eis plantētur. eo ꝙ balauſtie abundant
in calore conueniente nature oliuaꝝ. Dec de
ꝓprietatibus arborum ⁊ plantarum contra/
ximus de verbis Ariſto. li. i. vegetabilium. et
glo. albuma. qui tranſtulit et exponit eundeꝫ.
In libro autem animalium. xviij. dicit ariſto.
omnes arbores que fructificant omni anno
fiunt ſegnes arbores inquit que nimium faci
unt fructum cito deſiccantur/ qm̄ cibus tranſit
in ſemen. id eſt bumoreꝫ nutritus qui deberet
nutrire/tranſit in materiam ſeminalē. Alias
ꝓprietates nobiles et inſigneſ tam arborum
et berbarum ꝙ plantaꝝ poſſumus elicere ex
verbis Ariſto. et albu. in li. ij. vegetabiliū vbi
dicitur. Planta babꝫ plures vires. Nam a ter
ra babet fixionem ab aqua coadunationē. ab
igne vero babet conſolidationē et partum ter
minationem. ex aere et igne babet raritatem ⁊
dilationem ac extenſionem. fructuuꝫ cōpletio
nem ac maturationem. ſine enim calore et bu
mido aquoſū nō terminat̄ ⁊ finit̄. vt patet ibi
in exemplo Ariſto. non latum /non coagula/
tum nec terminatum in eſſe latericeo ſine igne
partes aqueas conſumente /et terreas pariter
cōmergente. Et ex aere et aq̄ pariter et ex igne
babet arbor raritatem ⁊ poroſitatem ex aqua
bꝫ augmentandi poſſibilitatem. q2 qđ oīno
ſolidum eſt/augeri non poteſt. vt ibidem di/
cit Ariſto. ⁊ ideo lignuꝫ maximum et ponde/
roſum non babet mergi ī aqua/vbi modica
particula auri ſubmergitur aut lapilli. et boc
accidit quando lignum eſt poroſum et ideo ꝑ
aeris ſubintrationeꝫ intra porros et aque ſup
ficiem bꝫ ferri. ligna ṽo que ſunt vltime ſoli/
ditatis et cōpactionis ſicut babenus et cōſi/
milia /in aqua ſubito petunt fundum (vt di/
cit Ariſto. ibidem et octauo metbeoro.) vbi di
citur ꝙ ex babeno nigro expilauit aer/et ideo
ſubmergitur. poroſa autem vnctuoſa ſupena
tant. quia multum babent aeritatis materiaꝫ
contra aque ſuperficiem eleuantis. vt patet in
folijs et pilis et omnibus vnctuoſis. Nam ut
dicit Ariſto. ꝓpriū eſt aq̄ ſubſtantiā aereā ſub
leuare. ⁊ cōpacta deprimere ꝙ iō rara et poroſa
aeris ſuſceptibilia ſupnatāt/ cōpacta vero et
cōpreſſa inferiora petunt et ad infima ſe ꝓfun
dunt. Item vapores terreſtres et aquei ꝑ calo
rem coagulati ſunt materia berbaꝝ et planta
rū /qui cōmixti ꝑ calidum igneum et per virtu
tem ſtellarum recipiunt formas completiuas
berbaꝝ et plantaꝝ. et boc quo ad ſemē et quo
ad fructum. calor itaqꝫ incluſus in coagulato

bumore fit ad plante nutrimentum qz attrabit aquam dulcem cui etiam cooperatur extrinſecus calor ſolis. actio autem coloris exterioris cum propria caliditate naturale digerit naturalem bumorem in eodem loco ⁊ conuertit in ſubſtantiam plante. vnde ſcd̃m Ariſtote. terra montuoſa quia eſt dulcis dulcem ſalicet continens bumorẽ. ideo in illa citius naſcuntur plãte ⁊ maturantur fructus. Nam montes attrabunt bumorem dulcem ⁊ ſubtilem quibus cooperatur claritas aeris tam in attrabẽdo ꝙ̃ in digerendo. ⁊ fit cito conuerſio illius bumoris in ſubſtantiam plante (vt dicit Ariſto.) Itez dicitur ibidem ꝙ quando frigus ſalicet aer frigidus fugat calorem ad interius terre. ⁊ aggregantur partes eius cum aqueo bumido et per calorem depreſſum a comprimente frigido ad interiora decoquitur vapor ſic coagulatus et in ſubſtantiam plante conuertitur / ⁊ fieri dicitur locus per intentionem caloris / et ſic egreditur ex eo planta. Item quandoqꝫ aer mixtus cum terra et cum aqua in fundo aque coagulatur ⁊ per actionem caloris terminantis ⁊ digerentis illud mixtum confuſum generatur planta. vt patet in nempbar ⁊ in alijs berbis minutis. que ſolent creſcere in aquis ⁊ q̃z folia tegunt aquam ⁊ bee naſcũtur ſurſum nõ expanſe. tum ꝓpter ſubtilitatem aeris ⁊ aque dulcis ſurſum eleuatis / tum ꝓpter ſoliditatez terrera dices inferius ſuſtentantis aqua plãta recipit rigorem radicis ⁊ ſtipitis ⁊ ſuſtentationem in ſua erectione. Item ariſto. ibi ⁊ in locis eſſentialiter frigidis ⁊ accidentaliter calidis vt in quibus aqua calida fluit multotiẽs naſcitur planta. quia calor aque cõtrabit frigidum bumorem ad ſuperficiem terre ⁊ locũ mixtionis. vnde ex aere ⁊ vapore terreo cum bumore aque in bibito per calorem aque ⁊ ſtellarum in plante ſubſtantiam coagulantur. ſ; boc non fit niſi per multum tempus (vt d. Ariſto. ꝓpt calorẽ accidẽtalẽ nõ ꝯueniẽtẽ gñationi talis plante. Item ibidem dicit Ariſto. ꝙ plante cõmeſtibiles melius creſcunt in locis leuibus ⁊ altis et calidis ꝙ̃ in bis cõtrarijs. quia in locis planis ⁊ equalibus abundat bumiditas / ⁊ maxime quando dulcedo adeſt ⁊ aeris temperies. Similiter in locis bene altis / quia ibi eſt puritas aeris ⁊ abundantia bumoris dulcis. ⁊ boc ꝓpter ſpongioſitatem ⁊ vaporẽ dulcem attrabentem. ⁊ ideo in montibus frequenter melior eſt fertilitas ⁊ meliores creſcunt fructus. in valle enim difficile mouetur aer. vnde ex conculcatione ibi cito putreſcit aer ⁊ vapor groſſus. vnde ſequitur praua digeſtio. binc eſt ꝙ ibi inuenitur bumor ſalſus (vt dicit albu.) aqua enim ſalſa grauior eſt ꝙ̃ dulcis. vt patet in exemplo Ariſto. ibidem vt dicit ouum poſitum in aqua dulci. ſtatim petit fundum. in ſalſa vero natabit. tereſtreitate enim ſua ⁊ groſſitie. poterit pondus oui ſuſtinere. ⁊ ideo aqua dulcis facilius attrabitur ad loca alta ꝙ̃ ſalſa ſalicet ꝓpter ſuam depurationem. ſubtilitatẽ ⁊ leuitatem. Item Ariſto. lutum ignitum. id ẽ firmium et tenax cito ꝓducit plantam vnctuoſam ꝓpter facilem trãſmutationẽ talis luti in vnctuoſitatem. vt dicit ibi albu. Et ad boc vt durabilis ſit planta. oportet vt babeat bene digeſtũ bumorẽ et vnctuoſum. vnde ille plãte q̃ bñt bumorẽ in digeſtũ ſupueniẽte frididitate cito accreſcit. vnde ⁊ caulis vltra triẽniũ nõ durat. temen ſi ei inſeratur ex naturã plante inſite in ſtipite fiet decoctio ⁊ conuertitur in naturam inſite. ⁊ durabit diu. Item vt dicit ariſto. planta creſcit quandoqꝫ ex lapide ſolido ⁊ duro. nam aer incluſus in lapide nititur aſcendere. ſed cum non inueniat exitum liberum propter lapidis ſoliditatem inflectitur ⁊ mouetur ad lapidis partes et ex ſua agitatione calefit. calefactus autem aer attrabit ſurſum bumorẽ reſiduum qui eſt in lapide. et exit vapor cũ bumore illo cum parua reſolutione partium lapidum ex illo vapore et bumore de lapide educto. quandoqꝫ planta generatur adiutorio caloris ſolaris et aerem prius calefactum vigorantis ac digerentis bumorez a lapide iam attractum et in ſubſtantiam plante tranſmutantis. ſed non diu durat planta talis niſi terra circumſtante ⁊ dulci aqua irrigante et temperato aere foueat̃. ⁊ boc ꝓpter bumoris paucitatem Item Ariſte. planta ſi fuerit ꝓpe ſolez id eſt verſus orientem citius naſcetur. ⁊ boc propter caloris ſufficientiaz. tardi9 vero ſi fuerit ad occidentem. propter caloris elongationem. Item ibidem dicit albu. ex tẽperie ſeruatur cuiuſlibet plante nutrimentum. Si enim nimia fuerit bumiditas opilãtur vie et pori per quos deberet nutrimentum aſcendere ad arboris extenſionem. eodem modo ſi nimia fuerit ſiccitas. conſtringuntur pori et ſic planta non nutritur. Item ariſtoteles. quelibet planta indiget quatuor. ſ. ſemine terminato et in ſua ſpecie perfecto et maturo / ⁊ etiam a putrefactione conſeruato. et conuenienti loco. id eſt territorio generationi plante congruo et aqua moderata bumore ſalicet temperato et aere conſimile ſalicet mediocriter temperato. (quia

Digitized by Google

vt dicit albuma.) ſi aer fuerit nimis calidus. calor naturalis euaporabit apertis poris. ſi nimis frigidus ſuffocabit plantam. prima duo ſūt neceſſaria ad plante generationē. ſecunda duo neceſſaria ad eiꝰ nutrimentū ⁊ cōſeruationem. Item ſpecies et plante indebiles que creſcunt in montibus ad veſcendum ſunt minus delectabiles. ⁊ ad digerendū fructus habent duriores. ⁊ hoc ꝓpter vehementem coagulationem per calorem agentem in humiditatem. ⁊ ideo tales fructus non multum ſunt nutribiles. vt dicit Ariſto. quia vt dicit Albu. quanto planta eſt magis medicinalis. tanto minus nutrit. Item loca a ſole remota nō erūt plantarum multarum. ſicut nec animal fecunditatis multe eſt in talibus locis (vt di. Ariſto) cuius ratio eſt. vt dicit album. quia illi q̊ ſunt directe ſub ſeptentrione. habent diem continue per dimidium annum. per reliquū autē noctē. ibi ḡ raro creſcit planta vel animal. in eſtate non poteſt ꝓpter continuationem caliditatis. in hieme vero non poteſt / ꝓpter continuationem frigoris. ⁊ ideo vt dicit Ariſtoteles. planta ibi generata non habet vires foliorum neq̄ fructuū ꝓpter defectum caloris agētis in vno tempore anni et ꝓpter ſuperfluitatem in alio. Item arbor multarum ſapientiarum multum habet de humore vnctuoſo / ⁊ cū ſe mouent ille vapor vnctuoſus per calorē ꝓprium. cooperante calore ſtellarum digeritur. ⁊ conuertitur in ſubſtantiam plante que ei inſeritur. vnde illam digeſtionem operatur calor vitalis implendo cum calore extrinſeco cōpetente ⁊ creſcit planta inſita gracilis ⁊ extēſa ſurſum. vnde ꝓprium eſt plante multum ſpinoſe. vt in ea fiat inſertio alteriꝰ ſpeciei. ⁊ hoc d. albuma. quia habet multum humorem attractum ab exteriori calore inunctuoſū ⁊ ita cōglutinationem expſſibilem a colore interiori in pluribus locis. ita ꝙ pars eius ſuperior cum expellit ē ſubtilior ⁊ penetrabilior per quā poteſt aperire multos poros plante ⁊ ipos ingredi ⁊ ipſam incorporare ⁊ cōſolidare plante inferiori. Item planta que inſeritur plantam ſiue truncum cui inſeritur transmutat in ſuā ſpeciem. ⁊ non econuerſo. cuius ratio eſt (vt alniredus dicit) quia inferior planta mouet ſuperiorem per humorem ⁊ calorem quem ei tranſmittit. ſed ſuperior humorē attractum vlterius digerit et decoquit ⁊ in naturam ſuam conuertit ⁊ poſtea virtutem ſuā in inferiorem tranſmittit ⁊ alterat illam cui inſerta fuerit ⁊ conuertit eam in ſuam naturam ⁊ ſpeciem. Item quinq̄ ſpecies ſunt generationis plante (vt dicit Ariſto.) ſcilicet ex ſemine ex putredine / ex humore aque. ex plantatione. ⁊ ex vnius in aliam inſertione. Item ſunt arbores ⁊ plante que producunt fructum ante folia (vt dicit Ariſto.) ſicut ille que habent multū humorem vnctuoſū materialem ad fructum. quem vt digeſſerit calor naturalis ſimul cum calore ſolari cito maturabit fructum. ⁊ ille humor vnctuoſus abundans ꝓhibet humorem inunctuoſum ſcilicet aquoſum materialē ad folia ne aſcendat aut in folia prorumpat ante fructū in tali planta Item quedam citius ꝓducunt folia ꝙ̄ fructū ⁊ hoc ꝓpter defectum ⁊ paucitatem humoris vnctuoſi ⁊ abundantiam humoris aquei materialis ad folia. quem calor ſolaris citius attrahit ad locum ꝓductionis foliorū. ꝙ vnctuoſum humorem ad ꝓductionem fructuū. ⁊ idō tardatur maturatio humoris vnctuoſi materialis ad fructum ⁊ fit ꝓceſſio foliorum. Item q̄dam ſimul ꝓducunt folia cum fructu. vt ſūt ille que habent predictos humores multos ⁊ ꝓportionales et calorem interiorem ex exteriori calore ſolis in aere equaliter operantem in vtroq̄ ⁊ vtrūq̄ ſcilicet aquoſum in folia. ⁊ vnctuoſum in fructus equaliter expellentem. Itē Ariſtoteles dicit. Antiqui aſſerebant fructus ⁊ folia eſſe idem ⁊ folia non eſſe niſi ꝓpter fructū nec differre ab inuicem materia. niſi ſecundum maiorem vel minorem digeſtionem aquoſi ⁊ crudi humoris humor enim aquoſus ⁊ ſubtilis cito attrahitur a calore ſolis ⁊ cedit in folia que vero magis eſt vnctuoſus ⁊ digeſtus cedit in materiam ipſius fructus. Item dicit Ariſto. alique arbores ſunt ſpinoſe. hoc non eſt de intentione nature plante ſubſtantiam generantis / ſed accidit ex raritate arboris ſiue plāte per quā attrahitur humor frigidus parum coctus et exiens per illam arboris raritatem a colore ſolis in ſpinam coagulatur. ⁊ fit ī forma piramidalis incipiens iuxta ſtipitē a groſſo ⁊ lato ⁊ in parte anteriori terminatur in acuto. Nam humor ſubtilis que ad ſpinā eſt cauſa materialis elongatur paulatim a plāta ⁊ in longum et acutum ſe diffundit. eodē mō faciunt omnes arbores quarū partes piramidalis ſunt figure. Item arbores generaliter exterius ſunt virides. et interius albe. pars cuiꝰ interior habet materiam appropinquantem ad albedinem. et pars exterior ad virorem. nā materia que attrahitur ab interiori expellitur et ad exteriora. in cortice aliquantulum digeritur. et in virorem tranſmutatur. qr viror mediꝰ ē color inter ruborē q̊ ꝓuenit ex pfecti caloris actiōe. et inter albedinē q̊ ꝓuenit ex īmpfecta

Item Ariſto. arbores variantur in figura. nam quedam ſurſum. quedam deorſum. quedam inter hec tenent medium. Ille enim in quarum medulla viget humor ſubtilis quem mouet et attrahit calor ad ſuperiora piramidantur id eſt formam piramidalem et modum flamme que aſcendit in communi virtute ignea eleuantur. Ille vero in quarum medulla viget humor groſſus ⁊ aquoſus inferius deprimuntur et anguſtantur vnde et ille partes ſua grauitate inferius mouentur et in groſſum in parte infima coartantur. In quibus vero erit humor medius inter groſſum et ſubtile et temperata pars aſcendit ſurſum. ⁊ erit cauſa eleuationis. ⁊ pars deorſum. que erit cauſa ingroſſationis. vnde ſecundum maiorem vel minorem digeſtionem illius humoris in radice vel medulla. ſolet magna apparere arbor in figura. Nam neceſſaria eſt prima digeſtio in radice ad eius incrementum. Secunda vero neceſſaria eſt in medulla propter complectionem maturationem / dilationem / et conſeruationem. ⁊ ſufficit iſta duplex digeſtio ad plantarum complectionem. Tercia vero in ſolis animalibus reperitur (vt dicit Ariſto. ⁊ exponit albu.) Item diuerſificantur arbores in folijs ⁊ in ramis ſecundum multitudinem humoris vel paucitatem. ⁊ caloris fortitudinem vel remiſſibilitatem. Nam ſi calor fuerit fortis ⁊ humor multus, multa in exitu erunt folia atque rami ⁊ econuerſo. ⁊ ſecundum raritatem humoris habilis ad deſiccationem ⁊ conſumptionem deſiccantur ipſi rami cadent folia ⁊ remanebit arbor vacua atque nuda. ⁊ in contrarijs modo contrario ſe habebunt. Item vt dicit Ariſtoteles non ſolum piramidantur ſpine in arboribus. verum etiam eadem figura inuenitur in folijs ⁊ fructibus. quia ſi meatus plante fuerint ampli ⁊ valde rari in principio humoris. et poſt ſiccitate vel friditate conſtringantur. folia et fructus inferius ingroſſabuntur et in ſuperioribus gracillabuntur ⁊ piramidantur. et hoc propter attractionem leuioris partis humoralis ad ſuperiora vi caloris et repulſionem humoris grauioris ad ſuperiora et denſioris. Conuenit tamen folium quam fructum ſepius accui in extremitatibus et piramidari ſcilicet quando virtute et raritate humoris ſuperior particula laniatur in parte inferiori. cauda etiam exiſtente humor in medio diſtenditur. ⁊ ſic ſubſtantia fructus vel folij in medio dilatatur ⁊ vtraque extremitas propter dominium ignee virtutis in communi quodammodo ducitur ⁊ ſubtiliatur ⁊ ſic in piramidem transformatur. Item ibidem dicit Ariſto. quod arbores ⁊ plante quedam faciunt flores ex humore valde ſubtili ⁊ etiam potentia exiſtente in eius medalla non tamen per omnia temperata nec digeſta ſecundum vltimam fructus complexionem. diſpoſita tamen ad fructus productionem. Quedam autem arbores propter nimiam humoris viſcoſitatem non habent flores. quia ille humor non poteſt ſubtiliari et propter ſuam vnctuoſitatem in ſubtilitatem floridam dilatari. vt patet in ficu. que non habet flores ex cauſa iam dicta. Quedam etiam non habent flores propter humoris liquiditatem quia non poteſt inferioris ſubſtantiam coagulare. vt patet in palma. et ſimilibus. vt dicit Ariſtoteles. et ideo ſecundum diuerſitatem materie in qua diuerſimode agit calor diuerſi colores in floribus tam herbarum quam arborum generantur. Sed iſta proſequi non eſt preſentis negocij. ⁊ ideo de eis ad preſens propter tedium fore arbitror quieſcendum. Tamen alias ſuperaddit ari. proprietas in fine libri quas non reputo contemnendas. Dicit enim circa finem. Planta inquit habens groſſum corticem multum extenditur in altitudinem. ⁊ hoc propter extenſionem humoris ⁊ impulſum caloris. Nam groſſitudo corticis humorem recipiens. non ſinit illum defluere nec etiam propter ſuam denſitatem permittit calorem per poros euaporare. ex qua neceſſe habet ſe diffundere ⁊ dilatare. vt patet in pino. in palma et ſimilibus. vt dicit Ariſtoteles. Idem ibidem Arbores habentes lacteum humorem magnam habent vnctuoſitatem ⁊ calorem fortem in radice ⁊ ideo reſoluuntur humores vſque ad exteriora arboris. ⁊ generantur gumme aliquando liquide. aliquando ex exteriori aere frigido congelante aliquando etiam in modum lapidis vel concule indurante. ⁊ hoc accidit aliquando ex frigiditate conſtringente / aliquando ex caliditate liquidiores partes educente et conſumente. et groſſiores compingente. ſicut ibidem dicit alnuredus. Item idem ibidem. Arbores quedam alterantur ſecundum temporis alterationem quia in eſtate vireſcunt. in hieme palleſcunt. ⁊ tamen folia ſua non perdunt nec proiciunt. fortem enim habent calorem incorporatum. ⁊ ideo calor fugit ad interiora arboris ⁊ etiam foliorum a facie frigidi aeris hiemalis. ⁊ ideo exteriora pallida ⁊ glauca fiunt. ⁊ non cadunt folia propter viſcoſitatem humoris et incenſam fortitudinem caloris. Item ibidem. Arbores facientes fructum in principio faciunt fructus amaros. quando ſcilicet nouiter ſunt plantate. et in earum fructu tunc dominatur amaritudo vel ponticitas ſapor ſcilicet accedens ad amaritudinem / cuius cauſa eſt:

quando prima digeſtio acida eſt et ponticita
ꝓpter humoris attracti groſſiciem ⁊ terreſtrei
tatem. ⁊ propter caloris digerentis paucita/
tem ⁊ debilitatem. ⁊ ideo generatio talium
fructuū eſt ꝑter dulcedinē. quia ipſoꝝ humor
crudus remanet ⁊ indigeſtus. Sed p⁹ ꝯfirma
to ſcalore ⁊ augmentato. humore depurato. ca
lor digerens humorē ipſum efficit ſapidū atqꝫ
dulcem q₂ vt ibi ſubdit ariſtoteles etiam ama
rum in ignem miſſum dulceſcit et hoc accidit.
vt dicit al. ꝓpter illam quam recipit a virtute
ignis digerentis imutationē. Item ibidem.
In locis acidis frigidis. ſ. atqꝫ ſiccis aliquan
do ꝓducuntur fructus dulces quia calor inna
tus intra aceroſum humorem incluſus per ca
lorem ſolis ad intus digerit illam aceroſitatē
⁊ conuertit in dulcorem. et erit fructus dulcis
quāuis acida ſint folia. ⁊ etiam extremitates
in quibus nō eſt tanta digeſtio et caloris opa
ticō quemadmodū eſt in fructu. Contingit tñ
aliquādo ꝙ ꝓpter ſuperuenientē nimiam ad
uſtionem. ille fructus prius factus dulcis con
uertitur i amaritudinem ꝓpter ſuperfluū calo
rem et humoris reſidui paucitatē. Item ibidē
dicitur. In locis tpati aeris ante dies verna/
les fructus celerius matureſcunt. ꝓpter calo/
ris ſufficiantiā et aeris exterioris diſpoſitionē
temperatam. Item ibidem. Quedam ſunt ar
bores que primo faciunt fructus dulces dein
de pontici efficiunt et amari. ſicut arbores mi
rabolanorum. Cuius cauſa eſt (vt ibidem di
citur) quia arbor talis habet fructus magne
raritatis. etiam in hora digeſtionis. cum enim
meatus earum ſint magni et ampli ſequit ca/
lor ſufficiens perducere humorem materialē
ad fructum et maturabit fructum. et ideo hui⁹
fructus in digeſtionis principio erit dulcis ſꝫ
poſt calor exiſtens in meatibus cōſumentib⁹
humorē inducit ſiccitatē quia conſtringit me
atus et poros. ita ꝙ nec calor nec humor pōt
ad locum fructus peruenire. mutantqꝫ frigidi
tas et ſiccitas calorem et humorem ꝓpter qđ
alteratur fructus in ponticitatem. eo ꝙ prohi/
betur omnis aſcenſus ſiue acceſſus calidita/
tis innati ⁊ humoris per conſtrictionem indu
ctam a ſiccitate et ſic erit frigiditas vincens in
fructu ꝓpt̄ defectū caloris et erit fortiſ pontici
tatis ꝓpter iuncturā ſiccitatis. Sed tandē ca/
lor innatus eleuatur ad locum fructus et figu/
ratur per calorem ſolis. ꝓpter quod vincit ite/
rum frigiditatem et inducit incenſam raritatē
et ſiccitatem et ſic erit fructus amarus. In ar/
boribus plantandis etas lune maxie cōſide/
randa eſt Nam q̄ plantanſ in plenilunio recto

vł in recto nouilunio min⁹ ꝯualeſcūt. ⁊ ſi ꝯua
luerint fructum faciunt vermiculoſum. ⁊ fruct⁹
tunc plantate arboris citius putreſcunt. Simi/
ter et arbores que tunc de terra p̄ſcindunt mi/
nus durant et citius a vermibus corrodunt.
vt d. Conſtan. Rationem quere ſupra. li. viij
de effectibus lune. Item inter arborem et eius
fructum eſt quoddam retinaculum quo fruct⁹
adheret arbori ſicut fetus per vmblicum adhe
ret matricī (vt d. Conſtan.) ⁊ illud retinaculū
primo eſt debile ⁊ laxum et attractiuo humori
adhuc vicinum. et ideo fructus de facili tunc
excutitur ſi cum fortioris venti impulſu tunc
temporis arbor moueatur. ſed poſt paula/
tim calore humorem indurante fortius ad/
heret et fructus ita de facili non tunc cadit. ſed
in fine fructu maturato et debitam quantita
tem perducto areſcit illud retinaculum vel pu
treſcit ⁊ ideo fructus de facili moritur tūc ad ca
ſum. Et quanto arbor ꝓfundius figit radicē
tanto maior attrahit plus humoris. et fructi/
fera eſt. plus abundat in folijs. fructibus. et
ramis. Item arbor ſuperfluis abſciſis melius
fructificat. nam talis humor tranſit in fructuꝫ
que alias tranſiret in nutrimentum ſupfluoꝝ.
Hec de natura et proprietate arborum in ge/
nerali dicta nūc ſufficiant.

De amigdalo.

Amigdalus eſt arbor mature flo/
a rens. Et dicit̄ h̄ amigdalus ꝓ ar/
bore et hoc amigdalum ꝓ fructu.
vnde quidam ait. Sunt matura
mora pira ficus amigdala mora. tamen amig
dala le. inueniſ ꝓ fructu i ſacra pagia. Numeri
xvij. ſacra enim ſcriptura (vt di. Hiero.) non
vult ſe ſemper ſubijcere legi gramatice nec
vult illius arte regi (Iſido. autē li. xvij. ſic d.)
amig dala greca dictio eſt que latine nux lga
vocat̄. hanc nuculam. multi vocāt quaſi mino
rē nucē. de qua virgili. Cum ſe nux longa ſil/
uis induit in florem. Cunctis enim arborib⁹
prior ſe floribus cōueſtit. et ad inferenda po
ma arbuſta ſequentia preuenit (hucuſqꝫ Iſi)
de amigdalis d. Ariſto. in li. de plantis. ꝙ in
digent cultura. maxime quando ſunt antique
vnde ſi clauis perforentur. emittunt quoddā
gūmi. et depurabitur humor in medulla. qui
materia eſt ipſius fructus. et ideo plus fructifi
cant amigdali bene culte quādo ſunt antique
ꝙ nouelle. Duplicem aūt fructum fert amigda
lus ſcilicet dulcem et amarū (ut dicitur in pla
tea.) et dulcia amigdala vtilia ſunt ad cibum
amara vero ad medicinā. ſūt eñ calida ⁊ ſicca

De dulci amigdalo dicit dia. ꝙ ſi recens cū ſuo
folliculo comedatur ꝓdeſt ſtomacho. ſʒ caput
grauat caliginem nutrit venerem accendit ſom
num facit ebꝛietati reſiſtit. Item dicit idem ꝙ
ſi vulpis comederit amigdalam moꝛietur. Se
pe enim qđ medicinale eſt homini/ venenoſuʒ
⁊ moꝛtiferum eſt alteri animali ⁊ ecōuerſo. Itē
idem ꝓfere tota arboꝛ amigdaloꝛum amaroꝛū
eſt medicinalis. Nam radix eius elixata ſiue co
cta ⁊ trita/ maculas vultus tollit. ⁊ purgat faci
em quādo inde eſt linita/ doloꝛem capitis ma/
xime mitigat/ ⁊ etiam vulnera putrida mixto
melle mundificat ac ſanat coꝛtex etiam ⁊ folia
ſunt mūdificatiua exterminatiua/ ⁊ ſanatiua.
oleum aūt de amigdalis extractum/ vermes et
lumbꝛicos in ventre necat/ mēſtrua ꝓuocat/ et
purgat cōtra ſurditatem efficaciter iuuat ⁊ auri
um ſaniem mūdat ⁊ deſiccat ſi tepidum auri i
ſtilletur. (vt dicit diaſcoꝛ.) Item floꝛes eius
decocti in oleo caducos ⁊ litargicos excitant/
cum melle triti moꝛſibus canis obuiant/ vlce/
ra ſanant. gummi quod de amigdalis exſudat
mixtum potioni ſanguinem reicientes iuuat. ⁊
ſic patet ꝙ paruʒ vel nihil eſt in amigdalo qđ
nō ꝯueniat medicinis. vt oſtendit diaſcoꝛus.

De Abiete.

a Bies nomē eſt arboꝛis ſic dicte ab
eundo/ eo ꝙ pꝛe ceteris arboꝛibus
longe abeat ⁊ in altum altius ſe ex
tendat. cuius natura eſt (vt dicit Iſido. li. xvij
ꝙ eſt exps terreni humoꝛis. ⁊ ideo terribilis eſt
atqʒ leuis. Ex abiete aūt dicunt abiena ligna
vel alia que de abiete cōponunt. ⁊ abietarius
dicitur qui aliquid de abite opatur. (vt di. Iſi
do.) Secūdum ariſto. autem abies eſt arboꝛ i
altum ſe extendens plurimū habens raritatis
in ſubſtantia ⁊ ſubtilis humiditatis. ⁊ ideo ca
loꝛ eius naturalis a ſolis caloꝛe foꝛtificatur q̄
illam humiditatem de facili eleuat/ ⁊ p ſurſum
mittit ⁊ ſicipſam in arboꝛis ſubſtantiam con/
uertens/ arboꝛem altam facit. Eſt etiaʒ arboꝛ
mire rectitudinis parum vel nihil habens toꝛ
tuoſitatis/ ⁊ hoc ꝓpter virtutem caloꝛis ⁊ eq̄li
tatem humoꝛis operationi caliditatis obediē
tis. ⁊ ideo directe ſine aliqua toꝛtuoſitate ſur/
ſum eleuatur. Quanuis enim abies generat
ex humoꝛe leui ⁊ ſubtili/ illius tamen humoꝛis
ſupfluitatem reicit natura ad eius ſupficiem. ſ.
inter lignum ⁊ coꝛticem/ ⁊ ibidem a caloꝛe exte
rioꝛi inuiſcat/ ⁊ in naturam reſine cuiuſdā odo
rifere tranſmutat propter eandem etiam viſco
ſitatem vnctuoſam ligno abieno incoꝛpoꝛatā
abies igni appoſita facilime inflammat. va/
rijs inſuper edificioꝛum ſtructuris abies acco/
modatur/ ⁊ maxime propter ſuam rectam alti
tudinem/ ⁊ foꝛmam piramidalem/ vel ad edi
ficationem nauium vtiliter adaptat.

De aloa.

a Loa arboꝛ eſt aromatica que in in
dia generatur (vt d. pap.) ⁊ ē arboꝛ
odoꝛiſ ſuauiſſimi atqʒ fragrātiſſimi
cuius pticula vice timiamatis altarib⁹ adolet.
vñ nomen traxiſſe dr. De ligno aūt aloes dicit
in plāte. aloes eſt lignum calidum ⁊ ſiccuʒ qđ
repentur in magno flumine babilonis cui ti/
gris cōiungitur fluuius paradiſi. vnde a pluri
bus creditur ꝙ predictum lignū inter paradiſi
arboꝛes oꝛiatur. ⁊ caſu aliquo vel impulſu de
paradiſo illuc deducatur. habitantes aūt iuxta
fluuium/ miſſis rethibus in flumen/ lignum in
tercipiunt ⁊ reſeruant vſui medicine. Mul/
tum medicinale eſt. Eſt enī lignum aloe triplex
vt dicit conſtan. in lib. graduū. pꝛimum eſt val
de ponderoſum ⁊ qđ eſt nodoſuʒ eſt valde aro
maticum ⁊ eſt ſub amari ſapoꝛis/ ſub nigri co
loꝛis ⁊ ſubꝛufi. ⁊ cōtritioni dentiū non omni/
no reſiſtens. Dicit etiam ꝙ cuʒ maſticat/ ſtatim
odoꝛ aromaticus uidetur attingere cerebꝛum/
⁊ quodāmodo replere. Secundū genus eſt mi
nus ponderoſum nec adeo aromaticum nec a
marum. Tertium gen⁹ eſt ſubalbidum valde
leue/ nec eſt alicuius ſapoꝛis ⁊ pui odoꝛis niſi
ſit aliunde coaptatum. Sophiſticat aūt lignū
aloes cum quodam ligno ſibi ſimili in ponde
roſitate ⁊ nodoſitate/ ⁊ modico aromate. Et a
quibuſdam lignum aloes ſilueſtris nuncupat
hoc lignum cōfricatur cum plumbo vt coloꝛ im
mutetur. ⁊ addita ſupfluitate aurium/ vt fiat
aliquātulum amarum ⁊ ſubꝛufum ⁊ ponit in
decoctione optimi aloes cum mirro/ vt fiat val
de aromaticuʒ. ⁊ ſic fit vt vix ab optimo diſcer
natur. cognoſcitur tamen qꝛ duriſſimum eſt et
maſticationi dentium omnino reſiſtit. ⁊ dum
maſticatur ſapoꝛ amarus interius vero nō ſen
titur. lignum aloes ſtomachum confoꝛtat dige
ſtionem ꝓparat/ debilitatem coꝛdis ac cerebꝛi
confoꝛtat/ circa ſincopim ⁊ cardiacam maxime
paſſionem iuuat. nam cōtra omnes coꝛdis paſ
ſiones ⁊ debilitates ex frigiditate ꝓuenientes
valet vinum decoctionis aloes. Sed qꝛ vinū
inde fit amarum/ modicum apponatur. ⁊ pꝛo
delicatis cum aqua roſacea vinū tempatur/ ⁊
tale vinū poterit diu reſeruari. qꝛ a ligno mul/
tū imutatur. eius fumus p nares receptus/ in
frigiditatum cerebꝛum calefacit/ debilitatū cō
foꝛtat. Et vt laudes eius concludam/ in oīb⁹

t

corporis debilitatibus ſubuenit ⁊ adiuuat/ ſi quis modo debito vti ſciat(hucuſq; platea.

De Aloe.

a Loe etiam dicit̄ cuiuſdā herbe ſuccus/ que herba aloem appellatur. hec herba in iudia ⁊ perſis ⁊ locis plurimis reperit̄. cuius ſuccus exprimitur ⁊ ad ignem decoquit̄/ ⁊ poſt ſoli exponitur ⁊ exſiccatur (vt dicit platea.) aloe etiam tria ſūt genera. ſ. citrinum /epaticum/ ⁊ caballinum. (vt di. platearius.) ⁊ differūt iſte tres ſpēs in bonitate. nam bonum eſt caballinū/ melius ē epaticū ſed optimū eſt citrinum ⁊ diſcernit̄ ex colore citrino ⁊ ruffo ⁊ precipue cum frangit̄ puluis apparet ac ſi eſſet puluis croci. ⁊ eſt eius ſubſtātia clara maxime quādo cōfringitur ꝑ minuta fruſta ⁊ quod frangitur ex eo minus fetiduȝ eſt et minus amarū. Epaticum vero aloe aſſimilat̄ epati in colore/ colorem enim habet epaticum idē nigrum ⁊ foramina quedā velut ora venarum. obſcuram etiā habet ſubſtantiā ⁊ nō claram/ ⁊ eſt amarius ꝙ citrinuȝ. Caballinū autē aloe nigrū eſt ⁊ obſcurum ⁊ feculentam habet ſubſtantiā ⁊ amariſſimum ſaporē ⁊ horribiliſſimuȝ odorem. Sophiſticatur aūt caballinuȝ ita vt videatur epaticum vel citrinū cum puluere croci ⁊ aceto/ ſi decies in illo intingatur ⁊ deſiccetur/ ⁊ tūc innouatur eius color ⁊ odor ⁊ citrinum vel epaticum videtur. diſcernit̄ tamē quia dum frangitur ⁊ digitis cōfricatur/ ſtatim fetidiſſimū ſentitur ⁊ amariſſimū inuenitur. qđ nō eſt in epatico ⁊ citrino. omne aūt aloe quanto de ſui natura eſt minus amarū ⁊ minus fetidum/ tanto eſt magis laudabile. aloe aūt quāuis ex natura ſit amarum/ tamē mirabiliter eſt vtile ⁊ ſalutiferum. nam flegma coleram ⁊ melancoliam mūdificat atq; purgat/ membra neruoſa cōfortat/ ſtomachum a viſcoſis humoribus ⁊ nociuis euacuat/ caput a dolore releuat/ quādo fumoſitas ſtomachi caput grauat viſum clarificat/ ſplenem ⁊ epar deopilat menſtrua ꝓuocat in corpe diſcolerato bonū colorez generat/ ab hidrope corp⁹ preſeruat/ ⁊ ī principio curat/ puluis eius cum melle datus lumbricos ideſt vermes ventris necat/ fluxuȝ capillorū ꝓhibet ⁊ a canicie preſeruat/ artheticos iuuat/ pruriginem oculorū placat/ membroꝝ genitalium vlcera ſanat/ putredinem oris ⁊ gingiuarum mundat recentia vulnera ſanat/ conſolidat/ mundificat/ ⁊ deſiccat/ amaruȝ eſt ori ſed dulce ſtomacho/ ſtomachum enim infrigidatum ⁊ debilitatum confortat/ ⁊ digeſtioneȝ adiuuat ⁊ procurat. Hec omnia de diaſcoro plateario ⁊ auicenna extracta ſunt.

De arundine.

a Rundo eſt media inter herbam et arborem. herba quidem robuſtior ⁊ durior. ſed arbore eſt fragilior. exteri⁹ plana/ ⁊ interi⁹ vacua ⁊ caua/ nodoſa/ ⁊ lentis/ in paludib⁹ enutrita/ vētis cedens/ de facili manum ledens. De arundine dicit Iſido. lib. xvij. Arundo eſt dicta eo ꝙ cito areſcat. in indicibus autem ſtagnis creſcunt arundines ex quarum radice expreſſum ſuauiſſimum ſuccum bibunt. vnde ⁊ varro dicit. Indica non magna in arbore creſcat arundo. Illius ⁊ lentis premitur radicibus humor. Dulcia cui nequeunt ſucco contendere nulla

De Armonio.

a Rmonium. vt dicit Iſido. li. xvij. eſt vocatum. eo qđ habeat odorez veluti cinamomum. Naſcit̄ in ſiria ⁊ armenia. cuius frutex botros ſiue ſemen reddit ſibi cōnexuȝ habens florem albū ſimilem viole ⁊ folia ſimilia brionie odore etiā ſuo prebono ſomnuȝ ſuauificat. Armoniū ſiue aromen eſt herba odorifera. vt dicit dia. ⁊ ē coloris ſubruffi/ folia habens cōiuncta ⁊ ſemina copioſa habens ad modum viole florem albū Eſt ⁊ armonij triplex ſpēs. quoddaȝ eni eſt armenicum/ ⁊ illud ceteris eſt nobilius fuluij quidem coloris/ ſed odoris optimi/ ⁊ virtutis maxime ac valoris. Aliud eſt qđ creſcit in locis humectatis ⁊ aquoſis ⁊ eſt leue/ tactu ſaporē exprimens atq; gerens. Tertium vocatur ponticuȝ ruffum non longū. Eſt aūt eligendū quod eſt recens ⁊ albū ſemine plenū. ſuper virgas purpureas expāſum maxime odoriferum ⁊ ponderoſum quod maſticatū/ quodā acumine mordet linguā. Unum habens colorem/ non varium/ nō diuerſum (vt dicunt auicen. ⁊ dia.) omē armoniū habet ſecundū eoſdem auctores virtutē calefaciendi ⁊ etiam deſiccandi. ictibus ſcorpionum occurrendi. ſua decoctione in aqua oculos fouendi ⁊ a ſuis doloribus releuandi. habet etiam virtutem dolorem viſcerum ſedandi ventoſitatem extenuādi/ ⁊ menſtrua ꝓuocādi. cuius clixatura ſiue decoctio ſumpta habȝ virtutem freneticis ſubueniendi/ epaticos adiuuandi/ ⁊ etiam podagris ſuccurrendi. in omnibus ſiquidem antidotis nobilibus receptōib⁹ ⁊ medicinis ſolet armonium ſepius adhiberi ꝙuis loco ipſius multi aliam herbam armonidem. ſ. ei quidem in colore ſimilē ſed in odore ⁊ virtute penitus diſparem apponere ſunt conſueti. vt dicit auicenna.

Digitized by Google

De Aneto.

a Netum eſt herba cuius ſemen cõſimili nomie eſt vocatuꝫ cuius ſemẽ primo conuenit medicine/radix ſecundario/ſed tertio ipſa herba. cuius ſemẽ põt ſeruari ad trienniũ in magna efficacia. (vt dicit dia.) melius tamen eſt vt ſingulis annis renouet. cu⁹ radix adhuc viridis alicuius eſt valoris/ſed deſiccata nulliuſ. vt dicit idem. habet virtutem diureticam calidaꝫ ⁊ apperitiuam ⁊ cõpactorum diuiſiuam/venenoſitatis ⁊ inflationis extenuatiuã (⁊ torſionis vẽtris ⁊ viſceruꝫ mitigatiuã. Item virtuteꝫ habꝫ calculi cõfractiuam/mẽſtruorum ꝓuocatiuam ⁊ meatuũ vrinalium aperitiuam/ſingultus et plenitudine amputatiuã/ſomni ꝓuocatiuam duraꝝ collectionum in corpore reſolutiuã ſi coctum cum oleo per emplaſtri modũ apoſtemati apponatur. Item flos eius cũ vino coctus dolorem capitis aufert ſi inde caput fomentetur. Item cinis eius vulue ſtillanti appoſitus ipſam reprimit ⁊ deſiccat. Item decoctum anetũ oleo rigorem neruoruꝫ laxat ⁊ multis alijs ſubuenit paſſionibus. vt idem dicit.

a Niſum eaſdem habet virtutes q̃s ⁊ anetum. ſed ſaporem habet dulciorem ⁊ eius ſemen magis minutũ ⁊ rotundum ⁊ a multis vocat̃ dulcinium. vt dicitur in platea. virtutem habet diſſoluendi/cõſumendi/⁊ ventoſitates deſtruendi/digeſtionem confortandi/opilationes epatis ⁊ ſplenis aperiendi/calculum confringẽdi menſtrua ꝓuocãdi/⁊ omẽs meatus interiores aperiendi ⁊ emendandi. ⁊ ideo quãuis ſit in quantitate ſemen minutiſſimum/eſt tamẽ multum vtile in virtute ⁊ plurimũ ſalutiferum.

De Allio.

a Alium ab olendo eſt dictum. eo ꝙ olet (vt dicit Iſido. lib. xvij.) cu⁹ odor eſt tam fortis ꝙ omnes alioſ odores reprimit/ſuperat ⁊ fetores ⁊ ideo per loca corrupta neceſſario tranſituri/ſiue loca putrida purgaturi/fortiſſimis ſe muniunt alleis. Secũdum diaſcorum allium multas habet virtutes ⁊ tam bonas ꝙ malas proprietates/q꞉ ex diuerſis componit̃ virtutibus (vt dicit idem) ventrem ſiquidem ⁊ ſtomachum turbat/ſiccat/ſitim mouet/⁊ corpori appoſitũ corpus vlcerat ⁊ vulnerat. ⁊ ſi nimis a colericis ſumatur in vſum/corpus inflammet deſiccat/lepram generat/inaniam ⁊ freneſim excitat/viſum ledit ⁊ etiam ebetat ⁊ ideo colerico naturaliter nocet. nam coleram rubeam cito generat ⁊ aduſtam multiplicat ⁊ augmentat/flegmaticiſ ⁊ frigidis multũ confert. Eſt autem duplex eiuſ genus ſcꝫ domeſticum ⁊ ſilueſtre quod ſcordion a medicis appellatur/cu⁹ flos debet recolligi ⁊ in medicinis apponi vel admiſceri. non enim operatur cum impetu ſicut ſolet domeſticum operari. Alij domeſtici capitibus maxime vtuntur/in cuius natura multiplex efficacia reperitur. nam precipue habet virtutem diſſoluẽdi ⁊ conſumendi ⁊ expellendi venenum ⁊ omẽ venenoſum. vnde non ſine cauſa vocatur ab ãtiquis doctoribus tiriaca ruſticorum. vt dicit diaſco. maxime autem valet contra morſũ ⁊ venenum canis rabidi ſi cum ſale ⁊ nucibus internus accipiatur addita herba ruta. hec eniꝫ quatuor ad inuicem conterantur. ⁊ ad quantitateꝫ magne nucis patienti ſepius offerantur ⁊ hoc cum vino. eadem enim confectio ſuper morſuꝫ exterius apponat̃. vulnus enim ſanat ⁊ venenum attrahit ⁊ cõſumit/⁊ a periculo liberat ac preſeruat ita efficaciter ſicut tiriaca. Item alliũ virtutem habet apperendi inadendi humores groſſos ⁊ conſumendi. Et ita valet calculoſis ⁊ ſtranguriam patientib⁹ ideſt difficultateꝫ vrinandi. menſtrua aũt ꝓuocat ⁊ emũdat ventrem. lumbricos ⁊ alios vermes in ventre interficit/ſi cum pipere ⁊ ſucco mẽte ⁊ aceto ad modum ſalſe offeratur. dolorem illorũ ⁊ lumboꝝ allium mitigat/ſi mũdatuꝫ ac tritũ ⁊ cũ oleo coctum ſuper doloris locũ ad modum emplaſtri apponatur. valet etiam ꝯtra morphẽa ideſt lepram cutis ſi vbi eſt morphea locus ſcarificatur. ⁊ poſt cum allio trito fricetur ⁊ cataplaſmet̃ cõtra ſerpentum morſus valet/ſi tritum cũ laurino oleo apponatur vt dicit dia. Item hydropicis prodeſt q꞉ humorem inter cutaneum conſumit ⁊ deſiccat/et tumorem ſedat grandia/et crumenta vulnera ⁊ ſordiua purgat ⁊ cõglutinat ⁊ ſanat/ſi puluis allij cõbuſti ſuperponatur. coctum etiam alliuꝫ cum aqua fontana omnem dolorem loci ⁊ tumor tollit. cauenduꝫ tamẽ eſt ne cõtinue in cibis aſſumatur q꞉ multum noceret oculis. vnde verſus. Allia vina venus puluis vent⁹ faba fumus. Iſta nocẽt oculis ſed vigilare magis. Secũdum ariſto. auteꝫ lib. de plantis. allium habet ſimilitudinem cũ lilio a cõmunicat cum illo in diſpoſitione capitis ⁊ in tunicellis ⁊ habet virtutem ſementinaꝫ in tunicellis radicis ſue ⁊ in granis ſuis natis in ſummitate haſte ſue. ⁊ ideo cepula allij poſita in terraꝫ ꝓducit plantã. Similiter ⁊ eius ſemen. ⁊ habet tunicas multas ⁊ folia piramidalia ⁊ haſtam cauernoſam ⁊ poroſam. Allium etiam ſicut ⁊ lilium primũ facit ſemen ſtipidis

ſui in tenui folliculo in grana coniungitur. cepa vero non ſic cõtingit grana ſua / ſed in pediculis ſiue pedibus paruis nutrit ea / et emittit. facit etiam radices capillares ſicut lilium et ſicut crocus et huiuſmodi. Sed in hoc differũt radices allij a lilio quia nõ ramificãtur in allio ſicut ramificantur in lilio. et ſicut allium renouat folia ita renouat radices et ſemel tantum emittit ſemen ſcilicet in ſcđo anno poſtquã ſeminatur et ideo habet alliũ tunicas plures et ramoſas vt ille tunice ſint cibus et nutrimẽtũ ſecũdis radicibus et ſecundis folijs et ſtipiti eius. quapropter creſcentibus ſecũdis folijs et ſtipite attenuantur et euaneſcũt tunice eius in terra. et ſimile huius in cepis inuenitur. In hoc aũt differt allium a cepa. quia quelibet allij tunica carnoſa ſi plantetur creſcit ex ea planta ſicut ⁊ liliũ quod de tunica ſua plantata i terra emittit plãtam ⁊ hoc accidit quia in ſuis tunicellis eſt virtus ſeminatiua ſicut in carnoſis partibus alliorum. non ſic aũt fit ex cepa. non enim ex qualibet parte eius plantata emittit plantam. quia virtus ſeminatiua non ẽ in qualibet parte cepe ſed in toto. In hoc etiã differt alliũ a lilio qm̃ eius partes carnoſe quãdo plãtantur emittũt gramina ſua et folium per medium carnis ſue ſed tunicelle lilij emittunt ab vno latere ſui iuxta / et non a medio. huiuſq̃ ariſto. li. de plãtis et ſecũdũ nouam trãſlationem.

De abſinthio.

a Abſinthium ẽ herba acerrima calida et ſicca vehementer et ſtiptica ⁊ amara. vt dicit diaſcorides cuius duo ſũt genera. vnum eſt ponticum habẽs colorem viridem / et amarum et ſaporem põticũ et amarũ. aliud eſt ſubalbiduꝫ et minus amarum et eſt minoris effectus quã primum. in fieveris colligitur. in vmbra deſiccatur. per annũ in magna efficacia conſeruatur. Dicitur autem cõtrarias habere virtutes ſicut dicit pla. ſ. laxatiuam ⁊ cõſtrictiuam. cõſtrictiua i ẽ ei ex groſſitie ſubſtantie / ⁊ ponticitate. laxatiua vñ eſt ei ex caliditate ⁊ amaritudine. vndeq̃ quando recipitur interius ſi inuenit materiam compactam propter ponticitatem ſue ſubſtancie ⁊ groſſitiẽ reddit materiam compactiorem. et ſic eſt cauſa maioris conſtrictionis. materia vero exiſtente habili et digeſta caliditate diſſoluit eam et põticitate ſua comprimente expellit eam. Sirupus de abſinthio factus epati ſubuenit et ſtomachũ confortat / appetitum inuitat / ebrietati obuiat et repugnat / ictericiam curat et colorem eius alterat et immutat. ſuccus eiuſ cum puluere coctus ſplenem deopilat. dolorem ſtomachi et inteſtinorũ ex ventoſitate proueniente diſſoluit et mitigat. ſuccus eius auribuſ inſtillatꝰ humiditates ab eis diſtillãtes deſiccat. cũ felle tauri tritum abſinthiũ et auribuſ iniectũ diſſoluit ſonitũ et auditum roborat et emendat. dolorem capitis ex fumoſitate ſtomachi procedẽtem ſuccus eius ſedat. liuorem et dolorem ex percuſſione cũ puluere cimini ⁊ melle amputat ſi per modum amplaſtri apponatur. lũbricos et vermes aurium ſuccus eius necat ſi inſtilleẽ ſuccus eius potatus viſum clarificat et oculis impoſitus ruborem curat ſi ſepiuſ infundatur libros et pannos a vermibus et muribus tutos ſeruat ſi eum eis in fiſtula reponatur vt. d. macro. Item morſibus migale et draconibus obuiat et ſanat ſi bibatur. Iteꝫ eius decoctio ventoſitatem ventris et inflationẽ ſedat cũ potat. vt. d. diaſco. p̃ter has virtutes quaſdã hꝫ conditiones et proprietates minus laudabiles. nã ſaporis amaritudine ⁊ ponticitate inficit et contriſtat guſtũ. odoris horibilitate ledit ol factum. in amaritudinẽ redigit lac ⁊ vinũ et omne dulce cui admixtum fuerit ſeu adiunctuꝫ et ideo apes que frequentant flores abſinthij faciunt mel amarũ vt. d. dia. De abſinthio. d. pli. li. xvij. non eſt inquit dandum febricitanti nauſeã nanbus arcet ſi fuerit prius potatuꝫ ſõnum prouocat dormienti iſcio ſub capite poſitum. capillos denigrat quãdo munguntur vnguento facto de eius ſucco et oleo roſaceo.

De apio.

a Apium eſt cõmunis herba omnibuſ fere nota et eo ſic vocata. vt. d. Iſi. li. xvij. q̧ apicis. i. capitis triũphantium apiũ quõdam fuit ornamentũ. hercules. n. hanc herbam primo capiti circũpoſuit. cuius radiceſ efficaciter pugnãt contra inſidias veneni. vt. d. Iſi. cuius multe ſunt ſpecies vt. d. idem. ſ. petroſum ſic dictum eo q̧ apie eſt ſimilimũ in folijs. ſilenũ. n. grece apiuꝫ dicitur creſcit autem in locis petroſis montibus q̧ ꝵruptis. ⁊ iõ latini petroſilium petrapium vocauit vt. d. Iſi. Sũt ⁊ alie maneries apij vt. d. dia. ſ. apium ranarum. apium riſus. et apium emoroidarum. Apium ranarum dicitur quia i locis aquoſis vbi ſunt rane ſepius inuenitur quod decoctum cum vino et oleo et ventri ac renibus cataplaſmatum eorũ dolori mirifice opitulatur. Apium riſus dicitur ab effectu q̧ purgat melancolicum humorem ex cuius ſuperhabundantia fit triſticia. Dicunt autem q̧ interiꝰ receptum in magna quantitate hominem ridẽdo interficit ⁊ occidit. valet autem contra calculum ⁊ ſtranguiriam ⁊ ad menſtrua prouocãda

ſi decoctum fuerit in aqua vel vino ⁊ inde infe
riora fomententur. Apium emoroidarū eſt dictū
eo ꝙ eius puluis vel cinis ſuperpoſitus fluxū
ſanguinis deſiccat. Apiuȝ aūt cōmune ſplenis
⁊ epatꝭ opilatonē apit / calculū frāgit / icteritiā
ſoluit / bidropicis ſubuenit / freneticis ꝯuenit
ſi eius ſucco ⁊ oleo roſaceo mixto cum aceto ca
put patiētis ſepius inungatur. radix eius ⁊ ſe
men morſibꝰ venenatis ſuccurrit et veneno re-
ſiſtit (vt dicit dia.) epilenticis autē nocet om̄e
apium quia diſſoluit ⁊ mouet omnem materiā
ad ſuperiora. nocet etiā pueris. illa ētas prop
ter bumiditatis inſtitutionē ⁊ virtutis debili-
tatem et mēbrorū et meatuū ſtrictitudinem / pa
rata eſt ad morbū caducū. ⁊ ideo lactātes nu-
trices abſtineāt ab apio ne puer epilēticus effi
ciatur. vt d. dia. ⁊ pla.

De ariſtologia.

a Riſtologia eſt berba multū medici
nalis quāuis amara. cuius due ſūt
ſpecies. ſcȝ longa et rotunda. et utraqȝ eſt cali
da ⁊ ſicca. et eſt radix magis medicinalis quā
folia. In autumno debet colligi ⁊ ſeruatur per
bienniū. virtutem babet diſſoluendi et expel-
lendi venenū et ꝯſumēdi. bonū anbelitū facit /
ſplenem durum remollit ⁊ eiꝰ opilationes ape
rit: ventris dolorē ⁊ lateris amputat ac ſedat /
podagricis ⁊ caducis ſubuenit ⁊ cōtractis. con
tra morſus venenoſos cōfert / puluis eius car
nem mortuā leuiter corrodit in fiſtula ⁊ in pla-
ga. fetum mortuū de vtero expellit radix eius
ſi cum vino decoquatur (buiuſqȝ diaſcori.) de
ariſto. dicit plini. ⁊ Iſi. li. xvij ꝙ mulieribus fe
tis optima ſit. nā potata cū pipere ⁊ vino / ſor
ditiem parturiētiū mūdificat. ⁊ matricē expur
gat et mēſtrua ꝓuocat atqȝ purgat /

De agno caſto.

Gnus caſtus dicitur quedā berba
a calida et ſicca. cuius virtus ē vt d.
plini. conſeruare in bominibꝰ caſti
tatem. vnde et mulieres ratōe illius berbe fru-
tices ſecū deferre cōſueuerūt i mortuoꝝ exequi
is quādo propter boneſtatē publicaȝ oportuit
neceſſario cōtinētiā obſeruare. bec berba ſcd̄m
dia. ⁊ platea. ſemper viret / ⁊ eius flos potiſſi
me agnus caſtus nuncupatur. quia odore / vſu
ac viſu / reddit boīes caſtos ſicut agnos. Scd̄ȝ
dia. et platea. dicitur aperiendo poros / ⁊ ſpi-
ritus euaporando / ⁊ bumiditatē ſeminaleȝ cō
ſumēdo / inducere caſtitatē. Dicit etiā ibidē au
ctor ꝙ eius decoctio valet cōtra leucoflegman
tiam id eſt frigidam bidropiſim ſiue albam / ſi
in ſemine feniculi et modica eſula decoquatur.
Item ibidem fomentum decoctionis agni ca-
ſti / matricis exſiccat ſupfluitates ⁊ ipſius orifi
tium coāguſtat / mēſtrua aūt ꝓuocat / ⁊ litargi
am ſanat atqȝ ſoluit / ſi cū ſaluia et apio decoq̄
tur in aqua ſalſa / ⁊ inde poſterior pars capitiſ
fortiter abluatur. vt d. dia.

De artemeſia

Rtemeſia ē mater berbarum dicta
que quondā fuit a gentilibus dia-
ne que grece dicitur artemis conſe
crata (vt d. Iſidorus li. xvij.) Eſt autem ber-
ba calida ⁊ ſicca cuius radices ⁊ folia cōpetunt
medicine valet autem maxime contra ſterilita-
tem que ex cauſa bumida procreatur. in cauſis
aūt calidis et ſiccis non vȝ (vt d. dia.) mēſtrua
prouocat / matricem mūdificat ⁊ cōfortat / do
lores capitis decocta in vino vel aqua mitigat
⁊ ſedat / ſecūdinas ⁊ fetus mortuos euacuat /
calculos renum atqȝ veſice frangit. demonia ſe
cūdū pliniū fugat / ⁊ malis medicamētis ob-
uiat / trita cuȝ azibia dolorē pedum ex itinere
mitigat. cuius ſunt ſpecies plures. quarū vir-
tutes dicitur diana adinueniſſe ⁊ mortalibus
tradidiſſe (vt d. pli. ⁊ dia.) alias eiꝰ virtutes
refert auicenna.

De Auena

Uena eſt berba cuius ſemen ē bo-
a minū ⁊ equoꝝ vſibus aptum que
ſcd̄m Iſi. eſt ſic dicta eo ꝙ poſtquā
ſeminatur cito adueniat atqȝ creſcat. Habet au
tem ſecūdū platea. vires leuiter relaxantes / et
contra om̄eȝ tumoreȝ faſtiditates ⁊ duricias re
laxantes. ⁊ faciei immūdicias depurantes. vt
di. in platea.

De balſamo

Alſamum (vt di. Iſido. li. decimo
b ſeptio.) eſt arbor ſiue frutex terre nū
quam creſcens vltra altitudinem duorum cu-
bitorum et eſt viti ſimilis. in folijs autem ſimi
lis rute. ſed albioribus ſemperqȝ manentibus
cuius arbor dicitur balſamum / lignum vero ſi
lobalſamum fructus ſiue ſemen carpobalſamū
⁊ ſuccus opobalſamuȝ nūcupatur eo ꝙ ferreis
vngulis cortex ligni percutitur. ⁊ p cortices vul
nera quaſi per cauernas gutte opobalſami exi
mij effluūt et diſtillant. cauerna enim greco ſer
mone opo dicitur. cuius gutte adulterantur ad
mixto cyprio oleo cum melle. Sed cognoſcitur
ſophiſticum cum melle ſi gutta lacti diſtillata
fuerit coagulata. cum oleo vero ſi aque admix-
ta facile fuerit reſoluta / quia ut oleū enatat ſu-
per aquam. Si vero non fuerit ſophiſticū / ſta-
tim in aqua recenti petit fundum. veſtem mū-
dam quam tangit non maculat neqȝ polluit.
Balſama aūt ſi pura fuerint tantā vim babent

ht ſi ſol excanduerit/ſuſtineri in manu nō poſſunt (hucuſq; Iſido.) Plini. autem. li. xij. ca. xvij. ſic dicit omibus odoribus pfertur balſamum vni terrarū. ſ. conceſſum quondam. nec inueniebatur niſi in duobus regijs ortis/ quorum maior viginti iugerum erat. ſed poſt dominantibus romanis vinea balſami per multos colles ꝓpagata eſt. viti quippe ſimilior eſt ꝙ mirto. modo vinearum ſicut ⁊ vitis implet colles ſine adminiculis. ramis eius ſe ſuſtentant. ꝓcerior enī altitudo eis inter binos cubit s ſubſiſtit. cauendū eſt aūt ne cum ferro ad interiora ligni ledatur. ⁊ ideo cauendū eſt ne vltra corticē violetur. qꝛ leſo ligno interiori/totum perit.

Eneſta que etiā ab amaritudine dr̄/
qꝛ eius guſtus nimis amarus eſt ho
minibus/arbuſtū ē/ creſcēs in locis
deſertis incultis ⁊ ſaxoſis.cui⁹ ꝑſentia ſterili/
tatis ⁊ ariditatis terre vbi creſcit teſtis eſt.ha/
bet multos ramos graciles/duros/ et nodo/
ſos/virentes hieme ⁊ eſtate.floꝛes glaucos/
ſpiſſos/⁊ inuolutos.grauis odoꝛis /amari ſa
poꝛis.ſed tñ maxie ſunt virtutis.vt d. diaſco.
Nā floꝝ et folioꝝ ei⁹ elixatura ſplenis tūoꝛeꝫ
cōpeſcit.doloꝛi dentiū ſubuenit.mēſtrua ſtrin
git.fluxū diſſenterie ſiſtit.pediculos et lendes
ſuccus eius perimit.ſemē facit in quibuſdam
amarꝝ et nigꝝ tecis longis ⁊ nigris admodū
folioꝝ vitis vel piſe cōuolutū.⁊ valet ad pꝛe
dicta omnia.

De Grano

G Ranū ē minima tā ſeminis ꝙ arbo
ris ꝑticula diſtincta ſubſtantialiter ⁊
diuiſa. In quolibet aūt grano ē coꝛ
tex et medulla in aqua relinquit rō ſeminalis
vt ex grano terre cōmiſſo poſſit ꝓduci planta
vt in quolibet grano ē relicta potentia a natu
ra vt ex ea poſſit fieri planta qua mediāte ſpe/
cies ei⁹ multiplicet ⁊ in eſſe ſpecifico cōſeruet
vnde granum quāuis ſit modicū in ſubſtātia
coꝛticis et medulle/magnum tñ eſt in ratiōis
ſeminalis efficacia ⁊ virtute ⁊ ſicut grana dif/
ferunt in ſpecie ſic differunt in figura/ſitu/aut
diſpoſitione:vnde.d.ariſ.in.i.li.de plan.gra
na inquit ⁊ ſemina/alia naſcunt i plātis ſine
ſiliqua / vt ſemen aneti ⁊ feniculi ⁊ hmōi.⁊ a/
lia naſcunt in ſiliquis ⁊ in folliculis/vt faba ⁊
alia legumina.⁊ alia in ſubſtātia calloſa emit
tunt vt ſemina piroꝝ ⁊ pomoꝝ.et quedā ha/
bent granū in teſta et calluꝫ extra teſtā.vt nux
et oliua. Grana autem oꝛdinata in ſiliquis et
folliculis variant multipliciter in ſitu. qꝛ que
dam habēt grana ſua multiplicata in ſiliqua
ſua/ſicut accidit in celidonia quedā herba va
lens ad oculos.quedā faciunt grana in folli
culo clauſo.vt faba/piſa/⁊c.quedā ī nō clau
ſo vt triticū et ſpelta et ſimilia.quedā aūt non
faciunt ſuā grana in aliquo folliculo vt grana
oꝛdei/ſed paleā ſuā quaſi ꝯtinuāt cuꝫ grano
ſuo. Et quedā grana ſūt dupla ꝑ oꝛdinē abſ
qꝫ pariete in ſiliqua ſua vt grana celidonie.et
quedā ſūt duplata ꝑiete mediāte.vt pꝫ. et in
granis naſturtij.et quedā triplicāt in diuerſis
ꝑ oꝛdinē in cellulis eiuſdē folliculi.vt pꝫ ī mir
to in cuius fructu ſūt tres celle/et in qualibet
cella tria grana vel quatuoꝛ ſine ꝑiete aliquo
ſunt ꝯiuncta in quibus ē inter grana et grana
paries ligneus/ſicut in caſſia fiſtula.aliquan
do paries carnoſus/vt pꝫ ī cucumere et cucur
bita.et quādoqꝫ inter grana ſunt ꝑietes diuer
ſi generis et diuerſe ſubſtantie.vt accidit ī ma
logranatis in quib⁹ ſunt quidam parietes car
noſi inter grana et grana ſimiliter et quedam
tele tenues nō carnoſe ſunt inter grana et gra
na. Sed ſicut differunt grana et grana iter ſe

Digitized by Google

in ſubſtātia/ita etiam in figura. habent enim
quedam formam rotundā. quedā piramida
lem et oblongā. quedā triangulā vel multila
terem/vt pʒ in ciceribus. grana etiā que ſunt
oblonga in vno latere videnť eſſe quaſi ſciſſa
vt pʒ in grano tritici et conſimilib⁹. Corticib⁹
aūt ſiue telis muniunť grana propter interno
ris medulle et caloris naturalis conſeruatio
nem. hucuſq̧ Ariſto.

De Gith

g Gith genus eſt leguminis ſimilis ci
mino in quātitate ſed nigri coloris.
et in pane ſpergitur dulcorādo. vt. d
glo. ſup Iſa. xxvij. Scđm Ariſ. platea. et dia.
gith eſt herba calida et ſicca in ſecūdo gradu.
que inter frumenta naſcitur habens ſemē par
uum/nigrū/et quaſi triangulū/diureticuʒ/et
ſubamarꝫ. habens virtutē diſſoluendi et con
ſumendi. opilatiōes etiam ſplenis et epatis
habet diſſoluendi virtutē et aperiendi et ven
toſitates extenuādi/et emoroidas inflatas ſe
dandi et eoꝝ fluxus reſtringēdi et lumbricos
vermes cū melle interficiendi. hāc herbam di
cunt eſſe vigellā/cuius decoctio in aceto occi
dit vermes aurīū ſi auribus tepida inſtilletur.
apoſtemata rumpit ſi cū furfure et ſemine lini
et fimo columbaꝝ in vino decocta cathaplaſ
metur. ꝯtra leprā etiā valere dicitur/ſi cū rapha
no et modico ſale apponatur. menſtrua ꝓuo
cat et aborſum ꝓcurat ſi mulier inde ſubfumi
geť contra ſtranguriā ꝛ iliacā paſſionē vinum
in quo per noctē vigella fuerit infuſa propine
tur. nec debet decoqui ne nimis violēta effici
atur. nā vt dicit cōſtan. vigella in multa quā
titate ſumpta occidit.

De Ilice.

i Ilex cis. ē ſpēs quercꝰ arbor ſcʒ glan
difera. ꝛ dī ab eligo. gis. qꝛ vt dicit
Iſi. li. xij. huius arboris fructꝰ ho
mines ſibi primo ad victū inuenerūt ꝛ elege
runt. priuſq̄ eni frumēti eſſet vſus antiqui vi
xerunt glande. Inter arbores aūt glandiferas
honorabilior iudicatur ilex cuiꝰ fructꝰ. (vt dicit
pli. li. xvi.) multas reficit natiōes. Eſt ſiq̄dem
ilex arbor groſſe ꝛ ꝓfunde radicis ſolidiſſimi
ligni ꝛ corticis duriſſimi et etiā rugoſi ramoſi
tatis ꝛ rōne foliorum vmbroſitatis iocūde ꝛ
quo ad fructus glandiferos nō modice fecun
ditatis. lignū ſiquidē eius forte ē ꝛ durabile
imo fere īputribile. nā eiꝰ trunci in lapidū ſo
liditatē cōuertunť. et quāto per lōgiora ſecu
la in talibus locis hūidis defigunť. tāto am
plius indurant. ꝛ iō talia ligna deoꝝ tēplis ꝛ
regaliū edificioꝝ ſtructuris erāt apta. iō pro
pter indiſſolubilē ligni naturā ex ilice deorū
ſimulachra ſepius ſculpebanť. vt. d. plinius.

De Junipero.

Juniperꝰ ē arbor ſic dicta apud gre
cos/eo q̧ ab amplo in anguſtū finiť
ſicut ignis vel qꝛ cōceptū diutiꝰ ignē
cōſeruet/adeo q̧ ſi prime ex eius cinere fuerit
coopte vſq̧ ad annū (vt dicitur) nullateniꝰ exti
guenť pir ſiquidē apud grecos ignis dicitur.
Juniperus aūt alia eſt magna alia pua (vt. d
Iſi. li. xvij. ꝛ vtraq̧ arbor ē aſpera ꝛ quaſi a
culeata/ꝛ folia habens multa gracilia ꝛ acu
ta/ꝛ vtraq̧ eſt fructifera ſed pua magis. mul
ta eni ſunt grana pua ꝛ rotunda/primo viri
da ꝛ poſt efficiunť quaſi purpurea vel quaſi
ſubrubea quando plenarie ſunt matura viro
rem fructus ꝛ folia vix deponit. Eſt autem ar
bor calida ꝛ ſicca in tertio gradu. (vt d. diaſ.
cuius fructꝰ cōgruunt medicine que i vere col
liguntur ꝛ p bienniū reſeruanť. virtutem habent
diſſoluendi/cōſumendi/ꝛ cōfortandi contra
fluxum ventris ex acumine medicine valet de
coctio baccaꝝ eius in aqua pluuiali/ſi inde
patiens balneeť. Ex iunipero etiā fit oleū iu
niperinuʒ efficaciſſimū cōtra quartanā. ſi quo
tidie pondus dragma in cibo vel alio modo
offerať. valet etiā cōtra iliacā paſſionē ſi par
tes dolentes inde perungāť. epilenticis et ca
ducis ſubuenit lapidē frangit ſi per ſiringaʒ
mittať. Siringa eſt fiſtula ſubtilis cū qua me
dicina mittiť in veſicā. vi..ā decoctiōis iuni
peri cū ficubus ſiccis pectꝰ purgat. tuſſim tol
lit (hucuſq̧ diaſco. ꝛ platea.) in locis ſaxoſis
ꝛ incultis creſcit ꝛ in deſertis. eius vmbrā fu
giunt ſerpētes. vt d. pli. ꝛ iō fructꝰ eius crediť
valere ꝯ venenū.

De Iſopo

i Iſopus ē herba breuis et modica ꝛ
inter petroſa creſcēs ꝛ in radicibus
petre ſolide ſe infigens. (vt d. caſſi.
ſup pſal.) hanc herbā. d. dia. eſſe calidā ꝛ ſic
cā in tertio gradu. Huius virtꝰ cōſiſtit in flori
bus ꝛ folijs plus q̄ in ſtipite vel in radice. in
eſtate aūt ꝓducit flores ꝛ tunc dʒ colligi. i lo
co vmbroſo mundo ꝛ nō fumoſo dʒ deſiccari
virtutē hʒ diſſoluendi/ꝯſumendi/ꝛ attrahē
di/ac mundificandi. pulmonē ꝛ oīa vicia pe
ctoris ex frigida cā purgat ꝛ mundificat/ſi cū
ficub⁹ ſiccis in vino decoquať ꝛ patienti pre
beať dolorē ſtomachi ꝛ inteſtinoꝝ tollit. fomē
tū ex aqua decoctionis eiꝰ a ſupfluis humo
rib⁹ matricē mundificat ꝛ abſtergit. herba iſo
pi in teſta calefacta ꝛ capiti ſuppoſita/catar
rum frigidū cōpeſcit. guttulā cadētē reprimit.
dolorē ex ventoſitate tollit. Dicitur autem hic

ĩſopus hoc iſopū. ⁊ a quibuſdā auctorib⁹ ei⁹
media corripiť ⁊ a quibuſdā ꝓducť. Dicitꝰ eni
in aurora. Eſt humilis petre que ſuis radici/
bus herens. Et viciis iſopus herba pectoris
medens. In claudiano vero ꝓducť. (vt di.
alanus li.x.) Se celū terre confortat cedr⁹ iſo
po. Et iterū alius quidā dicit. Pectoris her/
ba canos rupes incedit iſopus. Et iteꝝ aliuſ
Ad pulmonis opus cōfert medicamē iſopus
Tante etiā auctoritatis fuit hec herba q̄uis
modica apud veteres. vt di. pli. ꝙ ſine ipſius
aſperſione ſe purificari nō poſſe indelubris re
putarent. vnde etiā apud hebreos faſciculo
iſopi mundandi ſolebant purificari. vt patet
Exo.xij. et leui.xij. ⁊ numeri.xv. Inſuper eius
puluis valet cōtra hidropiſim vt di. diaſ. li/
uorem a corpore mundat et colorē vultibus
optimū adminiſtrat. dolorē dentiū mitigat. ti
nitus aurium ſedat. et etiam lumbricos necat
vt dicit idem.

De Jacincto.

i Acinctus ē herba habens florē pur/
purcū/ traxit aūt nomē a puero quo
dā nobili qui in ſaltibus inter floreſ
purpureos mortu⁹ ē repertus. deditq; nomen
herbe caſus funeris puerilis. Eſt etiā ſimilis
viole in radice. vt d. pli. li.xvij. eius nois pari
ter et coloris eſt quidā lapis precioſos qui in
ter duodecim lapides precioſus in apoc. nu/
merať. Jacinctus itaq; eſt nomē hominis la/
pidis atq; floris propri⁹ itaq; color eius ē ae
reus ſiue celeſtis purpureū hꝫ colorē ſāguiniſ
ſiue ignis vel biſſenmis. Iſtis duodecim co/
loribus colorata fuerūt ſacerdotalia veſtimē
ta in veteri teſtamento.

De Juſquiamo

i Uſquiamus grece a latinis diciť ca/
nicularis eo ꝙ in haſta eius ex vtro/
q; latere quedā creſcūt capitella for/
mata in figura cancroꝝ. ſicut eſt videre ĩ ma/
lis puniciis ſeu granatiſ. vt d. Iſi. li.xvij. quo
rum ora ſepata ſunt diuerſa habentia int⁹ ſe/
mina ſimilia papaueri. hec herba inſana vo/
cať. qꝛ vſus eius piculoſus ē. nam ſi edať vel
bibať inſaniā facit vel ſomni imaginē turpi/
dam. ⁊ iō hanc vocat vulgus milindrū ꝓpter
alienationē mentis quā inducit. Iſi. hec aūt
cū ſit herba venenoſa habet ſemē nigꝝ. / rube
um ⁊ acerbū. vt di. dia. ⁊ pli. Nigrū peſſimuꝫ
eſt et mortiferꝝ. rubeū ē minus malū ſed albū
adhuc minus. vnde huius vſus magis cōue
nit medicine. virtutē hꝫ cōſtringendi/ mortifi
candi/ et ſomnū ꝓuocandi. habens ſemen ni
grum hꝫ folia nigra/ aſpera/ et dura. et floreꝫ
purpureos ⁊ folliculos duroſ ⁊ ſolidos ⁊ ſpiſ
ſos. habens vero ſemen obruſū flores habet
mellinos ⁊ folliculos meliores ſed hñs ſemē
albū flores habet albos/ et folia pinguia et
mollia ſucco plena. ⁊ hec herba frigida eſt in
tertio gradu/ ⁊ ſicca in ſecundo. et iō tumores re
percutit ventrē ſtringit. fluxū ventris ſiſtit. dolo
rem dentiū de calida cauſa tollit. reuma cali/
dū cōpeſcit. (buculcq; diaſ. ⁊ pli. De ſemie ſiq̄
dē iuſquiami dicit ariſ. in libro vegetabilium
ſemen hebeni id eſt iuſquiami qđ ē mortiferū
apud ꝑtes in hieruſalē ē comeſtibile. ex quo
pꝫ ꝙ eius malicia ⁊ venenoſitas ꝑ bonitateꝫ
terre vbi creſcit/ vel malicia diminuiť vel auge
tur. De iuſquiamo dicit magiſter in hiſtoriis.
ſup Exo.xxiiij. ꝙ in tiara ſiue ſummi pontifi/
cis corona ſtabat flos erectus ſimilis herbe
quā greci. iuſquiliamos vocant. digiti vnius
magnitudine. Sub illo aūt in extremitate tia
re circa frontē ⁊ occiput erat circulus aure⁹ tri
plici diſtinctus ordine ſup quā ſtabant flores
aurei ſimiles plantagini a tympore ad tymp⁹
⁊c. vnde in hoc fuerūt priuilegiate iſte herbe.
ꝙ earum ſimilitudo in cidari ſacerdotis ſūmi
figurari meruit.

De Caſtanea.

c Aſtanea eſt arbor magna et ꝓcera a
grecis ſic vocata. (vt dicit Iſido. li.
xvij.) eo ꝙ fructus eius gemi in mo/
dum teſticuloꝝ inter folliculū reſcinditi ſunt
qui dū eiiciunť caſtranť. et iō tales arbores a
caſtrando. caſtanee greco vocabulo nuncupā
tur. hec arbor cū excīſa fuerit tanq̄ ſilua pullu
lare cōſueuit (vt d. Iſi.) hec arbor eſt multuꝫ
vtilis. nā eius lignum valet ad edificioꝝ ſtru
cturā. ad igniū nutrimentū. eius fructus valēt
ad cibū et folia et cortices ad medicinā. fru/
ctus ſiquidē eius q̄uis ſub vili cortice aſpero
⁊ duro in arbore abſcondať/ tamen qñ matu
rus extrahitur dulcis inueniť. potiſſime autē
qñ decoquitur vel aſſatur. ſicut autem ſubdit
Iſa. in die. Caſtanee ſunt calide ĩ medio pri
mi gradus et ſicce in ſecundo. et iō rōne calo
ris habēt dulcedinē. rōne vero ſiccitatis hñt
ponticitatē. Caſtanee crude comeſte ſūt infla
tiue et doloris capitis ꝓpter incluſum fumū
generatiue. Sed vt ab eis nocumentum aufe
rať/ oportet vel ꝙ aſſentur/ vt corpulentia eo
rū terreſtris rarificeť. vel vt in dulci aqua deco
quanť. vt ex aque humiditate et mollicie tēpenť
⁊ tūc hñ nutriunt ⁊ laudabiles hūores gene/
rant ⁊ corpis ac pectoris ſiccitatem tēpant. ⁊
marie ſi cū zucara comedanť a colericiſ aut fle
gmaticis cū puro melle. valent etiā ſcđm me
dicinam/ qꝛ abbominationis ⁊ vomitus ſunt

Digitized by Google

cõſtrictiue ꝛ ieiuni ſtomachĩ cõfortatiue. Itẽ caſtanee cũ modico ſale trite et cũ melle tẽpare / rabidi canis vel hoĩs morſus ſunt optime ſanatiue. Itẽ cũ farina ordei ꝛ cũ aceto cathaplaſmate / tumoris mãmillaꝝ ſunt efficaciter repreſſiue. Itẽ eaꝝ cortices ac folia vſta ꝛ puluериſata ac cũ vino tẽpata adoleſcentis capiti admodũ cathaplaſmatis appoſita augmẽtant capillos ꝛ ꝓhibent eoꝝ caſuꝫ. (hucuſqꝫ Iſaac in die.

De Lauro

Aur⁹ ẽ arbor victorialis digna multis laude p̃conijs ꝓpter ſingulareꝫ grẽ ſue excellentiã et virtutum. ꝓpter qđ ꝛ victores quondã obtenta victoria. ſertiſ laureis coronati laureati dicebãt. quam greci damnẽ vocãt / cuius virtutes ꝛ ſingulares ꝓprietates ſupra poſuimus in hoc eodem li. in littera. D. quere ibi ꝛ inuenies.

De lentiſco.

Entiſcus eſt arbor ſimilis humilis ꝛ medicinalis que a grecis ꝛ hebreis cinus alio noĩe appellaẗ vt. d. glo. ſup danie. xiij) cuius folioꝝ ſucc⁹ ſanat et conglutinat ſaſſa labia ſiue alia vlcerata. vt diciẗ ibidẽ. ꝛ dr̃ lentiſcus eo ꝙ eius cuſpis mollis ſit et lentus. nã qđ molle ẽ ꝛ flexibile lentum dicere ꝯſueuimus. (vt d. Iſi. li. xvij.) Iſtius arboris fruct⁹ oleũ deſudat / ꝛ cortex reſina q̃ maſtix appellaẗ. et ẽ melior que in chio inſula generaẗ. (vt dicunt Iſid. et pli. li. xvi.) Folia iſtius arboris ſcđm diaſ. pli. ꝛ platea. ſicut ꝛ tota arbor calida ſunt valde ꝛ ſicca. ꝛ habent virtutẽ ꝯſtringendi / cõſolidandi / ꝛ ꝯfortãdi. ꝛ valẽt ꝯ vomitũ ꝛ oẽm fluxũ tã ſanguinis ꝙ̃ humoꝝ alioꝝ. ſimiles virtutes hꝫ gũmi eius ſcꝫ maſtix que a maſticãdo ſic dr̃. eo ꝙ maſticata ſic efficiẗ glutinoſa ꝛ dura ad modũ cere. circa dentes / ꝛ ſic maſticata gingiuas a putridis hũoribus purgat. dentes mobiles cõfirmat ꝛ dealbat / ꝛ eoꝝ radices roborat ꝛ cõfirmat. anhelitũ maluꝫ amputat ꝛ emundat. Hec maſtix ſic colligiẗ in fine veris cortices cini ſeu lentiſci inſcindunẗ et mundificata terra veſtes mũde ſupponunẗ ne liquor cadens in terrã cadat. vnde que clara eſt et mũda ꝛ alba ẽ eligenda. que vero hꝫ terrã admixtã ꝛ que obſcura eſt abijcienda. cerebꝝ emundat ꝛ depurat / ꝛ multũ excreare facit. virtutẽ digeſtiuã cõfortat. ventoſitatẽ attenuat. liquefactũ ſup tegulã calidã oĩa fracta gẽmas ſcꝫ ꝛ alia miro modo cõſolidat. Dicit enã pli. ſic et diaſco. lentiſc⁹ ẽ arbor multũ ſpinoſa cũ radice alta i plurimas ptes diuiſa / fructũ habens ſimilem mirto ſed minorẽ / rubeũ interius qñ eſt maturus habẽs aſperã lanã intus / cuius ſucc⁹ maxime ſanat fluxum mulierum.

De Lilio.

Iliũ vt. d. Iſi. ẽ lactei coloris herba cui⁹ candor cũ ſit in folijs. auri tamẽ ſpẽs intus fulget. De lilio aũt dicunt diaſco. ꝛ platea. liliũ calidũ ẽ ꝛ humidũ. ꝛ aliud ẽ ſilueſtre ꝛ aliud domeſticũ ꝛ aliud gerit purpureũ florẽ. ꝛ aliud albũ qđ eſt meli⁹ ꝛ efficacius. et aliud croceũ vel purpureũ. Eſt aũt virtus lilij maturatiua. vnde valet ꝯ apoſtemata ſi cũ axungia cõteraẗ. Itẽ ei ineſt virt⁹ remollitiua. vnde valet cõtra duriciã ſplenis ſi ei⁹ ſucco oleo veteri admixto ꝛ bene incorporato ſplenis regio mungaẗ. Itẽ ei ineſt viſ mundificatiua. vnde valet ad faciẽ colorãdã ſi puluis eius cum aqua roſacea admiſceatur ꝛ facies cũ eadem mixtura abluaẗ. Item mitigatiua. ꝛ iõ folia ei⁹ decocta et impoſita. valꝫ ad loca que ſũt cõbuſta. Idẽ facit radix ei⁹ ſi trita cũ oleo apponaẗ. Itẽ virtus ei⁹ eſt apertiua ꝛ cõpactoꝝ diſſolutiua. iõ educit mẽſtruoſitatẽ. Itẽ virtus ineſt ei tumoris repreſſiua ꝛ iõ valet ꝯtra apoſtemata ex ventoſitate inflatiua ſi radix eius trita cũ oleo ſepius apponatur. (hucuſqꝫ diaſco.) De lilio aũt ſic dicit pli. lilia multis modis nobilitãt florẽ ſuũ. Nam potate cũ vino ſerpentũ ict⁹ ſanãt. ꝛ valent ꝯ frigidoꝝ maliciã ꝛ venenũ decocte i vino oleo admixto clauos pedũ et nodos ſoluũt. pilos quoqꝫ locis aduſtis reddũt. in vino etiã decocte addito melle venis p̃ciſis ſubueniũt folia eius decocta in vino vulnera ſanãt. ſemẽ eiuſ cõtritũ igni apponiẗ ſacro. flos ꝛ folia ſubueniunt vlceꝝ neceſſitati. hucuſqꝫ pli. li. xx. c. xix. Itẽ in eodẽ li. c. v. roſe nobilitati ꝓximũ eſt ꝛ quadã vnguenti cognitione. Inde eni ſirnobile vnguentũ ſiue oleũ qđ lilioꝝ appellatur ſicut ꝛ de roſis oleũ roſaceũ fieri cõſueuit. De radice ei⁹ ꝓcedit haſta interdũ triũ cubitoꝝ ꝫ deinde dependet ab eius ſũmitate flos decliuij ab anguſtijs in latitudinẽ ſe relaxãs ꝛ dilatans / admodũ cãpanelle reſupinus / ꝛ i circuitu laboris intus habẽs quaſi tenue filũ cõtinens in ſe ſemẽ ſtantibus i medio croceis vnde nihil lilio groſſius ẽ ad decentiã coloris. odoris redolẽtiã et efficaciã corporis et virtutis. cui⁹ color eſt triplex. albus rubeus ꝛ purpureus. (hucuſqꝫ pli. li. xx. c. v.) Habet aũt lilium radicẽ ex multis bullis ꝯſiſtentẽ / ſicut allium vt di. ariſt. li. vegeta.) ꝛ in ſingulis bullis eſt virtus ſeminatiua. ꝛ iõ ex quocũqꝫ creſcat plãta qñ p ſe plantatur. de hoc quere ſupra et de allio i lr̃a. A. dicit ad p̃dicta ariſt. ꝙ haſta lilij

Digitized by Google

⁊ que nodoſa ē ſi incuruaꝫ in terrā ⁊ coopiatur anteꝗ̃ aperiaꝫ ſemē eius ⁊ radix eius ſiue cepa nō eradiceꝫ ſtatim infra paucos dies ꝙ inuenies ꝙ a quolibet nodo ſtipitis ſui emittet paruā cepulā quaſi eēt illa de nutiās ſuis ſiue de bullis cepulis.ſ.radicis ⁊ hoc eſt mirū valde. Itē ibidē ſequiꝫ flores lilij prius ſunt virides poſt albeſcunt.⁊ ſi ſtipes ſiue haſta a radice totaliter abſcindaꝫ.qꝛ totus humor ſtipitis ē incluſus/naturalis calor ī medullis ſe cōuertit ad ſupiorē ptē ſtipitis et digerit ipaꝫ materiā ipſi⁹ floris ⁊ tunc expandit floſculos ⁊ albeſcit humore primitus tunc digeſto. ⁊ iō vt dī ibidē verſificatores cōpauerunt liliū intellectui humano qui in fine ſolliataꝫ de eternis. Itē dī ꝙ liliū nō habeat rōem ſeminatiuam in ſemine ⁊ radice et in hoc differt a porro et allio ⁊ alijs que habent rōnem ſeminis ī multis locis. De hoc quere ſupra de allijs ⁊ cepis in lr̃a. A.et. C. Lilij inſup haſta nouiter cū flore abſciſa glebe argilloſe infixa in viroꝛe ſeruat diutius florē ſuū.flos lilij qū īteger eſt intactus pmanet.multū ſuauiter redolet. cōfractus vero manib⁹ ⁊ cōfricatus multū fetet.ipſū quoꝙ florē cū ſemie ſolū ꝓ fructu bꝫ totā etiā virtutē quā liliū bꝫ in ſtipite et in radice totū oſtendit in capite.ſ.in flore ⁊ in ſemine.⁊ quanto flos ipſi⁹ altius in haſtili erigiꝫ/ tanto caput ſubmiſſus inclinaꝫ. Flos inſuper eius eſt exterius planus/ſuauis tactu/et forma rotundus/aſpectu delectabilis ⁊ iocūd⁹. Interius aūt granis aureis in ſua cōcauitate ē reſperſus que tingunt plus ꝗ̃ crocus et hec tingentia grana ſeptē haſtulis ſuſtentanꝫ. vñ ex ſex folijs candidiſſimis ſimul cōtiguis cōponitur/ex ſeptē granis aureis intrinſec⁹ decoratur/in quo medio ſemen eius loco fruc⁹ miro decore collocaꝫ/et circūexpanſi floris beneficio teneritudo ſeminis a leſione frigidi aeris cuſtodiꝫ.

De lactuca.

Lactuca (vt d. Iſi.)ex lactei humoris ſubſtantia eſt vocata/vel quia nutrientes mulieres lacte implet. hec ī viris venereis motū arcet.cui⁹ duplex ē ſpecies ſcꝫ domeſtica et agreſtis.quā ſeraliā vocam⁹/ eo ꝙ in dorſo ei⁹ aculeos bꝫ duros ad modū ſerre vt dicit. Iſi.li.xvij.ca.vi.de qua.d. Iſa. in die.lactuca agreſtis domeſtice in forma eſt ſimilis.ſed longiores bꝫ frondes ſubtiliores aſpiores ⁊ minus virides ꝑpter ſue hūiditatis puitatē.et iō multe eſt amaritudinis ⁊ pōticitatis reſpectu illius que ē domeſtica. quia maioris eſt caloris ⁊ ſiccitatis. ⁊ iō multi dicunt ꝙ mēſtrua ꝓuocat ⁊ humores crudos expellit. vt.d.dia.lactuca vero domeſtica frigida ē ⁊ humida.ſed tēpate/ita ꝙ neutra qualitate excedit modū.et iō eius vſus cōgruit eſui ⁊ nō medicine.⁊ ſubtilē bꝫ ſubſtantiā ⁊ maxime qñ erit recens.⁊ iō cito digerit ⁊ ſtomachi arſurā ⁊ morſurā et colera rubea ſedat.ſāguiſ ebulitionē refrigerat.⁊ inſōnietatē placat.capitis dolorē ex fumo colerico ſanat.lac ī mulieribus multiplicat ⁊ ſemē in viris generat ⁊ augmētat ⁊ hoc accidit ꝑpter bonitatem ſanguinis quē gignit in pfecta quātitate ⁊ ī pfecta etiā qualitate ſed qñ antiquaꝫ ⁊ induratur minuiꝫ eius hūiditas ⁊ amaricaꝫ.et ex vſu ei⁹ ſanguis peſſim⁹ generaꝫ.virtus viſiua iñ deficit ⁊ debilitaꝫ.cuius cā eſt ſenſus animalis mortificatio.qꝛ cū ſua ponticitate ſenſū ſuffocat naturalē.et iō talis lactuca generare volētibus maxime eſt nociua. Nā materiā cōgelat ⁊ coagulat ſeminalē ⁊ ꝓcipue ſemē eius/ſi ī cibo aut in potu ſepius aſſumaꝫ (huc uſꝙ Iſa in die.) Pli. aūt lib.xx.c.viij.de lactuca dicit ē ſpēs lactuce ſponte naſcentis quā caprinā vocant/qua ꝓiecta in mare/ꝓtinus necantur piſces qui ſūt in vicino.cui⁹ lac cū aceto ⁊ aqua ⁊ vino hidropicis medeꝫ.cuius caule ⁊ folijs cōtuſis aſperſo ſale nerui incīſi ſananꝫ. Alia eſt ſpēs lactuce que naſciꝫ in aruis cuius folia trita cū polenta illita vlcerib⁹ ſanāt.et hāc greci iſopon vocant. Tertia ſpēs creſcit in ſiluis quā ſtatio vocāt.cui⁹ folia trita cum polenta vulneribus ꝓſūt ſanguinē ſiſtūt.⁊ putreſcentia vulnera ſanant.radice et folijs mitigāt ſacrū ignē. Eſt etiā alia ſpēs lactuce habens rotunda folia ⁊ breuia quā multi heraciā vocāt cui⁹ ſuccū accipitres ſcalpendo herbam extrahunt.⁊ inde tangentes oculos diſcutiunt obſcuritatē et caliginē cū ſeneſcūt.cui⁹ herbe ſuccus ſanat oīa vicia oculoꝝ.et maxie qñ ei lac mulieris admiſceꝫ.ſerpentū morſibus ⁊ ſcorpionū ictibus medeꝫ/ſi ſucc⁹ ei⁹ cū vino potetur.et folia trita ſup vulnus emplaſtreꝫ. oēm etiā inflationē diſcutit ⁊ cōpeſcit. Semē etiā lactucis tam ſilueſtris ꝗ̃ domeſtice libidinis imaginatiōes in ſomnis cōpeſcit ⁊ corp⁹ pollui nō pmittit ſi in cibo frequēter aſſumaꝫ.frequēs tñ vſus ei⁹ ⁊ nimius eſus oculoꝝ officit claritatem. Multas alias laudes attribuit ei plinius in eodē capitulo.ſed hec ſufficiant

De Lappa.

Lappa ē herba hñs folia lata ⁊ ſpiſſa circa terrā hñs in ſūmitatib⁹ haſtulaꝝ quedā capitella ſpinoſa ⁊ aculeata ſed recurua/que veſtib⁹ trāſeuntiū ſolēt adherere.(vñ.d. Iſi.li.xvij)lappa ē dicta/ eo ꝙ

habeat caulē ingentē ꝑ terrā diſperſā q̄ a grecis philātropos dr̄. eo ꝙ veſtib⁹ hominum adhereat ob aſpitatē ſui et naſcatur iuxta muros ⁊ dr̄ philātropos. i. amās hoīes qꝛ quaſi quadā affectione videtur hoīs adherere veſtibus. Cui⁹ ſpecies eſt duplex acuta et rotunda ad ſimilitudinem pedū caballi. vnde et a multis vocatur virgula cabellina. et vtriuſqꝫ folia grauis et horribilis odoris ſunt pariter et ſaporis. (vtꝫ d. diaſ.) Sed pli. d. li. xx. c. xxij lappe multe ſunt ſpecies et oēs ſūt medicinales. nā ictib⁹ ſcorpionū medentur nec feriunt hoīem ſi iunct⁹ fuerit. ſucco eius. decoctio radicis eius dentes ꝯfirmat. ſi tepida in ore teneatur. Semen ei⁹ execrabilia vicia ſtomachi curat. reijcientibus ſanguinem ꝓdeſt. diſſenterijs ſubuenit. nā radix ei⁹ cū vino ſiſtit aluū ſed folia cū ſale adiecto. ſoluūt. ſemen ei⁹ potui datū calculoſos adiuuat. tota herba trita cū axungia valet cōtra ſtrumū. (huc uſqꝫ pli.) Sed ſcd̄m platea. lappa ſiue lappatiū eſt herba calida ⁊ ſicca habēs virtutē diſſoluendi / relaxandi / aperiendi / accedendi. ⁊ iō valet cōtra ſcabiē ꝑruritū / ſerpentū / ⁊ impetiginē. et intercutaneū cōſumit humorē. apoſtematū diſſoluit duriciē ⁊ tumorē. valet cōtra frigidā hidropiſim et ſplenis opilationē. ſucc⁹ eius cū ſucco rute admixtus cerebꝝ purgat a flegmatica ſuꝑfluitate. ſi in modica quātitate naribus in balneo vel in aere calido inſtilletur.

De lappate.

Appates cibus ē ex quibuſdam herbis domeſticis recentibus lappatijs ſimilibus cōpoſitus aut cōfect⁹. vt. d. glo. ſuper iudi. xv. vnde alexan. nequā ait. Lappates cibus eſt olus cōponit eundē. Scd̄m alios lappates eſt genus caulis habēs folia lata vt lappa / ſed folia lappatis ſunt mollia / craſſa / ſubalbida / palma īuoluta / inter ſe mirabiliter cōnexa / habēs ſtipitē breuē et groſſū nodoſū exterius / ſed mollē interius ⁊ carnoſum. Hec herba cōuenit eſui et medicine / ⁊ inde fit cibus bonus qui diu ſeruari pōt ſi decoctio cū aceto ſinapi ⁊ melle diligentius cōponatur. et talis cibus vulgariter cōpoſitū nuncupat̄ / cui virtus eſt ſingularis ſcꝫ reſiſtere ebrietati. (vt. d. pli. li. xx. c. x. nam ante cibū comeſta cauet ne ebrietas ſuperueniat poſt crapulam ſumpta / cōpellit crapulā vt recedat. ⁊ vt clamat ſcola raſis cunctis fractis. hac herba nihil ē vtilius ſtomacho atqꝫ neruis. et iō paraliticis ⁊ tremulis iubet eā dari et ſanguinē reijcientibus. lactis vbertatē p̄bet pueris. valet etiā ſucc⁹ eius aduerſus venenū ⁊ ſerpētū ictibus occurrit / et maxime ſemē ei⁹. ſimiliter ⁊ valet cōtra morſum canis. vt. d. Iſid. li. xvij.

De Leguminibus

Egumina ab eligendo ſunt dcā quaſi electa. veteres enī meliora eligebant ⁊ inde ſibi cibaria cōponebant ⁊ dicunt̄ proprie quedā grana tritico ⁊ ordeo maiora et groſſiora que nō in folliculis / ſ; potius ī quibuſdā ſiliquis groſſis ſpiſſis ⁊ clauſis oriunt̄. vt pꝫ in piſis cicerib⁹ atqꝫ fabis. differunt aūt legumina in magnitudine / colore / figura / et ſapore. Nam inter legumina maiora ſunt grana fabaꝝ ⁊ lupinoꝝ. mediocra ciceꝝ ⁊ piſaꝝ. minima lenticulaꝝ ⁊ viſciarum. In colore differūt qꝛ quedā alba. quedam nigra / quedā rufa. ⁊ quedā mixta. In figura qꝛ quedā rotunda. quedā oblonga. quedā triangula. quedā plana. Differunt etiā in ſapore / qꝛ quedam ſunt ſtiptica ⁊ dura. ſed per decoctionē fiunt mollia et ad eſuꝫ meliora. quedā ēt ſunt amara. vt lupini. ſed per adiectionē in aqua ⁊ madefactionē efficiunt̄ dulciora. Et vt d. pli. legumina quādo incipiunt matureſcere rapienda ſunt ꝙ cito exiliunt lateꝗ cum deciderint vt lupini. (ſicut d. pli. li. xviij.) Eſt aūt legumē ſubſtantialiter frigidū et ſiccū ad digerendū duꝝ ⁊ cōpactū. vnde ꝓpter ſuā cōpactionē difficile ē ad coquendū neceſſe ē poſ ſunt bene decoqui in aqua puteali imo ad ꝑfectā decoctionē indigent aqua fontana ſiue fluuiali. cibus itaqꝫ rudis ⁊ groſſis de leguminibus fit / cuius vſus cōueniens fit hominibus fortioris nature ⁊ cōplexionis. Nam leguminoſa ex ſe ad digerendū ſunt dura / ſ; digeſta multū nutriunt ⁊ cōfortant. ſed naturaliter ſunt inflatiua et ventoſitatis generatiua. ſed eoꝝ vētoſitas diminuit̄ per corticis depoſitionē vel decoctionē ⁊ aſſationē ⁊ ꝑ eoꝝque ventoſitatis ſunt exterminatiua appoſitionē vel aſſationū. vt ciminū anetū et ſimilia. (vt dicit diaſco.

De Lente.

Ens tis. ge⁹ ē leguminis vt. d. Iſi. li. xviij. ſic dicta. qꝛ humida eſt ⁊ lenta potiſſime qñ ē in ſua herba a qua diminutiue dr̄ lenticula. ⁊ dꝫ ſcribi ꝑ. t. ad differentiā vermis capitis qui dicitur lens lendis. et ſcribit̄ per. d. vnde dixit quidam. Lens lendis capiti lens lentis cōuenit ori. Eſt itaqꝫ lens vel lenticula. (vt d. Iſa). frigida ⁊ ſicca ex cōtrarijs naturis cōpoſita. Nam vnā virtutē hꝫ in cortice ⁊ aliā in medulla. nā in cortice hꝫ quoddā acumē rōne cui⁹ mouet ventreꝫ ad ſolutionē. ſed medulla ſtiptica ē ⁊ ſtomachi cōfortatiua ⁊ operatur ad cōſtrictionē. groſ-

ſum ⁊ melancolicum gignit ſanguinem et ce-
rebꝝ replet fumo groſſo. vnde eſt cauſa timi-
doꝝ et horribiliū ſomnioꝝ. vētoſitate ſtoma-
chum grauat. ⁊ inflationē generat oēs meatꝯ
corporis et tranſitus opilat ⁊ neruoꝝ ac pelli
culaꝝ cerebri ſubſtantiā deſiccat ⁊ maxime no
cet pelliculis oculoꝝ. qꝛ eaꝝ humiditatem di
ſtemperat ac deſiccat vt. d. ideꝫ. Sanis nocet
oculis quanto magis infirmis deſiccationis
ſue cauſe. et eius frequēs vſus peſſimas ī cor
pore generat paſſiones potiſſime ſi cū cortice
comedaꝝ/ et corpus ſicce fuerit cōplexiōis hu
midis tn̄ et calidis quādoqꝫ ꝓdeſt. vnde va-
let hidropicis ſi ſine cortice comedaꝝ. ſed cum
cortice nocet. qꝛ multā generat inflationem ⁊
pelliculaꝝ extenſionē. Lens aūt eſt eligenda
que ē groſſior et recētior ⁊ ad coquendū facili
or. ⁊ hec tam ad eſcā ꝙ etiā ad medicinā lētis
malicia tēpatur ſi deponiꝝ cortex et eius me-
dulla in dulci aqua decoquaꝝ ⁊ poſt abiecta
cū oleo pipere ⁊ cimino ⁊ cū ſimibꝯ cōdiatur.
huc uſqꝫ Iſa. in die.) Dicit aūt pli. li. xviij. ca.
xij. lens amat terrā tenuē ⁊ ſubtilē vel ſterilem
magis ꝙ pinguē. ⁊ celū id eſt aerē magis ſic-
cū. omnis enī legumina diligūt aquam ante
florē ſed poſtꝙ defloruerint diligunt ſiccitatē

De Lino.

l

Inū dicitꝝ tam herba ꝙ ſemen. et eſt
ſic vocatum eo ꝙ molle ſit atqꝫ lene
⁊ plurimū delicatū. vt d. Iſid. li. xix.
Linū aūt ſcd̄m pli. li. xij. c. ij. ſeriꝝ in locis pla
nis et ſcrupuloſis et hoc in vere. ⁊ colligitur ī
eſtate. erūpit aūt in ſtipitē ſiue culmū rectum
ꝓducens flores flauos quibus ſuccedūt que
dā capitella loco ſeminis ac fructꝯ. ⁊ cum inci
piunt capitella paleſcere culmi integri euelluꝝ
⁊ auulſi a ſuis capitellis. ſemē cōtinentibus
carpinanꝝ. deinde colligantes ptes lini in fa-
ſciculos colliguntꝝ et longo tēpore ī aqua ma
turanꝝ. et extracti de aqua ad ſolē deſiccantur
⁊ poſt multis tonſionibꝯ ⁊ carpinationibus a
ſuis ſupfluis expurganꝝ. et ſic partes defeca-
te in fila cōtorquenꝝ. et poſt multiplicē deco-
ctionē ad albedinem deducunꝝ. Non enī linū
a ſuo virore terreſtri pōt ſpoliari ⁊ pfecto can
dori decorari. n⁊i multotiens contundunꝝ et
decoquaꝝ. ⁊ ſoli appoſitū aqua iteꝝ aſpergaꝝ
Et cū ſint multa genera lini, illud pualet ī de
core quod ſolet creſcere in egipto. Nā inde fit
biſſus lini incōpabilis in candore. vt d. pli.
li. xix. ca. ij. Minus tamē habet firmitatis hoc
genus lini ⁊ plus lucri quia inde fiunt veſtes
gratiſſime ſacerdotū. Eſt aūt linū neceſſarium
ad vſus multos. nā ex lino hūt veſtimēta ad
induendum. vela ad nauigandum. ⁊ retia ad
venandum et piſcandum. filum ad conſuen
dum. funes ad ligandum. et cordule ad ſagit
tandum ligamina ad connectenduꝫ. linee ad
menſurandum. lintheamina ad quieſcendum
cortine ad ornandum. ſaccule et burſule/ ad
quodlibet neceſſariam reponendum. vñ nul
la herba tam diuerſis vſibus eſt hominū ita
neceſſaria ſicut linum. cuius ſemen calidū eſt
et humidum. vel inter humidum et ſiccū tem
peratum vnctuoſum. vnde inde fit oleum qꝺ
alijs vſibus magis eſt neceſſarium ꝙ ad eſuꝫ
Nam vt dicit Iſaac ſemen lini parum nutrit
⁊ durum eſt digeri. nociuum eſt ſtomacho et
plurimum inflatiuum diureticum. tamen aſ
ſum cum melle acceptum melius eſt ⁊ valꝫ cō
tra tuſſim comeſtum. etiam cum melle et pipe
re venerem excitat ⁊ ſtimulat ad amorem. va-
let ad apoſtemata quia maturat ea. habꝫ enī
vim mitigatiuam ſubtiliatiuam ſiue ratificati
uam maturatiuam. vnde ſoluit apoſtemata
matricis ſi patiens in eius decoctione ſepius
foueatur. vt dicit Iſaac in dietis.

De Malo

m

Alus eſt arbor pomifera in ſe qui
dem magna. ſed reſpectu lignorū
quidem nemoris modica et ſub
miſſa. ligno ſolida. rugoſa cortice
⁊ nodoſa frondiū denſitate vmbroſa. florum
varietate decora. fructuū ſuauitate iocunda.
viſui et guſtui gratioſa. in diuerſis medicinis
efficax ⁊ virtuoſa. Dicitꝝ autē malus ipſum po
mū ſiue fructus/ ſed hec malus dr̄ ipſa arbor
ſiue pomus. ⁊ eſt ſic dicta eo ꝙ eius fructꝯ ſit
rotundus. vnde et illa ſunt vere mala que ma
xime ſunt rotunda. (vt d. Iſi. li. xvij. nam ma
lū in greco rotundū dr̄ in latino. Differt auteꝫ
malus ab alijs arboribus ſilue vel nemoris
quia malus maxime eſt domeſtica. duplicis
ē nature/ nā truncū hꝫ a terra rotundū. ſurcu
lum autem aliunde venientem ipſi trunco in
ſertum et vnitum. que duo quando per inſer
tionē pariter ſunt vnita vnam arborem cōſti
tuunt. ſurculus autem inſertus trunco totam
virtutē trunci in ſuā tranſmutat qualitatē. vt
d. Alfredus ſuper. i. li. vegetabilium. Quere
ſupra. eo. in tractatu de arboꝝ inſertione circa
principiū. Malus autem niſi puteꝝ et a ſup
fluis nimis exoneretꝝ ſterileſcit vt. d. idē. qꝛ hu
mor attractꝯ a radice nō ſufficit ad ꝓductionē
fructuum. quia tranſit in ramorum ſterilium
nutrimentum. Quere ſupra de cauſa fru
ctificationis arborum. Malorꝫ diuerſa ſūt

genera. nam quedam ferunt fructum ponticū atq̧ durū. quedā acetoſū. quedā dulcē ⁊ iocūdū: et horū fructuū diuerſitas ex diuerſa qualitate humoris procedit ⁊ debiliori vel fortiori operatione caloris exiſtis in radice. ſicut ſupra in principio tactum eſt.

De malogranato.

Aluſgranata arbor ferens malogranata arbor ſiquidē ē feminini generis fructus vero neutri. ⁊ dī malūgranatū eo q̄ inter corticē ⁊ rotunditatē ꝯtineat multitudinē granatorū (vt d. Iſido. li. xviij.) cuius cortex dī pſidia flos vero balauſtia nūcupatꝰ. Florū aūt alij ſunt albi alij purpurei. alij roſei reperiunꝰ. hec poma mala punica ſunt dicta/ q: de regione punica primitus ſūt delata (vt d. Iſi. Eſt aūt arbor multū dura ramoſa ⁊ nodoſa plus in latū q̄ in altū ſe diffundens/ et frigoris impatiēs. vnde in pruina cito pereūt flores eius. Dicit autē anſ. q̄ malusgranata mutatꝰ a malitia ſua p culturā. Quere ſupra eo. de arborū cultura. Iſtius aūt arboris multe ſunt ſpecies/ ſed de duobꝰ tam loqui ſufficiat. Nā ſcd̄m diaſco. ⁊ Iſa. in die. Malorū granatorū duo ſunt genera. Alia eni ferunt poma dulcia calida et humida alia acetoſa que frigida ſunt et ſicca/ et diutius ceteris poſſunt obſeruari. dulcia vero magis cōueniunt vſui ⁊ medicine. Nā tota arbor medicinalis ē ⁊ parū cōuenit cibarijs fructꝰ eiꝰ (vnde d. Iſid. li. xvij.) negant eni medici corpora noſtra mali punici cibo nutriri/ ſed putant q̄ plus ꝯgruat medicamēto q̄ corporis alimento. hē ſiquidem tota arbor (ſed potiſſime fructus eius.) virtutē cōſtringendi. cōfortandi. cōſolidandi ⁊ humores fluidos deſiccandi. et fluxum ſanguinis intercipiendi et vomitū colericū compeſcendi vt expreſſe docent Iſa. diaſ. ⁊ pli. ſi tū more cōgruo et ordine debito exhibeantur valēt cōtra ſingulas intrinſecas et extriſecas corporis paſſiones. dulcia tū magis ſūt ventoſa et inflatiua alijs et etiā ſitis minus febricitātibus ſedatiua. et iō minus conueniūt febricitantibꝰ q̄ acetoſa. et quorū ſucco fit potꝰ qui dī oxizacara qui calorē febrilē mitigat ⁊ alterat. appetitū ꝓuocat ⁊ naturā ex calore deficientē repat mirabiliter ⁊ cōfortat ⁊ valet contra epatis calefactionē ⁊ cordis defectum ſiue cardiacam paſſionē. flores eius etiā fructꝰ ac cortices ſi puluerizenꝰ et in potu aſſumantur vermes veteres necant. dentes et gingiuas purgant optime et cōfirmant ⁊ cōtra multas alias ſubueniunt paſſiōes. vt. d. diaſ. ⁊ Iſa. mala punica in oībus p̄dictis ſunt efficaciſſima q̄uis eni ſunt crocea exteriꝰ in cortice ⁊ diſcolorata ſtiptica/ et deſiccata Interius tamē ſunt rubea humida et mollia iocunda et ſapida ⁊ miro ac incredibili nature artificio p granulorū cellulas ordinata. vt dicit hem.

De Moro.

Orus eſt arbor cuiꝰ frutex dī morū vt d. Iſi. lib. xviij. Morus a grecis ē vocata quā latini rubū vocāt. eo q̄ fructꝰ eius ⁊ virgula rubēt. Eſt autem duplex morus domeſtica. ſ. ⁊ ſilueſtris cuiꝰ fructus ī deſerto paſtorū reuelant famē cuius folia ſupiacta ſerpenti ipſū interimūt. Itē dicit amb. ſup mattb. xvij. fructus mori in flore albus. deinde viret. tertio rutilat ſiue rubet. vltimo nigreſcit atq̧ liuet. nā quanto ē maturior tanto nigrior eſt. cuiꝰ fructꝰ tingit manꝰ et dentes comedentis. Scd̄m pli. aūt ⁊ diaſ. morus ē arbor habens ſemē ventrifluū id ē ſolutiuū. cuius ſuccus expreſſus et ad ignē ſiue ſolē deſiccatus fit ſtipticus ⁊ cōſtrictiuus vlcera oris et vulnera ſanat. fauciū tumorē reprimit atq̧ ſedat. cortū radicis coctū et potatū ventrem laxat. et lumbricos latos necat. folia eius cōcuſſa et impoſita oleo cōbuſtiones ſanāt. decocta cū aqua pluuiali capillos denigrant morſus phalangionis ⁊ puncturas aranearū curant dolorē dentiū placant et putredinē mundificant gingiuarū. mora imatura frigida ſūt ⁊ ſtiptica et cōfortatiua ſtomachi ⁊ cōſtrictiua ſed quāto plus maturanꝰ. tanto efficiunꝰ calidiora et etiā dulciora et humidiora. comeſta multū poſt prandiū in corruptionē cōuertunꝰ et ſtomacho et capiti multū nocent. a ieiunis vero accepta/ bene et de facili digerunꝰ ſed nutriunt vale parū. Folia mori celſi ſunt magna et lata que erucis et brucis ſunt obnoxia et a vermibus libentiſſime comedunꝰ et vermes ſericū egerentes mori folijs optime nutriūtur tota arbor medicinalis eſt p̄cipue quo ad cortices. fructus folia et radices. nā ſi radix eius inciſa fuerit gūmi emanabit qđ valet ad varias paſſiones. nā ventrē emollit. dolorē dentiū tollit. hucuſq̧ diaſ. ⁊ pla. Ex moris fit potus optimus ſiue nobilis quem moretū vulgariter appellamꝰ. quē elephātes cū potant animoſiores efficiūtur. vt. dicit rabanꝰ ſupra Matth. v. c. fit inde electuariū dyamoron dictū. qđ valet ꝯtra ſquinnanā et gutturis aut fauciū paſſiones. vt. d. pla.

De Mirto.

Irtus ſcd̄m Iſid. eſt dicta eo q̄ ī litoribus maris ſolet ſepiꝰ oriri. vñ virgiliꝰ. Litora mirthetis letiſſima et

adamãtis littora mire ⁊c.hinc eſt qḋ a grecis
mirricie dr̄.medicoꝝ aūt libꝛi hāc arboꝛē aptã
ſcribunt et multaꝝ neceſſitatibꝰ mulierum de
putatã. (hucuſq̧ Iſi.) Scḋm pli.aūt vel dia
ſco.mirtꝰ ē arbuſtū admodū fruticis creſceus
potiſſime iuxta mare cuiꝰ fructꝰ floꝛes ⁊ fron/
des ꝯueniunt medicine. Melioꝛes autē ſunt
fructꝰ q̄ floꝛes et habent diutius cōſeruari.ſ;
melius in ſolis caloꝛe q̄ in aura vmbꝛoſa ha
bent alia ꝯſeruari.⁊ quāto ſimpliciꝰ ſūt fructꝰ
recētioꝛes tanto ſūt melioꝛes.⁊ habēt oīa illiꝰ
fruticis ſubſtãtialia virtutē pōticã ⁊ ꝯſtricti/
uã ⁊ ex aromaticitate cōfoꝛtatiuã.⁊ etiã d̉ na
tura ꝓpꝛia fluxꝰ ſupflui reſtrictiuã ⁊ virtutis
retentiue in coꝛpe coopatiuã.vñ valet ꝯ̄ fluxū
ventris ad ſpūalia mēbꝛa defluentis. ſi deco
quaꝛ̄ in aqua pluuiali ⁊ inde pectꝰ fomenteꝛ̄
vomitū etiã reſtringit ſi decocti ramuſculi eiꝰ
cū aceto ſup ſtomachū apponãꝛ̄. de ea puluiſ
factus vlcera ⁊ vulnera ſuauiter cōſolidat. itē
di.pli.mirtus alia eſt alba alia nigra/⁊ vtra/
q̧ ſtiptica ſed nigra magis.vñ cōtra fluxū ſan
guinis vtiliter exbibeꝛ̄ vrinã cōmouet. ꝓdeſt
ꝯtra venenū ⁊ puncturã ſcoꝛpiōis ſi poteꝛ̄ eiꝰ
decoctio valet cōtra allopiciã ⁊ fluxū ſimiliter
capilloꝝ cū farina tritici mixta.valet cōtra tu/
moꝛes oculoꝝ.ſfit aūt oleū mirticū de folijs ⁊
baccis eiꝰ qḋ ē lenitiuū/cōſolidatiuū/⁊ mun
dificatiuū/et valet ad oīa ſupꝛadicta.aures
aūt mundificat ſanioſas ſi tepefactū inſtillaꝛ̄.
hucuſq̧ pli.) Sup Iſa.c.xli.dicit hierony.
Mirtus ē aromatica arboꝛ et ipūtribilis/teſ
ſa mēbꝛa cōſolidat ⁊ reparat.⁊ iō cōſolatoꝛeſ
ſancte eccleſie ſignat. Eſt etiã tempatiue ⁊ mi
tigatiue virtutis ac refrigeratiue. vt d.idē ſup
Iſa.lx.ca.

De mirrha

m Irrha ē arboꝛ ī arabia altitudīs quī
q̧ cubitoꝝ ſimilis ſpine q̄ aromaticū
dicunt.cuiꝰ gutta viridis ē ⁊ multū
aromatica ⁊ amara vñ ⁊ nomē accepit mirra
vt d. Iſi.li.xvi.cuiꝰ gutta p ſe manãs p̄cioſi/
oꝛ ē.que vero facto vulnere inciſo coꝛtice elici
tur.vilioꝛ iudicaꝛ̄.tuiꝰ ſarmēta arabes igne fo
uent.quoꝝ fumus ē valde noxius/niſi odoꝛe
ſtoꝛacis occurrat.aliter eni cōtrahūt homies
moꝛbos inſanabiles tali fumo. Purioꝛ autē
mirra ⁊ melioꝛ colligitur apud trogoditas in
arabia vt d. Iſid.⁊ pli.li.xij.c.xvij. vbi dr̄ q̧
mirra ſcīt arboꝛ quinq̧ cubitoꝝ creſcēs ī ſiluis
arabie/cuius folia ſunt ſimilia folijs oliue. ſ;
magis criſpa et ſpinoſa ac aculeata. Ramos
habens ſimiles iunipero.inciduntur autē bi
nis tempoꝛibus rami eius.ſed pꝛius ſponte
ſudant antequã incidantur.⁊ gutta que ſudã
do effluit/ſtacten dicitur.et hoc omnibus ge/
neribus mirre pꝛefert.⁊ mirra electa a pluri/
bus appellaꝛ̄. Sunt autē ſeptē genera vt dr̄
idē.c.xviij.ſc; trogodita.⁊ illa magis ē electa.
ſcḋa gelbonitica.tertia diãtrides.quarta col
latica.quinta empꝛatena ideſt ſalbana. ⁊ illa
eſt alijs mirtibus magis tenuis.ſexta quãdiu
ratim ⁊ odoꝛariã vocant.⁊ hec ceteris magis
eſt candida.⁊ hec adulteraꝛ̄ gūmi et glebis lē
tici.ſeptima eſt indica/et illa ceteris peioꝛ eſt
⁊ cū illa alie ſpecies mirte adulteranꝛ̄. (hucuſ
q̧ pli.) Mirra vt d. diaſco.eſt gutta arboꝛis
circa ramos caloꝛe ſolis indurata.⁊ ē eligēda
citrina et rufa interius aliquantulū lucida et
huius alia eſt minuta alia ē groſſa que trogo/
dita appellaꝛ̄.ab inſula vbi creſcit ſic calida ē
⁊ ſicca et habet virtutē cōfoꝛtandi et ex aroma
ticitate ſua cōducendo ptes in vnū habet vim
diſſoluendi et cōſumendi mediocriter et equa
liter ex qualitatibus ſuis vnde cōſeruat coꝛ/
poꝛa moꝛtuoꝝ quando ex mirrhe cōfectioni/
bus condiunꝛ̄. Reſeruatur aūt in optia effica
cia mirra fere centū annis.valet cōtra omnes
cauſas reumaticas ⁊ fluxus inoꝛdinatos di/
geſtionē etiã confoꝛtat ⁊ viſcoſos humoꝛes
maxime a ſpūalibus mēbꝛis purgat odoꝛis
fetoꝛē emūdat.⁊ omnia gingiuaꝝ vicia ſanat
et deſiccat vlcera labioꝝ putrida cōſolidat cō
ſumit ⁊ conglutinat.cerebꝝ confoꝛtat.et ma/
tricem multū roboꝛat ⁊ confoꝛtat ⁊ omnē eiꝰ
ſuperfluitatem conſumit ⁊ deſiccat et cōceptū
iuuat.vermes aurīū necat.carnē ſuperfluã co
rodit/⁊ bonam ac viuam generat ac ꝯſeruat.

De Mirto.

m Irtum eſt vnguentum de mirra ⁊ ali
is ſpeciebus aromaticis compoſitū
⁊ confectū cuius virtute nerui ⁊ alia
ſenſibilia mēbꝛa confoꝛtanꝛ̄.et humoꝛes ī iū
cturis ac articulis exiſtentes conſumunꝛ̄.eius
aromaticitate ſpiritus animales repanꝛ̄. In/
terficiuntur vermes ac pediculi eius amaritu/
dine et pꝛohibet ne naſcantur.ſudoꝛes fetidi
mirto cōpeſcuntur.cōſeruantur coꝛpoꝛa in de
licatione nec putredine diſſoluuntur

De mandragoꝛa.

m Andragoꝛa eſt dicta eo q̧ habeat
mala ſuauiter olentia in magnitu
dine mali maciani.vnde et latini
malum terre vocant. Hanc poe/
te antropomeros vocant eo q̧ habeat radices
foꝛmam hoīs quodãmodo ſimilātē cuiꝰ coꝛ/
tex vino mixꝰ poꝛrigitur ad bibēdū his quoꝝ

corp⁹ ē ſecādū vt dolorē nō ſentiant ſoporatī
Huius ſpēs ſunt due. vna ē femiea que ē i fo
lijs ſimilis lactuce/ mala generās alia ē ma/
ſcul⁹ cui⁹ folia ſūt ſimilia folijs berbe. (vt di.
Iſi. li. xvij) Diaſco. aūt dicit mandragorā eſſe
berbā ſomniferā cuius folia ſunt ſup terram
ſperſa. radices bꝫ duas aut tres ſibi inuicem
coberentes de foris nigras int⁹ vero albas/
cū corio groſſo. maſculus bꝫ folia alba et te/
nua ꝛ radicē ſimilē alteri poma naſcūť ſup fo/
lia ſicut galla ſup folia quercus. ꝛ ſunt colore
crocea odore ſuauia/ tñ cū quadā grauitate i
ſapore. qꝛ ſunt inſipida ꝛ iō nō cōueniūt eſui
ſed tm̄ medicine. nā cortices eius decocti in vi
no dormire faciunt ꝛ oēs dolores ꝯpeſcūt vñ
ꝛ vix tunc cpis ferre ſentiunť paſſiones. Cau
te tñ mandragora ē vtendū. qꝛ ſi in nimia q̄/
titate accipiť infert mortē (vt d. idē) nam vt di
ciť in platea. virtutē babet infrigidandi ꝛ ali
quantulū mortificandi ꝛ ſomnū ꝓuocandi. ꝛ
iō ſuccus eius cū lacte mulieris tymporib⁹ ap
poſitus. ſomnū ꝓuocat in pacītis. et quia eſt
berba ſubſtantialiter frigida/ dr̄ ꝙ fruct⁹ eius
extinguit ignē ſacꝝ. cōpeſcit etiā colere ipetuꝫ
ꝛ ventris fluxū (bucuſꝙ platea.) idē tñ ꝓpo/
nitur ꝙ ſcḋm naturā ſimilitudo bois vel mu/
lieris in radice eius nullaten⁹ inueniť/ ſed po
tius a ruſticis vel maleficis ſophiſtice ſic for/
matur. Diciť aūt babere virtutē prebitiuā mu
lieribus cōcipiendi. qḋ ſimiliter obnuere vide
tur augu. ſup li. geñ. c. xxx. ꝛ boc dicit auguſti.
occaſione rachelis que mandragoras deſide
rauerat. Dicit tñ ꝙ vidit philoſophoꝝ libros
qui de virtutib⁹ berbaꝝ tractant ꝛ de eis di/
cit ſe nibil taliū in eoꝝ ſcriptis tunc temporis
reperiſſe: Salua tñ auctoritate beati auguſti/
ni. multi auctores dicunt mandragorā multo
tiens banc babere virtutē. Unde dicūt cōſtā.
diaſco. pli. ꝛ platea. ꝙ mandragora ſumpta
modo debito matrices diſponit ad conceptio
nē quā primitus calor nimius ꝛ ſiccus conce
ptionis materiā impediuit. Mulieres itaꝙ.
calidas ꝛ bumidas diſponit ad cōceptioneꝫ
cū ſit frigida et ſicca. vt dr̄ in plateario/ et boc
diſpoſitiue. ſed mulieres frigidas et naturali/
ter ſiccas. impedit potius ab buiuſmodi di/
ſpoſitione. Multas alias bꝫ mādragora vir
tutes/ que vt d. diaſco. tumores corporis re/
peraunt atꝙ tollit. morſibus venenoſis occur
rit. omneꝙ fluxū corporis inferius ꝛ ſuperius
reſtringit. Dia ſupius poſita dicunť in libro
plinij. xxxv. c. x. vbi dr̄ ꝙ mandragore duo ſūt
genera. ꝛc. (ꝛ ſequiť poſt multa) cauent foſſo
res mandragore in eius foſſura cōtrariū ven/
tum et tres circulos gladio circūſcribunt/ ꝛ p⁹
expectant effodere ad occaſum/ ꝛ ita credunt
eſſe precipuas vires. ſuccus eius colligiť/ ꝛ in
ſole deſiccať. mala eius matura in vmbra de/
ſiccať. odor maloꝝ eſt grauis et infert ſomnuꝫ
ꝛ ex odore ſuo vis ſomnifica eſt vt dicit. idem

De Milio.

m Ilium ē berba babens baſtā longā
ꝛ nodoſam ad modū canne/ cui⁹ ſe/
men eſt valde minutū frigidū et ſiccū
vt dr̄ in dietis. Ex boc atteſtať eius leuitas et
cōcauitas ꝛ abſentia viſcoſitatis ꝛ vnctuoſi/
tatis ꝛ modici nutrimenti cōfortat eni ſtoma/
chum gratie ſue ſiccitatis ꝛ conſtipat ventrem
Eſt aūt ſm̄ diaſco. diureticū/ ꝛ aſſatum ſedat
ventris torſionē/ ſanguinē laudabilē non ge/
nerat infrigidat ſtomachum et deſiccat vt di/
citur in dietis.

De menta.

m Enta eſt berba odorifera calida ꝛ ſic
ca ſtomachi cōfortatiua. Et ē duplex
ei⁹ ſpēs. ſ. ortēſis ſeu domeſtica ꝛ iſta
bꝫ maiorē vim calefaciendi q̄ prima. ꝛ diciť
grece colocoſia quā latini neptā ſiue colamen
tū vocant. vt di. Iſi. li. xvij. c. vlti. ꝛ eſt berba
multū medicinalis. Alie ſunt ſpēs mente que
creſcunt in paluſtribus et in pratis. / ſed non
ſunt tante efficacie in virtute vel calore ſūt eti
am grauioris odoris pariter et ſaporis q̄ mē
ta domeſtica ſeu ortenſis que ē berba ſe multi
plicans et cito de terra pullulans ꝛ aſcendēs
cui⁹ baſtula in terra reflexa et ab bumo recta
cōuertitur in radicē ꝛ cito ex ſe nouā ꝓducit ꝓ/
lem. Eſt aūt menta ortenſis magne efficacie ſi
ue ſit ſicca ſiue viridis. bꝫ eni virtutē diſſoluē
di et cōſumendi ex qualitatibus ſuis. ex aro/
maticitate cōfortandi ꝛ ꝓuocandi appetituꝫ
et ſuo acumine decocta in aceto fetorē oris am
putat ꝛ gingiuas putridas et corruptas pur/
gat. vomitū ex debilitate virtutis retentiue ve
nientē cū aceto ſedat. odore ſuo et ſapore cō/
tra ſincopim ꝛ debilitatē ſpirituū iuuat/ matri
cē mundificat a ſupfluis ꝛ cōfortat. decocta i
vino dolorē viſceꝝ et renū placat. cuꝫ vino et
oleo decocta mamillas ex coagulatiōe lactis
induratas ſuppoſita ſanat. ſucc⁹ ei⁹ venenis
obuiat. et potat⁹ lumbricos necat/ et vermes
auris in vino et oleo decocta frigida apoſte/
mata diſſoluit ꝛ curat/ tuſſim mitigat. bucuſ/
ꝙ diaſco. et platea. Similiter Iſa. li. ij. in die
tis dicit idem addens ꝙ abbominationē am
putat et ſingultū ſedat linguā lenit aſperam
ſi ex ea fricet. aſſuefacta i cibo venerem excitat.

De malua.

Digitized by Google

Alua eſt mollis herba a molliendo
m alũm dicta. vt dicit Iſi. li. xvij. et ſi
cut dicit idem vna cũ plinio. ſi ſucco
eius admixto oleo aliquis ſe inunxerit a pun
ctura apum ledi nõ poterit. mẽbra etiã linita
ſucco malue nõ patiunt puncturã nec morſũ
ab aranea vel a ſcorpione vt d. pli. Eſt autẽ
eius duplex ſpecies / minor ſcʒ ⁊ maior que al
tea dicit. ⁊ vtraq; eſt herba humida inter fri-
gidũ ⁊ calidũ tẽpata (vt dicitur in dietis.) et
hoc pʒ per eius virtutẽ ⁊ actionẽ. quia dige-
rit apoſtemata et maturat / maxime eius radix
⁊ ſemen. cuius decoctio valet cõtra fluxũ ſan-
guinis. Quedã eni habet viſcoſitatis q̄ ſi cũ
vino potui det diſſoluit groſſos humores re-
num ⁊ frangit lapidẽ ⁊ duritiẽ ſplenis mollifi
cat atq; laxat. decoctio eius puocat ſomnum
ſi facies et extrema corporis inde abluant. ſe-
minis ſui decoctio valet ptiſicis ⁊ ꝯ tuſſiſem
ei⁹ in oleo decoctũ. duritiẽ ſoluit. mollificat
mũdificat / ⁊ maturat vt dr̄ i pla. Denuce

Ux eſt arbor / cuius fruct⁹ ſimili no-
n mine nuncupatur. ⁊ ẽ ſic vocata. eo
q̄ vmbra eius vel ſtillicidia foliorũ
arboribus vicinis noceant quã multi latini
alio nomine ioui laudem vocãt / quaſi iouis
laudem. Fuit eni hec arbor quondam ioui cõ
ſecrata / cuius fructus totã habet vim. vt miſ-
ſus inter fungos ⁊ cibos venenoſos / quicq̃d
in eis virulentũ ẽ exfundat / rapiat / et extinguat
vt d. Iſi. li. xvij) Cuius fructus habet durũ et
amarũ corticem / ſed nucleum valde dulcẽ. vn
de omne pomũ corio vel cortice duriore tectũ
dicitur nux. (vt dicit idẽ) vt pinee / caſtanee /
auellane / et huiuſmodi. Eſt itaq; nux arbor
alta ⁊ procera habẽs ramos et nodos diffu-
ſos et folia lata / neruoſa / piramidalia ⁊ acuta
grauis odoris ⁊ saporis / cui⁹ vmbra dormi
enti ſub ea eſt nociua ⁊ diuerſarum infirmi
tatum generatiua. cuius tamen radix / cortex
fructus / et folia cõueniunt medicine. nam vt
dicit diaſ. ſuccus radicis ⁊ corticis nucis ma
ioris extractus ⁊ potui datus ad quantitatẽ
vnius oragij ſubuenit difficultati vrinãdi po
tatus etiã cũ aceto repugnat febribus venien
tibus cũ frigore ⁊ rigore. cines tingit ⁊ mun
dat / ⁊ prohibet caſus capillorũ. Eſt aũt mul-
tiplicis virtutis ⁊ efficacie. fructus ei⁹ ꝯuenit
etiã vſui medicine. et cum multiplex nux inue
niatur. tamen de maioribus ſiue gallicanis ⁊
minoribus ſiue auellanis pl⁹ loquimur quo
ad cibum ⁊ medicinã. Nux autẽ vſualis ⁊ do
meſtica que a multis dr̄ gallica variat in ſub
ſtantia et virtute et in figura. Nã in ſubſtãtia

vt dicit Iſaac in dietis. Conſideratur vt viri
dis aut vt recens aut vt matura. In prima di-
ſpoſitione ſcʒ viridi habet exterius coriũ ſiue
corticẽ colorẽ quidẽ viridẽ / ſed saporẽ pontĩ-
cum et amarũ ⁊ manus cõſtringentis inficien-
tem / interius aũt teſtam paulatim obtinet co
rio extrinſeco duriorẽ infra eius ambitum nu
cleum continet vnctuoſum / ſaporoſum / ⁊ mul
tum dulcẽ / nuclei rñ medulla que infra teſtã
ẽ cõtenta / quadã pellicula velut quadã tuni-
cula eſt vndiq; circũtecta / ne tenera nuclei ſcʒ
ſubſtantia a teſte frigiditate ſeu duricia lede-
retur. et illa quidẽ pellicula teſta mollior ⁊ me
dulla nuclei durior ⁊ amarior ab expertentib⁹
inuenit. et quanto nux plus ad maturitatem
producitur tanto plus ſeparatur illa corti-
cula a ſubſtantia teſte. et medulle nuclei icor-
porat forti⁹ et vnitur / ita q̄ nux ab ea vlteri⁹
nõ diuiditur niſi quandoq; p aque calide vel
alterius humidi infuſionẽ caſu aliquo artifici
aliter emollitur. Nux itaq; viridis minus ẽ ca
lida et ſicca naturaliter q̄ antiqua et min⁹ ſto
macho nociua. que ſi cum ruta comeſta fuerit
ieiuno ſtomacho erit penitus veneno inimica.
Nuces vero mature vt dicit Iſa. quedã anti-
que / quedã inter has mediocres. Recẽtes ſũt
magis humoroſe / mediocres vero ſunt ma-
gis ſicce / ſed antique conſumpta humiditate
p caloris intenſionẽ humoroſitatẽ digerentẽ
magis ſunt generaliter vnctuoſe / ⁊ iõ multũ
comeſte in humores colericos de facili cõuer
tuntur. et maxime quando a calidis cõplexio
nibus ſepius aſſumunt. q̄ in talibus generãt
aduſtiones ⁊ capitis vertiginẽ inferunt et dolo
rẽ. qui vero eas tempate comedunt et tempe
rate ſunt complexionis / bene eas digerunt. et
eis congrue nutriuntur. Uirtus aũt earũ atten
ditur penes effectũ medicine. Nã generaliter
ꝯtra rem venenoſam corpora cõſeruant. quia
ſua ventoſitate meatus corporis opilant. et
vim veneni ad vitalia intrare nõ permittunt.
idem. Simile dicit pic. ⁊ pli. ⁊ dicūt ꝙ ſi ocu
lum lupi erutum viderint quadrupedia dome
ſtica fugiunt/ atq; timent. In libro macro. di
cit conſtan. pili canis, aīōi nullā maculam ni
gredinis in ſe habentis ſi fuerint ſuſpenſi cir
ca collū patientis iuuant epilenticū ⁊ ꝓhibēt
eius caſum. Simile dicit pic. in li. romanorū
fiat inquit anulus ex vngula aſini nigredineʒ
non hn̄tis ⁊ induat eū epilenticus/ iuuat ⁊ ꝓ
hibet eius caſuʒ. ⁊ dicit ꝙ fel taurinū ſub vm
bilico inunctū ſoluit ventrem. Dicit etiā ideʒ
dens ſerpentis eradicatus dum vixerit/ ſuſpē
ſus ſuper quartanariū ſoluit quartanaʒ eius
⁊ ſi fumigaueris domū cum pulmone aſini/
mundas eā ab omni reptili ⁊ ſerpente. Has
⁊ multas alias virtutes admirādas. dicit pli.
in mēbris animaliuʒ latitare. ſicut in naturis
animaliuʒ particulariū poſt dicetur/ q2 nihil
eſt in corpore animalis/ qd̄ careat manifeſta/
vel occulta medicina. nam pellis ⁊ pilus/ cor/
nu/ ⁊ vnguis/ caro ⁊ ſanguis/ non ſunt ſine re
medio/ nec ipſe fimus. Sʒ hec ad preſens di
cta generaliter hic ſufficiant.

d

Eſcriptis animaliū ꝓprietatibus
⁊ naturis in generali. reſtat deſcri
bere dei gratia quorūdā aīalium

extrepaliuȝ proprietates in ſingulari/ ⁊ hoc ꝑ ordinem alphabeti.

a

Ries eſt pecus laniferum animo placidum/ naturaliter manſuetuȝ (vt dicit Iſidorus libro .xij. capitulo .i.) Eſt autem dux ⁊ princeps ouium/ ⁊ ideo dedit ei natura fortitudinem. Decuit.n. arietem ducem ceterarum ouium ⁊ tutorem/ alijs eē viribus fortiorem. ⁊ ideo vt dicit Iſidorus aries veruex a viribus eſt dictus eo ꝙ tanꝗ̄ vir ouium/ cum ſit maſculus ceteris videntibus ſit amplius virtuoſus. vel vt dicit idem Iſi. veruex eſt a verme dictus/ eo ꝙ vermem habeat in capite/ cuius pruritu excitat⁊ caput concutit fortiſſime/ ⁊ quicquid ſibi obuiat dure ferit/ ⁊ iō aries ab ares grece quod dicitur virtus latine/ eſt vocatus. quia in gregibus maſculi dicuntur arietes/ quia ad fecūdandas oues virtuoſi ſunt atq; fortes. nam corporis magnitudine ⁊ virium fortitudine/ ⁊ cum virtute oues alias precellunt. dicit̄ auteȝ aries ab aris. quia vt dicit Iſidorus. hoc pecus primum fuit in aris a gentibus imolatum. vnde dicitur ideo aries/ quia mactatur ad aram. vnde ſm̄ legem moſaicam aries fuit animal potiſſime mundum/ ⁊ ad ſacrificium ⁊ ad eſum. nam pro peccato populi conuenienter offerebatur. ⁊ quia findebat vngulam pariter ⁊ ruminabat/ a populo cōmedebatur. ⁊ vt dicit Iſidorus libro .xij. bidentes quondam dicebantur/ eo ꝙ inter octo dentes quos habent/ duos habent altiores ⁊ ideo eos gentiles maxime in ſacrificium offerebant. vt dicit ideȝ. De ariete autem ſingulariter dicit plinius libro .viij. ca. xlvij. arietis naturale eſt agnos faſtidire/ ⁊ oueſ antiquas ſibi obuias conſectari. nam ipſe melior eſt ⁊ vtilior in ſenecta. Et cum reſpectu ouium ferox ſit animo eius ferocitas cohibetur/ ſi cornu eius iuxta auriculam perforetur. ⁊ dextro teſticulo preligato feminas/ ſiniſtro vero ſtricto mares gignit. in vento aquilonari mares procreat. in flatu auſtri femīas generat/ ⁊ quales venas aries ſub lingua geſtat/ tales fetus in vellere generat. naȝ ſi nigras habet venas fetus in vellere niger erit. ⁊ ſi albas/ albus. ⁊ ſi varias/ varius in vellere apparebit. Idem dicit ariſto. ⁊ etiam auicenna. (quere infra de de oue) frontem habet aries duriſſimam/ corneam duriciem fere preſtantem. ſed timpora habet debilia/ ⁊ quodammodo cartalaginoſa/ ⁊ ideo ad munimentum partis debilioris dedit natura cornua magna/ circa timporum loca ad modum ſcuti rotundi reuoluta/ que tamen in extrimitate aliquantulum ſunt acuta. vt eoruȝ duricie ⁊ fortitudine/ caput defenſet/ ⁊ eorūdem acumine aduerſarios impetat ⁊ impugnet. vt dicit idem. ſine eniȝ armis defenſionis/ non decebat naturam gregis relinquere defenſorem. ⁊ ideo duo dedit natura ſibi cornua/ ad modum circuli replicata/ vt caput proprium quod ex ſe eſt infirmum protegat. ⁊ contra aduerſarios armis munitus ſe audaciorem ex armorum confidentia exhiberet. ⁊ ideo ſecurius precedit gregem. ⁊ erecto capite/ ⁊ fixo pede vngula diuiſa veſtigio firmius terram premit. vellus habet pinguius. ⁊ in vellere prolixius pilos diffundit. fortiori etiam corio/ ſiue ſpiſſiori cute/ contra extrinſecas aeris calidi vel frigidi iniurias ſe defendit. ⁊ ideo ſue cutis ſuperficies/ ratiōe ſue fortitudinis corianorum violentas arces preceteris ouium pellibus ſuſtinet. ⁊ ad diuerſorū telorum recipiendam impreſſionem habiliorem ſe prebet. (vt dicit idem) tempore amoris pugnat pro vxoribus ſuis. ⁊ aduerſarios cornibus impetit. ⁊ vt melius īpugnet ⁊ fortius contra reſiſtentem retrocedit reſiliendo/ ⁊ cum impetu homineȝ ferit. De arietibus etiam dicit auicēna libro .viij. arietes inquit ⁊ capri vadunt multum inuanuȝ/ in hyeme nō ſe abſcondunt propter frigus. ⁊ aliquando exeunt de loco calido ad locū frigidum. ⁊ quādo pluit non fugiunt a pluuia quouſq; moriantur. ⁊ arietes naturaliter ſequunt̄ capros ⁊ quieſcunt omnes quouſq; paſtor vnum accipit ex eis/ ⁊ facit ipſum antecedere/ ⁊ ſequūtur alij. ⁊ timēt naturaliter tonitrua/ ſicut oueſ que ſi impregnate fuerint/ ⁊ audierint tonitruū/ abortiunt pre timore. ⁊ ante mediā noctem ſtant ſimul cum ouibus ⁊ dormiunt. ⁊ poſt ſparſim in dormiendo ſuper latus alternant vices. nam a vere vſq; ad autūnuȝ/ dormiunt in vno latere/ ⁊ deinde vſq; ad ver dormiunt in altero latere ⁊ dormiunt erecto capite/ niſi quando infirmantur. ⁊ ruminātcibos ⁊ maſticant dormiendo ſicut ⁊ vigilando. ⁊ ſi contingat eos errare non redeunt niſi a paſtore reuocentur. (Dicit ad hoc yſa. in die.) ꝙ arietes in iuuentute manentes/ minoris ſunt humiditatis ⁊ viſcoſitatis/ ꝙ̄ agni lactantes ⁊ hoc propter etatem eorum complexioni dominantem. ⁊ ideo ipſorum carnes ſunt carnibus agnorum ⁊ ouium meliores. ⁊ meliorem ſanguinem generantes/ maxime ſi ſint

caſtrati. quia eorum caliditas humiditate accidentali temperata eſt. vnde ſunt boni ſaporis. ſed quando ſunt decrepiti in caloris ſunt defectu ſi non ſunt caſtrati ex etate. ſi vero ſūt caſtrati ⁊ decrepiti/ duplici carent cauſa caloris ſcilicet teſticulorum ⁊ etatis. ⁊ ideo eorum corpora ſunt frigida ⁊ ſicca ad modum ligni et duriora et inſipidiora. tamen reſpectu caprarum et boum et huiuſmodi que in decrepita etate ſunt peſſima/ corpora arietum que naturaliter calida ſunt et humida ceteris decrepitis naturaliter frigidis et ſiccis ſimpliciter ſunt meliora. hucuſq; yſa. in die. Item dicit ariſto. et auicēna libro vi. ꝙ arietes et capri ſicut ⁊ cetera animalia/ habent propriam vocem per quam ſe clamant ⁊ vocant feminas tempore coitus ⁊ amoris. potantes aquā ſalſam/ anticipant coitum ⁊ citius mouentur ad amorem. ⁊ quando arietes ſenes mouentur citius ad amorem ⁊ coitum ꝙ̄ iuuenes in tempore determinato/ ſignum eſt bonitatis temporis in anno illo. ⁊ ſi in illo tempore excitentur iuuenes citius ad amorem/ ſignum eſt peſtis future ſuper oues in anno illo. (vt dicit idem.

a Agnus vt dicit Iſidorus a greco vocabulo dicitur quaſi pius/ nā inter omnia terre animantia/ maxime inuenitur innocens ⁊ manſuetus. nullū enim ledit dente/ nec cornu nec vngue. ⁊ quicquid in eo reperitur totū vtile eſt/ qꝛ caro ad cibum/ pellis ad varium vſum/ pilus ad indumentum/ fimus ad terre impinguationē/ vngula ⁊ cornu ad medicationem ⁊c. vel vt dicit Iſi. libro .xij. latini agnū ab agnoſcendo putant dictum. eo ꝙ pre ceteris animalibus matrem ſuā noſcat/ adeo vt ſi in magno grege errauerit. ſtatim balatu vocem noſcat parentis tempore autumnali. vernales autē ſūt corpore maiores robuſtiores viribus ⁊ pinguiores/ ꝙ̄ ſint autumnales vel hyemales. In aliquibus tamen regionibus/ multi hybernos agnos preferunt vernis. ⁊ dicunt hoc ſolū animal vtiliter naſci pruina (vt dicit plinius libro. viij. c. xlvij.) ⁊ dicitur ibidem ꝙ agni concepti flante vento aquilonari ſunt meliores/ ꝙ̄ concepti flāte vento auſtrali. tūc enī mares generantur. talem enī colorem habēt agni in lanificio ſeu in vellere/ qualem habēt parentes in lingue venis. nam ſi vene fuerint albe/ ⁊ agni erūt albi. ⁊ ſi nigre/ nigri. ⁊ ſi varie varij (vt dicit idē) in ſuggendo poplices anteriores flectunt. ⁊ vt mater ei plus lactis tribuat/ capite matris vbera premit. balantem querit matrem. qua inuenta/ cauda eam blādiendo/ erecto capite mammas querit. ⁊ niſi caput prius erigat/ nunquam ſuggit. pilum habet ſubtilem ⁊ criſpum multipliciter in ſe reflexum. multum nocet agnis frigus/ ⁊ maxime tempore fluuioſo. de ſocietate gregis gaudet/ quando ſolitarius eſt dolet plurimum atꝙ timet. ante gregem ſalit/ ⁊ ſaliendo ludit. quando videt lupum timet vehementer/ ⁊ ſubito fugam arripit. ſed poſt pre timore ſtupidus/ ſubito gradū figit. ⁊ fugere vlterius nō audens/ ſibi non balatu/ ſed potius ſimplici vultu parcat petit. captus ab hoſte/ ligatus a carnifice/ nec cornu nec dente ſe defendit ⁊ ſiue ſpolietur vellere ſiue cute ſicut animal innocuum obmuteſcit. ſiue enim ducatur ad paſcua/ ſiue deferatur ad victimā nec gemit/ nec remurmurat/ nec calcitrat ſed obedit (vt dicit plinius.) agnos dimittere ſolitarios eſt periculoſum. quia ſi ſuperuenerit forte tonitruum de facili moriuntur. Nam agnus naturaliter debile habet caput. ⁊ ideo remedium eſt eos ſimul aggregare/ vt ex coniunctione mutua animentur/ ⁊ preſentia plurium confortentur.

a Agnus anniculus etate vnius anni eſt completus. qui infra vnius anni ſpacium/ tanto eſt melior/ quanto a lacte remotior eſt. nam a lacte eius humiditas complexionalis augmentatur/ ſꝫ per ſeparationem a lacte intenditur eius calor ⁊ ſuperflua humiditas temperatur. maxime ſi manſerit adhuc non caſtratus. (vt dicitur apertiſſime in dieta.) agnus enim anniculus corpore integer. ⁊ carne mundus aptus ē ad ſacrificium ⁊ ad eſum/ etiam ſi fuerit vellere maculoſus. non enim reprobat agnū a ſacrificio macula velleris/ niſi ſit feditas vl' corruptio in carne interi⁹/ vel in cute. vt dicit gl. ſuper exo. xij.) ⁊ ſuper malachiam dicit hieronymus. ⁊ ſuper leuiti. non impedit inquit ſacrificium varietas maculoſi velleris/ ſi corp⁹ fuerit integrum ⁊ non ſubfuerit ſcabies in ſuperficie ipſius cutis. agnus igitur anniculus vt dicit plinius libro viij. c. xlvij. deorum aris fuerat aptus. ⁊ tam in vſu vellerum ꝙ̄ in vſu carnium/ vſibus hominum eſt neceſſarius ⁊ ideo ſicut propter ſumptus hominum excolūtur ⁊ cuſtodiuntur corpora boum. ſic oportet vt habeatur diligentia circa cuſtodiam ouiū ⁊ agnorum. (dicit etiā diaſ.) ꝙ agnus fimū habet nigrum qui ſi cum aceto diſſoluatur ⁊ cathaplaſmetur/ nigras emēdat maculas/ fla

nos corporis tollit/ ignem ſacrum curat. mi/
xtus cum cera ei oleo combuſturas ſanat.
gna eſt arietis filia que minoris
a eſt corporis ⁊ maioris humidita
tis ꝙ ſit agnus ratiõe feminee cõ
plexionis (vt dicitur in dic.) cuius ratione dũ
eſt lactans maioris eſt viſcoſitatis ꝓpť hũidi
tatis ſupfluitatẽ. taꝫ ex etate/ ꝙ ex ꝯplexione/
ei⁹ corpori dñatõnem. ⁊ ideo qđ ex eius carne
generatur flegmaticum eſt ⁊ viſcoſum. ac dif
ficulter digeritur. ⁊ digeſtũ a membris vix diſ
ſoluitur ratione viſcoſi ⁊ glutinoſi humoris
qui inde generatur. a ſtomacho tamen facile
deſcendit/ ratione ſue lubricitatis ⁊ humoris
(vt dicit yſa.) ⁊ eius carnes meliores ſunt aſ
ſate ꝙ elixe/ quia conſumitur ſuperflua carnꝫ
humiditas vi caloris. maioris tamen ſimpli/
citatis/ ⁊ timiditatis eſt agna ꝙ agnus. quia
minus habet caloris naturalis femina ꝙ ma
ſculus/ ⁊ ideo minus eſt animoſa. propter qđ
etiam caret cornibus/ quia eſſent ei ſuperflua
cum propter defectuꝫ audacie eis neſciret vti
(vt dicit auice.) Dicit etiam ariſto. libro. iij. a
gnis accidit egritudo/ quando nimis impin/
guantur circa renes/ quia ſi operiantur ſepo
renes moriuntur. ⁊ multiplicatur ſepum pro/
pter bona paſcua. ⁊ ideo arcentur a paſcuis/
ne nimis impinguentur. quere infra de oue.
Per eſt porcus ſilueſtris vel agre
a ſtis quia ſeuiſſimus eſt ⁊ immitis
(vt dicit Iſid. libro. xij. c. i.) ⁊ di/
citur aper quaſi a fera feritate quia ſecundum
quantitatem ſui corporis ferus eſt ⁊ crudelis
vnde ⁊ apud grecos aper fiagros ideſt ferus
vulgariter nuncupatur. dicitur autem a lati/
nis verres eo ꝙ grandes hꝫ vires (ſicut idem
dicit ibidem) ſecundum autem pli. ⁊ auicen.
etiam aper eſt animal valde ſeuum. quia vix
caſtratus ſe exhibet manſuetum. cum tamen
cetera animalia ablatis teſticulis ãplius mã
ſueſcunt. Eſt itaqꝫ aper tante feritatis ꝙ etiã
mortem paruipendens contra viatoris ferrũ
occurrens intrepide ſe infigit ei. ⁊ etiam iam
tranſfixus contra ſibi reſiſtentem vires recol/
ligit/ vt culmis vindicet ſe de aduerſario. eti/
am in mortis periculum contra hoſtis vena/
bulũ mira audacia ſe opponit culmos duos
habet in ore aduncos ⁊ fortes ⁊ acutos. cum
quibus omne ſibi reſiſtens ſecat crudeliter ⁊
dilaniat. culmus autẽ vtitur ꝑ gladio ad pu
gnandũ. In latere dextro habꝫ os duriſſimũ
latũ ⁊ ſpiſſũ/ qđ ſemper opponit venabulo ꝑ
ſequẽtis. nã oſſe illo vtiť ꝑ clipeo ad ſe prote
gendũ. ſentiens ſibi iminere bellũ acuẽdo cul
mos circa arbores eos fricat. ⁊ ſi hebetatum
acumen habeãt/ confricando ad arborẽ ipos
probat. quos ſi ſenſerit hebetatos/ origanuꝫ
querit/ ⁊ maſticat. cuius virtute culmorũ radi
ces mundificat ⁊ confortat (vt dicit auicen.)
Plinius in libro. xxviij. c. x. dicit ꝙ vrĩa apri
medetur vicijs aurium ſi cum oleo roſaceo mi
ſceatur. ſimiliter ⁊ eius fel valet contra calcu/
lum (vt dicitur libro. xxviij. c. lx. ⁊ eſt ei ita gra
uis ſua vrina vt vbi egeſta fuerit ſurgere non
poſſit/ imo opponitur vt defunctus/ nam exu
ritur dum curuatur ex vrina. Item idem ad
coitum ſtimulat fel caprinum. (dicit etiam li/
bro. v.) porcus agreſtis multum diligit radi/
ces ⁊ culmis inadit terram ⁊ fodit ⁊ ſcindit
radicem culmo ⁊ impinguatur/ quando quie
ſcit per ſeptem dies ⁊ maxime quando paruꝫ
potat. Et preliatur cum lupo quia ipſuꝫ odit
naturaliter. Nam lupus inſidiatur filijs ſuis
⁊ ſepe rapit eos. (⁊ ideo vt dicit idem libro.
xiiij.) dedit natura apro culmos ad defendẽ/
dum feminas ⁊ filios ſuos. quia femine ſunt
debiliores in ſe/ ⁊ peioris cõplexiõis. Unde
mares ſunt audaciores ⁊ vires habent femi/
nis fortiores. Femina tamen ſeuit irata ⁊ fo
diendo ledit dentibus mordendo ⁊ dilamã/
do. Aper vero ledit culmis ſurſum ferendo/ ⁊
ideo parum poteſt ledere proſtratum/ ⁊ iacen/
tem. ⁊ femina parum ledit ſtantem. Et duꝫ a/
per iraſciť ⁊ pugnat ore ſpumat. ſimiliter dũ
luxuriatur cum vxore. Omnia ſupradicta re
citat plinius ⁊ addit ad iaꝫ dicta in libro. viij.
c. ij. vbi. d. apros ⁊ alios porcos dctatos na
ſci enigidiupꝫ tradit. Ineſt autẽ marib⁹ apris
maxima aſperitas/ ⁊ feritas animi/ quando
ſunt in amore. quia tunc pro vxoribus atro/
citer pugnant/ vngulis terraꝫ ſcalpunt/ ſetas
exigunt/ culmos vibrant/ ⁊ quatiunt. ⁊ horrẽ
do gemitu/ ſunam pectoris tunc oſtendũt. pa
rum etiam tunc cõmedunt. diſcurrunt poſt fe
minas. ⁊ ideo attenuantur plurimũ ⁊ macre/
ſcunt. in horrendis ⁊ vmbroſis vallibus ⁊ ne
moribus manſiones querunt vbi cuſtodiunt
fetus ſuos. de radicibus ⁊ arborum fructib⁹
viuũt. qñ venatoꝝ inſultus vel lupoꝝ ípet⁹ ꝑ
ſentiũ/ ſuos filios ꝓcedũt. ⁊ cũ eis nõ pꝫ loc⁹
fuge/ ꝑ filioꝝ defẽſiõe piculo ſe exponũt. qñ
debẽt dimicare attritu arboꝝ idurãt coſtas ſu
as ⁊ ſe inuoluũt ĩ luto ⁊ deſiccãt ad ſolẽ ⁊ iter
pilos lutũ ꝯglutinãt ⁊ inuiſcãt vt ſic ſecurius
aduerſarioꝝ ictus ſuſtineãt ĩ ꝯflictu. (ariſ. li.
vi.) Femie aproꝝ poſt ptũ ſũt aſpe ⁊ crudeles
⁊ crudeli morſu filioꝝ ſuoꝝ dilaniant inuaſo/
res. hucuſqꝫ plinius. (Eſt autem caro aprina

(vt dicit yſa.) magis ſicca ⁊ minus frigida ꝙ̄ porcina domeſtica ⁊ hoc eſt ꝓpter motus ſui continuitatē ⁊ victus ſiccitatem / ⁊ aeris cui continue exponitur caliditatē ideo eius pinguedo eſt durior / ⁊ caro delicatior ad edēdū. ⁊ ꝓpter hoc verres domeſtici vehementer agitantur / ⁊ eoꝝ carnes verberantur anteꝙ̄ occidātur / vt eorum carnes teneriores ⁊ ſapidiores ex motus violentia efficiantur. (De apro etiam dicit dyaſ.) ꝙ eius fimus deſiccatus ⁊ cum vino ⁊ aqua bibitus eicientibus ſanguinem ſingulare ē remedium lateris dolores cū aceto curat. fracta oſſa conſolidat / ⁊ cōfirmat. quere infra de porco.

a Sinus a ſedendo eſt dictus quaſi a ſedus quia homines ſuper aſinos ſedebant antequam vſum equorū haberēt. (vt dicit Iſido. libro .xij.) animal quippe eſt ſimplex ⁊ tardum. ⁊ ideo fuit d' facili ſubiectum humanis viribus ⁊ ꝓſtratum. ⁊ dicitur ab a quod ē ſine ⁊ ſinos qđ eſt ſenſus quaſi animal ſine ſenſu. inde dicit aſellus ideſt iuuenis aſinus qui pulchrioris eſt forme ac diſpoſitionis quando etate eſt tenellus ꝙ̄ quando ſenex efficitur ⁊ antiquus. Nam tanto magis fit annoſus quanto plus quotidie fit deformis hyſpidus ⁊ villoſus. Eſt autem animal melancolicum frigidū ſcilicet ⁊ ſiccum. ⁊ ideo naturaliter ponderoſū tardum atq̄ pigrum ſtolidum atq̄ obliuioſum / tamen odoniferum eſt / ⁊ patiens laboris. vili ⁊ modico vtens cibo. Inter tribulos enim ⁊ ſpinas ac carduos carpūt cibum ſuū ⁊ ideo dicit auice. lib. viij. ſimiliter ariſto. ꝙ aſinus minutis auibus inter ſpineta / ⁊ cardineta / nidificantibus eſt eroſus. ⁊ ideo minuti paſſeres pugnant contra eū / quia comedit ſpinas in quibus nidificant paſſeres illi / ⁊ confricāt ſe ad ſpinas illas. Vn̄ cadunt pulli eoꝝ paſſerum ſiue oua. ⁊ quando aſinus rudit ex eleuatiōe capitis ⁊ forti flatu mouentur ſpine ⁊ ex horrendo ſonitu ſeu rugitu terrentur auicule / ⁊ fugiunt de nido ſuo. ⁊ ꝓpter iſta ſaltant matres ſuper ipſius faciem ⁊ impetunt eius oculos atq̄ percutiunt roſtro ſuo. ⁊ ſi habet aſinus vulnus in dorſo vel in latere ex ſpinarum punctura vel quacūq̄ alia de cauſa / pungūt eum cum roſtro ſuo in vulnere vt recedat a loco ſui nidi. ⁊ cum talis paſſerulus habeat corpus minutiſſimū vix poteſt aſinus ſe defendere contra eius impetum atq̄ morſum. (Dicit etiam ariſto. ſicut ⁊ auicēna) ꝙ coruus valde odit aſinū ⁊ ideo coruus volat ſuper ipſum ⁊ temptat tangere oculos ſuos roſtro ſuo / ſed iuuat aſinum profunditas oculorum ⁊ ſpiſſitudo corij ſuperciliorum quibus cōtra morſus auium clauſis tegit viſum ſuum. ⁊ etiam cooperatur proceritas auriū ⁊ mobilitas cum quibus tenet auiculas quando infeſtāt ſuum viſum. Item ariſto. libro viij. vrſus pugnat cum aſino ⁊ tauro quoniā comedit crudas carnes. ⁊ hec eſt cauſa quare pugnat contra eos / quoniam eoꝝ carnibus appetit ſatiari. De aſinis autē (dicit pli. libro. xxviij. c. vltimo) vngule aſini fumigate. partū adiuuāt in tantū / vt etiam aborſus euocetur / nec aliter debet addi quia viuum partū necat / ſi diu ⁊ frequenter apponatur. eiuſdem animalis fimus recens / ſanguinis fluuium currere ſedat eius iecur valet contra caducos morbos paruulorum. Plinius libro. xxviij. c. x. lac aſine eſt ſicut ſanguis ⁊ valet contra morſum ſcorpionis. ſi quis autem lac aſine miſerit in aurē percuſſum a ſcorpione / tranſire ꝓtinus malū dicunt. a facie etiam ſuffumigationis pulmonis aſini / fugiunt omnia venenata. Dicūt etiam in eo. c. ix. lac aſininum valet cōtra gipſū contra ceruſam vel argentum viuum. Item libro decimo. oſſa aſini contrita ⁊ decocta valent contra venenum ſi eorum decoctio bibat.

Item vrina maris aſini cū nardo capillos multiplicat ⁊ conſeruat. De aſinis autē dicit plinius libro viij. capitulo. xliij. Aſinus ē animal magni frigoris impatiens. ⁊ ideo i frigidis regionibus vt in ponto non generatur. Item dicit ariſto. cum aſinus ſit multe frigiditatis ⁊ ſiccitatis / multe tamen eſt luxurie / ſ; non mouetur ad coitū anteꝙ̄ ſit triginta menſium. non generat anteꝙ̄ ſint tres anni cōpleti / aut duo ⁊ dimidius. Unde dicit ibidē pli. partus aſini a trigeſimo menſe eſt ocioſiſſimꝰ ſed a trimatu legitimus. Idem dicit ariſto. libro. v. Et ſubdit plinius. raro geminos parit ⁊ quando femina eſt partura / lucem fugit ⁊ tenebras querit / ne ab homīe videatur. partum ſuum amore diligit in tantum ꝙ etiā per ignes ad fetum vadit. aquas trāſire / ⁊ pedes in eis figere multum horret. ⁊ quādo cogitur aquam vel riuum euadare in ipſo mingit. nec tranſeunt aſini voluntarie per pontes / vbi ꝑ planicies pontis poſſunt videre aquā defluentem. debile enim habent cerebrum / ⁊ patiuntur de facili vertiginem. propter quod timet ꝑ rimas pōtis cadere in aquā / quā ꝯſpiciūt ſub pōte trāſeūtē nec bibūt d' facili niſi ad ſuetos fōtes / qui ſūt i pecuarijs ad quos pūt

ire ſicco pede. ⁊ quod mirum eſt dictum quā/
ni s mulus ſitiant/ ſi mutentur aque eius vix
potant niſi ſint illis ſimiles quas frequentāt
Item plinius libro. xxviij. capitulo vi. ſi aſi
na comederit ordeum intinctū ſanguie men
ſtruali/ tot annis nō concipiet quot grana co
medit ſic intincta. ⁊ ex aſina ⁊ equa mulus gi
gnitur. ſed ad tales partus eligunt eque/ que
nec quadrennis ſint minores nec decenni/
bus maiores nec cōmiſcentur paſſim ad inui
cem. Horum animalium duo ſunt genera/ ſci
licet equuſ cum aſina/ ⁊ aſinus cum ipā equa
imo vnum genus altero ſe cobercet/ niſi in in
fantia lacte hauſto mutuo nutriantur. ⁊ pro/
pter hoc paſtores mulos vel burdones ex di
ſparibus animalibus gigni cupientes dicun
tur vti illa arte. Nam iuuenes equarum pul/
los in tenebris ſubijciunt vberibus aſinarū/
⁊ nutriūt eos lacte aſinino. ⁊ tales pulli equo
rum adulti iam effecti/ ad aſinarum commixti
onem tempore coitus cōmouentur. ſimiliter
pullos aſinarum in tenebris ſubijciunt mā/
mis equarum. ⁊ aſelli tali lacte iumentino nu
triti/ equas inuadunt quādo adoleſcunt. ⁊ ta
li aſini ⁊ equi commixtione generatur animal
quoddam quod antiqui vocabant hymulū
nos autem dicimus eum burdum. genitū ve
ro ex aſino ⁊ equa dicunt mulum. Ariſto. au/
tem libro. xvi. dicit. Si aſinus coeat cū equa
impregnata/ eque corrumpitur conceptus/ p
pter frigus ſpermatis ſui. ſperma enim aſino
rum eſt frigidiſſimū naturaliter. ⁊ materia ſi/
militer. Materia enim eque eſt calida. ⁊ ideo
quando miſcetur calidum cum frigido fit tem
peramentum/ tunc ex eis poteſt fieri ꝯceptus
⁊ ſaluari fetus quando ſcilicet equi aſinorū
feminis ꝯmiſcentur. ſimiliter quando eque a
ſinis maribus ſupponuntur. ſed filius aſelli
⁊ eque/ ſcilicet mulus non cōuenit generatiōi
Nam vtriuſq parentis frigiditas ſcz natura
lis/ ⁊ ꝯplexionalis in ipſo dominatur/ ⁊ ideo
ex mulis aliud nō generatur aial. vt dicit idē.
Item ibidē dicit idē ſi aſina cōcapit ab equo
ſubſequens aſini coitus cū eadē facit eā abor
tire. cuius ratio eſt (vt dicit auice.) q2 frigidi/
tas feminis aſinini ſuperuenientis/ corrūpit ⁊
deſtruit temperantiam feminis equini prece/
dentis. ⁊ ſemen aſine frigidum eſt ex comple/
xione. ⁊ ex ſexu. Semen vero equi calidam tē
perantiam facit. vnde quando ſuperuenit ſu/
bito ſemen aſini naturaliter ſiue ꝯplexionali/
ter frigidū cum frigiditate ſexuali/ intenſa fri
giditate corrūpitur precedens tēperantia. ex
calido equi ſemine ⁊ frigido aſine introducta

⁊ iſta eſt ratio quare omnis mula ē ſterilis (vt
dicit auice.) q2 intemperata eſt mula. i aſino
enim eſt exceſſus frigiditatis ꝯplexionis. ⁊ in
matre ſcilicet in equa remiſſus eſt calor ratiōe
ſexus/ ⁊ ideo quāuis calor feminis matris. ſ.
eque temperet ſemē frigidum aſini/ vt animal
generet. in genito tamen remanet generantiū
predominans frigiditas/ que naturaliter di/
ſponit ad ſterilitatem. Eſt autem quedā ſpe/
cies aſini que dicitur indicus aſinus habens
in capite in medio frontis cornu vnum ⁊ non
habet niſi vnam vngulam in quolibet pede.
omne enim animal habens duo cornua ha/
bet in pedibus vngulam ſciſſam. ⁊ ideo aſi/
nus indicus non habet niſi vnū cornu. quia
vngulam non findit (vt dicit ariſ. libro. ij.) nō
tamen omne animal findens vngulam habet
cornua/ ſed potius ecōuerſo. ſi habet cornua
findit vngulas vt patet in tauro ceruo oue ⁊
huiuſmodi. (vt ibidem dicit ariſto.) Item di
cit ariſto. libro vij. aſinꝰ ⁊ mulus ſicut ⁊ equꝰ
comedunt fructus ⁊ paſcuntur herbis ⁊ ipin/
guantur ab aqua. ⁊ diligunt plus aquā tur/
bidam ꝙ claram. vacca autē econuerſo plus
diligit claram ꝙ turbidam. Item ariſto. lib.
eo. aſini in maiori parte infirmantur vna in/
firmitate/ ⁊ dicitur milide/ ⁊ eſt hec infirmi/
tas prius i capite/ ⁊ currit a naribus flauma
multum calidum. ⁊ ſi deſcenderit ad pulmo/
nem aſinus morietur. ⁊ hoc animal ſentit fri/
gus plus omni animali/ ⁊ propter hoc nō in
uenitur in terra ſeptentrionis. Sunt autē vt
dicit idē ſpondilia dorſi aſini fortiora/ ⁊ ner
uis fortioribus compaginata a parte poſteri
ori circa clunes. i. renes/ ꝙ a parte anteriori.
⁊ ideo in ipius dorſo potius circa renes ꝙ cir
ca humeros grauiora onera imponūtur. poſt
equinoctium vernale mouetur ad libidinem/
⁊ poſt ruit horribiliter ⁊ terribili ſonitu femi/
nam excitat ad amorem. Uentum autem odo
rem femine eius naribus deferentem/ attra/
hit. ⁊ eius attractu ad libidinis deſideriū in/
ardeſcit. (vt dic. t pli.) alias ſiquidem habz a
ſinus cōditiones miſeras omnibus fere no
tas. Nam ſupra vires laboribus exponit fu/
ſte ceditur/ ſtimulo pungitur chamoos ꝯſtrin
gitur eius. hincinde circunducitur. ⁊ eiuſdem
chami refrenaculo ab illis paſcuis/ p que trā
ſit ſepiꝰ cohercet. pꝰ labores caſſos in fine mo
ritur/ nec p pcedētis laboris ſeruitio/ pꝰ mor
tē ſaltē ei cutis dimittit/ ſed auferr. ⁊ cadauer
ſine ſepultura aeri expōit niſi iquantū i canū
⁊ lupoꝝ ventribus deuorationis grā aliquo/
tiens ſepelitur.

Nguis vocatur oē ſerpētinū genus
qđ torquri ⁊ plicari pōt ex hoc an
guis ē dictus/ eo ꝙ ē āgulosus/ ⁊
nūꝙ̄ icedit rect⁹. (vt dicit Iſi. li. xij.) ⁊ dī an
guis ſerpens/ eo ꝙ occultis acceſſibus ſerpit
Non. n. apertis paſſib⁹ ſ; minutiſſimis ſqua/
max niſibus ſiue ꝯtractibus repit. ⁊ ꝯputat
inter reptilia/ eo ꝙ pectore ⁊ ventre repat. (vt
dicit Iſi. lib. xij.) dī ēt coluber eo ꝙ colat vm
bras/ vel q2 in lubricos ꝯct⁹ ⁊ flexuoſos labit
nā āguis labit dū tenet. Sūt aūt anguiū ſiue
ſerpentiū multa genera. ⁊ quot ſunt genera/
tot ſunt venena. tot pnicies/ quot ſpecies. tot
dolores/ quot colores. vt dicit Iſido. li. xij. ⁊
ſicut differunt angues in quantitate. ita in ve
neni malignitate. Sunt. n. quidā angues ma
ximi. (vt dicit pli. li. viij. c. xvi. ſcribit iquit ma
geſtenes in india ſerpentes in tanta magnitu
dine adoleſcere/ vt integros deuorent ceruos
atq; thauros. Unde ⁊ in punico bello iuxta
flumē belgiſtā/ a regio impatore ē interfectus
cū baliſtis ⁊ tormentis vnus anguis centū ⁊
viginti pedes hñs lōgitudinis cuius pellis ⁊
maxille fuerunt ſuſpenſe ad quoddā templū
rome ⁊ durauerūt vſq; ad bellū minatiū ſub
claudio ceſare. In italia fuit quidā ſerpēs in/
terfect⁹/ i cui⁹ aluo quidā puer iteger ē rept⁹ ⁊ ta
les ſerpētes maxie ledūt/ nūc morſu/ nūc fla/
tu/ nunc caude ictu/ nunc tortura nūc puncu
ra/ nūc aſpectu. Sūt ⁊ alij ſerpētes ita exigui
quidē corpore. ſed maxime ſunt nocendi pote
ſtate. diſpas. n. ſerpens ē (vt dicit Iſido.) tā
te exiguitatis vt cū calcatur vix videtur. cuius
venenū extinguit/ anteꝙ̄ ſentiat/ nec induat
triſtitiam morituro. vnde poeta. Signifex iu
uenē tirreni ſanguinis albū. Torta caput re/
tro dipſas calcata momordit vix dolor aut ſē
ſus dēns fuit ⁊c. ita dicit Iſi. ſimiliter tylus
minutus eſt ſerpentulus. ⁊ tū (vt dicit Ari. li.
vij.) contra eius morſū vix inuenit remediū
⁊ differūt ⁊ in figura/ ⁊ in diſpoſitōe. Nam a
lij hñt duo capita vt anphibena. đ quo Iſi.
li. xij. dicit. anphibena ē dicta eo ꝙ duo habe
at capita vnū in pncipio ⁊ aliud in cauda cur
rens ex vtroq; capite tractu corporis circulato
hec ſola ſerpentū frigori ſe cōmittit/ prima oī
pcedens. Idē ēt dicit pli. li. viij. c. xxiij. h; in
quit anphibena duplex caput/ tanꝙ̄ pax eſſ;
vno ore venenū fundi. Sunt aliqui ſerpētes
hñtes plura capita q2 ſūt duplicata vel tripli
cata vel quadruplicata. ſicut idē dicit Iſido.
idra eſt ſerpens multorū capitū/ qualis appa
ruit in puicia arcadie in palude. ⁊ dī ꝙ vno

ceſo tria capita excreſcebant/ ſed hoc fabulo/
ſum eſt. Nam conſtat idrā locum euomentē
aquas vaſtantes / vicinam ciuitatem in qua
vno meatu clauſo multi erumpebant/ qđ her
cules vidēs loca ipſa exuſſit ⁊ ſic clauſit me
atus aque/ ⁊ pro tanto dicitur hercules idrā
ſerpentem quinq; capitum occidiſſe. (vt dicit
Iſido. libro xij.) Itē differunt ſerpentes in
coloris varietate. nam quidam ſunt nigri/ ⁊ q̄
dā ſunt ruffi/ vt tyrus/ ⁊ illi ſūt peſſimi/ ⁊ qui
dā ſunt maculoſi/ ſicut ſcitalis ſerpens. (qui
vt dicit Iſi.) tāta prefulget tergi varietate/ vt
notarum gratia in ſui admirationem inducat
intuentes/ ⁊ quia reptādo eſt pigrior ⁊ quos
aſſequi non valet miraculo ſui ſtupētes capit
⁊ quanto magis eſt diſcolor/ tanto eſt deteri/
or/ quia eius venenum acutiſſimū ⁊ calidiſſi/
mū eſſe dicitur. Nam ille idē anguis tanti eſt
feruoris vt etiam hyemis tempore exuuie ei⁹
de corpore depoſite/ ſint feruentes. Unde lu
ca. Et ſcitalis ſperſis etiā nunc ſola pruinis
exutas poſituras ſuas. / vt dicit Iſido.) ⁊c. ſi
militer ophites eſt ſerpens maculis depictus
qui tot habet nocendi modos quot habet co
lores varios ⁊ diſtinctos. (vnde luca.) ꝙ̄ pu
rus maculis cebanus ophites concolor exu/
ſtis ⁊c. Item differunt in loci ⁊ ſitus diuerſi/
tate. nam quidam latitant in cauernis terre ⁊
lingunt puluerem/ ⁊ ſuggunt terre humoroſi/
tatem. (vt dicit pli.) alij ſunt aquatiles/ quia
in aquis ⁊ aquarum ripis cōmorantur vt ciu
dris ſerpens aquatilis. a quo percuſſi obtur/
geſcunt ⁊ in ydropoſim cadunt quam multi
bouam vocant quia fimo bouis remedetur.
(vt dicit Iſido. libro xij.) ſimiliter eſt rinatrix
ſerpens dictus veneno aquas inficiēs omnē
enim fontem in quo fuerit veneno inficit. (vt
dicit ful. rinatrix aqua ⁊c. ⁊ Iſidorus lib. xij.
Alij morantur i ſiluis ⁊ ſpecubus vmbroſis/
quorum venationes ſunt vt volucres ⁊ beſti/
ole minores quarum ſuggunt humiditatem.
(vt dicit ariſto. libro. xiiij. ⁊ tales ſerpentes in
ſidiantur dormientibus. ⁊ ſi aliquorum ho/
minum vel aliorum animalium orificia inue/
nerint aperta illa ſubintrant diligentes calo/
rem quem inueniunt ibi pariter ⁊ humorem.
ſed contra tales angues pugnat ſaura beſtia/
ſcilicet modica ideſt lacertula. Nam ſentiens
ſaura ſerpentis preſentiam ſaltat ſuper faciē
dormientis ſcalpens pedibus vt eum excitet
⁊ premuniat contra anguem vt dicit auice. ⁊
ē ſaura. (vt dicit Iſi. lib. xij.) lacert⁹ q̄ qñ ſe/
neſcit eius oculi excecātur. ⁊ tūc itrat foramē

parietẽ aperiens oculos contra orientẽ ⁊ or-
to ſole incendit ⁊ illuminatur. Dicunt autem
quidam anguium ſpecies habitare in igne. vt
patet in ſalamandra. que nominatur ab Iſi.
⁊ ph. inter venenoſa. Salamandra enim vt
dicit Iſi. li. xij. eſt nominata. eo ꝙ valens ſit
⁊ potens contra incendia/ cuius inter veneno
ſa omnia vis maxima eſt. Cetera. n. venenoſa
ſingulos feriunt hec plurimos ſimul interimit.
nam ſi arbori inſiderit omnia poma inficit/ ⁊
eos qui ederint perimit ⁊ occidit. ſi etiam in
puteo cadat potantes inficit vis veneni. Iſta
quidem contra incendia repugnans ſola inẽ
animalia extinguit ignes. viuit etiam medijs
flammis ſine conſumptione pariter ⁊ dolore
nec aduſtionem ab igne recipit/ ſed ipſm incen
dium mitigat vel extinguit (vt dicit ibidẽ Iſi
do.) Item ꝑ omnia dicit Plinius. li. x. c. xl-
vij. Salamandra inquit eſt ſimilis lacerte in
figura. nunquã apparet niſi quando multum
pluit/ in ſerenitate deficit. huic eſt tantus frigi
ditatis rigor vt ignem extinguat ſicut glacies
lacteam de ore ſaniem euomit. ex cuius cõta-
ctu corpus hominis pilos ꝑdit. ⁊ quod inde
contactum eſt in colorem vergit turpiſſimum.
Item differunt in inceſſus qualitate. nã qui-
dam ſerpunt flexuoſe ſemper ſiue tortuoſe. ⁊
quidam ſemper recte. (ſicut dicit Iſid. li. xij.)
Centris inquit eſt ſerpens inflexuoſus qui ſꝑ
efficit rectum iter. (ſicut dicit luca.) Eſt ſemꝑ
recto lapſurus limite centris. Similiter aliqs
incedit curuus ſuper pectus/ ⁊ aliquis incedit
a pectore ſurſum rectus. ſicut quidam ſerpens
aquatilis ⁊ terrenus nomine chelidros qui ꝑ
locum per quem labit̃ expirat virus/ ⁊ fuma-
re facit. ſicut dicit lucanus. tractus a fumante
chelidri hic ſemper ambulat directus/ ⁊ erect⁹
capite. nam ſi ſe torſerit dum currerit/ ſtatĩ cre
pat. vt dicit Iſi. li. xij. Et differunt in velocita
te ⁊ in tardiate. nam quidaꝫ ſunt valde tarde
motus vt ſatalis. de quo ſupra dictum ẽ. Et
quidam ſunt ita velocis inceſſus ⁊ leui mot⁹
ꝙ volare videntur/ vt ſerpens qui dicitur ia-
culus volat vt iaculum. exilit. n. in arboribus
⁊ dum aliquod aĩal obuium fuerit iactat
ſe ſuper eum penn...tꝗ eum. vnde ⁊ iaculi ſũt
dicti. vt dicit Iſido. Similiter in arabia ſũt
ſerpentes cum alijs qui a multis ſyrene vocã
tur qui plus currunt q̃ equi. ⁊ ideo volare di
cuntur/ quorum tantum eſt virus vt morſũ an
te mors ſequatur q̃ dolor. vt dicit idem. Itẽ
differunt in maligna ſagacitate vt patet in ce-
raſte ſerpente cornuto qui ſe abſcondit ſub ha
rena ⁊ oſtendit cornua ſua/ vt ex eorum oſten-
tatione alliciat velut ad eſcam beſtias ſiue a-
ues. cornua enim habet ad modum arietis/ ſ-
oue nuda ſuper arenam ⁊ directa dimitit. ad
que dum volucris vel animal acceſſerit nõ ipſm
arietem/ ſed virulentum anguem per experien-
tiam cõprobabit. Similiter bouas anguis.
vt dicit Iſido. immenſo mole in italia perſe-
quitur greges armentorum. vt bubalos ⁊ cal
lide vberibus irriguis lacte/ ſe innectit ⁊ ſug-
gens interimit/ atꝗ inde a boue depp latio-
ne nomen accepit bouas. vt dicit Iſi. Mul-
ta ſunt alia nomina ſerpentum ⁊ genera / vt
aſpides vipere ⁊ dracones/ de quibus poſtea
dicetur. Sed vt dicit Iſido. li. xij. tantus eſt
numerus morſuum/ quantus eſt nominum.
Generaliter omnes angues pro maiori parte
frigide ſunt nature nec de facili percuciunt ni-
ſi cum caleſcunt. nam quãdo ſunt frigidi/ nul
lum tangunt. ⁊ ideo eorum venena plus no-
cent de die q̃ de nocte. torpent enim nocti al-
gore ⁊ quia frigidi ſunt nocturno rore. in hye
me in nodos ſe conuoluunt/ ⁊ torpent/ in eſta
te ſe diſſoluunt/ ⁊ in malicia multum vigent.
vnde eſt ꝙ quicumꝗ veneno ſerpentis percu-
titur/ primo obſtupeſcit ⁊ poſtea vbi in eo ca-
lefactum virus exarſit ſtatim interficit ⁊ extin-
guit. Et ideo dictum eſt venenum/ quia ꝑ
venas vadit cuius peſtis diffuſa per corpus
animam exigit de corpore ⁊ expellit. nec põt
ledere niſi quando ſanguinem tangit. (vnde
lu.) noxia ſerpentum ẽ a mixto ſanguine pe-
ſtis (vt dicit Iſi.) ⁊ ſubdit omne venenum fri
gidum eſt. ⁊ ideo anima eſt que eſt ignea fugit
venenum frigidum. Inter dona autem natu
re que hominibus ⁊ brutis ſunt communia vi
uacitate quadam ſenſus anguis precellit. nã
legitur in gene. ſerpens erat callidior omibus
animantibus terre. (dicit autem plinius.) vt
idem recitat Iſido.) ꝙ caput ſi cum duobus
digitis euaſerit nihilominus viuit. vnde ⁊ to
tum corpus obijcit ferienti ꝑ capite defenſan
do. Item idem Iſido. anguib⁹ vniuerſis he
bes eſt viſus ⁊ raro ex diuerſo continentur. (
nec mirum) cum oculos non in fronte habeãt
ſed in temporibus adeo vt citius audiant q̃
aſpiciant. Item ibidem. nullum animal cum
tanta ſceleritate linguam agitat ſicut anguis
Ita enim cito mouet eam/ vt triplicem vi-
deatur habere linguam cum tamen non ha-
beat niſi vnam. Item idem. ſerpentum hu-
mida ſunt corpa adeo vt vbicũꝗ ierint / viaꝫ
quodã viſcoſo ⁊ lioſo hũore inficiãt ⁊ deſignẽt
nam veſtigia ſerpentum talia ſunt/ vt cuꝫ pe
dibus carere videantur/ coſtis tamen et ſqua

manum repant niſibus quas a ſummo guttu
ris vſq; ad ymum aluū diſpoſitas parili mo
do habent. nam ſquamis quaſi vnguibus re/
pant/coſtis quaſi cruribus innituntur. vnde v
bicunq; leditur in corpe ab aluo vſq; ad ca/
put/debilior redditur ad ſuū curſum/ ⁊ mo
tus circuitum pagendū. quia vbicūq; ille ict⁹
inciderit ſpinam ſoluit. per coſtas vero quaſi
per pedes/motus corpis agebātur. (vt dicit
idem Iſi. ibidem.) Item ibidem diu ſerpen/
tes viuunt etiam ſine cibo. (vt. d. ariſto.) et tā
te efficiuntur longitudinis dieꝝ vt depoſita
veteri tunica ſenectam deponere et in iuuentu
tem redire ꝓhibeantur. vnde et ſerpentum tu
nice nuncupantur exuuie/eo ꝙ quando ſene/
ſcunt eas exuunt /quibus exuti/in priſtinam
redeunt iuuentutem. et ideo/ eoꝝ pellicule ſic
exute/dicuntur exuuie et induuie/ eo ꝙ exuūt
et loco ipſaꝝ alie iterū induuntur (vt dicit Iſi
li. xij.) Modus autē reuocationis ipſi⁹ ang/
uis ſatis videtur mirabilis. (naꝫ vt dicit phi
ſiologus. (anguis ſe ſentiens morbo vel ſe/
nio aggrauatum pluribus diebus abſtinet a
cibo/et ieiunat/ vt ſic pellis eius a carne faci
lius relaxetur. Deinde guſtata herba quadam
amara. vi erbe ꝓuocatur ad vomitum et ſic e/
uomit humorem virulentū qui fuit cauſa ſue
infirmitatis/et defectus. tandem ut cutem ri/
gidaꝫ temperet ⁊ mollificet in aqua ſe balneat
et ſic anguſtam rimaꝫ petre alicuius ſeu cauer
nam querens/per rime anguſtiam intrat. ⁊ cū
quadam violentia tranſiens/ab exuuia peni
tus ſe decorticat/ac denudat/ et tandem ſoli
expoſitus ſe deſiccat ⁊ in carnis ſupficie nouā
cutem recuperat. ſumptis viribus videt dari⁹
incedit ⁊ repit fortius /ac comedit auidius/ ꝙ̄
ante depoſitionem exuuie faciebat. iſtaꝫ reuo
cationis formam exprimit plinius et etiam a/
uicen. qui dicit cū ariſto. ꝙ totus ſerpens de
deponit ſenectutem id eſt ſenectam pellē. pri/
mo vſq; ad oculos deinde vſq; ad collum/ ⁊
ſic paulatim ſe expoliat totaliter infra vnum
dieꝫ. (vt dicit li. xuij.) Iteꝫ Iſi. li. xij. c. iiij. pi
crag. inquit aſſerebat de medulla homis mor
tui/que eſt in ſpina dorſi/anguē ꝓcreari/ qđ
⁊ Oui. tangit dicens. ſunt qui cum clauſo pu
trefacta ſpina ſepulchro, mutari credant hūa/
nas angue medullas ⁊c. quod ſi creditur me/
rito euenit. vt ſicut per ſerpentem mors homi
ni accidit/ita ⁊ per hominis mortem moritu/
rus ſerpens ꝓcreetur. vt dicit Iſidorus. Iteꝫ
dicit Plinius libro. x. c. xlvi. Anguem inquit
ex medulla ſpine hominis gigni accipimus.
multa enim occulta ⁊ ceca origine ꝓueniunt
etiam in quadrupeduꝫ generatione ⁊c.
Item dicit Iſidorus ibidem. fertur autem ꝙ
ſerpens timeat hominem denudatum/nec eū
audet contingere quamuis inſiliat in veſtitū.
Item ſecundum Plinium. Ieiuni homi/
nis ſputum ſerpentibus eſt venenum. ꝙ ſi in
de guſtauerit moriuntur. Sunt ⁊ alie pro/
prietates anguis/mirabiles ⁊ inſignes / que
ab alijs auctoribus aſſignantur ſpecialiter a
dyſ. ari. ⁊ Auicen. ⁊ aliquas ex eis hic interſe/
rere vtile iudicaui. Dicit itaq; dyaſ. ꝙ hyema
li tempore latitant ſerpentes in tenebris ⁊ ca
uernis. vbi ex diuturna obſcuritate loci eoruꝫ
viſus hebitatur. Vernali igitur tempore quā
do incipiunt exire de cauernis ſentiunt caligi
nem /ſed ꝓ remedio querunt herbam feniculi
vel radicem cuius paſtu confractam excuciunt
cecitatem. nec fraudatur a remedio teſtitudo vi
ſceribus paſta anguis vel tortuca. cum enim
aduertet venenum ſerpere/ querit origanū cu/
ius guſtu/ contra virus anguis inuenit medi
cinam. (Idem dicit plinius.) Auicē. vero de
ſerpente ait ſic. li. ij. ſerpens vero quando ē vo
rax parum bibit/ odit odorem rute. ⁊ ideo fu/
git muſtelam /quando ſentit eam ruta fore pa
ſtam. ⁊ quando olfacit rutam non poteſt fuge
re. comedit auteꝫ ſerpens libenter carnē ⁊ ſug
git eius humiditatem ſicut aranea ſuggit mu
ſcas. ⁊ tranſglutit oua auium/ ⁊ pullos viuoſ
⁊ quando tranſglutit ea/reducit ad poſterio/
ra ſua. ⁊ expellit ipa ⁊ nō pmittit vt in ventre
moriantur. Item dicit Ariſto. li. ij. interiora
⁊ inteſtina ſerpentum/ ſunt ſimilia inteſtinis
animalium ouātium quadrupedum nō tamē
habent teſticulos ſed habent vias/ ſicut ſunt
vie piſcium ⁊ matrices habent longas / ⁊ di/
uiſas. ⁊ ſunt eius interiora longa ſecundū lon
gitudinem corporis ſui ⁊ lingue ſerpentū/ ſūt
nigre lōge/ſubtiles ⁊ in duo ſciſſe ⁊ ante acu/
te ⁊ ꝓpter hoc multum exeunt / ⁊ ſunt faciles
ad mouendū. ⁊ venter ſerpentis longus ⁊ ſtri
ctus ⁊ ſimilis inteſtino amplo ⁊ illud inteſti/
num aſſimulatur inteſtino canis. ⁊ habꝫ poſt
ventrem/ paruū inteſtinum pueniens vſq; ad
exitum ſuperfluitatis. ⁊ habet cor paruum ꝓ/
pe collum /ſimile reni in aſpectu ⁊ poſt cor eſt
pulmo in quo ſūt ptes neruoſe/ſubtiles ⁊ vo
lute/ dependentes a corde. ⁊ poſt pulmonem
eſt epar longum/ ⁊ extenſum/ ⁊ ſuper illud fel
ſicut in piſcibus /in maioribus. Sed in mino
ribus fel ſup inteſtina/ ⁊ ſplen in ſerpentibus
paruus eſt ⁊ rotundus. dentes aūt ſerpentuꝫ
ſūt acuti recurui aliq̄ntulū ⁊ piuncti. diuerſi ⁊
ſecundū ſuperficiem ⁊ hn̄t ſerpētes coſtas. ⁊c

ſecundum numerum dierũ menſis et dicitur ꝙ accidre ſẽpentibus / idem quod accidit pullis hirundinum. vt ſi aliquis pforauerit eis oculos ꝛ eruerit eos/ vt viſus etiam reuertetur ꝛ caude ſerpentum ſicut ꝛ lacertorum creſcũt. poſtꝙ ſunt amputate. Jtẽ omẽs ſerpentes ouãt prio interius. ꝛ deinde non ſimul/ Sed paulatim eijciunt oua / ex quibus generantur animalia exterius excepto tyro ſcʒ vipera. Tyrus. n. eſt ſerpens vt dicit Ariſto. li. iij. ꝛ generat animalia interius ſed primo ouat interius ꝛ ex illis ouis animalia interius generantur. ꝛ ideo dicit ibidem ꝙ matrix alioꝝ ſerpentiũ eſt longa ſecundum extenſionẽ corporis ꝛ incipit matrix eoꝝ a parte inferiori. ꝛ pcedit ſuperius ex vtraqꝫ parte ſpine. ꝛ diuidit in duas partes quaſi parietem habens inter illas. ꝛ ideo ſunt oua ſecundum acies in matrice. ꝛ non ouat ſerpens omnia ſimul ſed ſucceſſiue. Jtem ariſto. li. v. ſerpẽtes tempore coitus ita ad inuicem ſe applicant ꝛ inuoluunt. vt parʒ aſpicienti ꝙ ſint vnum corpus habẽs duo capita. Jtem Ariſto. li. vij. ſerpens ꝛ maxime tyrus quando tranſglutit auem vel aliqd primo ſe erigit ꝛ poſtea ſe reſtringit/ quouſqꝫ perueniat interius quod tranſglutit. ꝛ hoc eſt/ qꝛ eius ſtomachus puus eſt/ ꝛ ſubtilis. ꝛ poſſũt ſerpentes diu viuere ſine cibo . quod patet ex ſerpentibus quos cuſtodiunt venditores. Jtem ariſto. li. viij. gallis . i. muſtela pugnat contra ſerpentes ꝛ munit ſe paſtu rute/ ꝛ maxime pugnat contra comedentes mures quia ipa venatur mures ꝛ manducat eas. Jtem li. vij. dicit ꝙ ſerpentes multum diligũt vinũ. ꝛ ideo venatur cum eo ſimiliter diligũt lac valde ꝛ ſecunꝰ odorem eius. ꝛ ideo ſi alicui? ventrem ſerpens ſubintrauit/ extrahi poteſt lactis odore. vt dicit idem. ꝛ etiam dyaſ. Jtem Ariſto. li. xiij. ſerpentes habent ppriũ ꝙ pñt mouere caput ad poſterius corpore quieſcente. cauſa huius eſt ꝙ armille ſpondilium ſerpentum cauſanꝰ ex cartilagine. Et ppter hoc ſunt bone flexionis ꝛ fuit hoc neceſſarium aſpiciendũ retro vt poſſit vertere caput ad aſpiciendum corpus ſuum longum atqꝫ ſtrictum. aliter enim non poſſent regere corpus ſuũ. niſi iuuarentur eleuatione capitis ad toti corpori pcauendum. Jtem idem in eodem ſerpẽtes natant in aqua per corporis inflexionem. ſicut repunt in terra. Non enim dedit natura ſerpentibus pedes ad gradiendum / nec pennulas ad natanduʒ. cuius cauſa eſt nimia corporis longitudo. quoniam ſi habuiſſent multos pedes/ eſſent mali motus quoniam eſſent ſuper pinnulas. Similiter ſi plures alas valde ppinquas eſſent grauis motus. ꝛ ſi ab inuicem eſſent remote/ ad ſuſtentandum reſiduũ corpus longum ꝛ flexibile non ſufficerent/ ꝛ ideo quod faciũt piſces habentes pinnulas ipſarum contractione/ ꝛ aues alarum extenſione/ hoc faciunt ſerpentes ſola corporis flexione. Sunt ꝛ quedam piſces ſimiles ſerpentibus in longitudine qui eadem de cauſa pinnulas paucas vel nullas. ꝛ natant corporis ſola inflexione ſicut murene/ ꝛ piſces faſtaros/ qui a nobis dicuntur congui qui maxime ſũt anguille/ ꝛ huiuſmodi. ꝛ ideo quia tales piſces ſimiles ſunt ſerpentibus in creatione vel in extenſione/ habent tantũmodo duas alas vel pinnulas ante/ ꝛ vtunꝰ corporis flexibilitate loco pinnularum ꝛ alarum ꝛ ppter hꝰ repũt in terra ꝛ viuunt longo tempore/ etiã ſine aqꝫ ſicut viuunt ſerpentes ſine cibo. Jtem idẽ in eodem. ſerpentes autem habent vias ꝛ inteſtina/ a quibus aliquando exit ſuperfluitas ſicut habent alia animalia genenerantia. ſed non habent viam exitus vrine quia veſica carent. Jtem idem in eodem ſerpentes inuoluunꝰ ad inuicẽ/ quando conueniunt ad coitum ꝛ amorem. quia non habent virgam neqꝫ teſticulos. carent virga/ quia non habent crura ꝛ carent teſticulis/ quia ppter longitudinẽ corporis. ꝛ ſi haberent eos infrigidareꝰ ſperma/ ppter tardationem ſui exitus. ꝛ ſic eſſet min? conueniens generationi. Jtem ideʒ. xviij. nõ accidit generationi ſerpentũ errore ꝛ mõſtruoſitas niſi raro/ ꝛ hoc accidit ppter figurã matricis que longa eſt/ recta atqꝫ ſtricta. vnde ꝛ oua ſerpentum ſunt diſpoſita ſm aciẽ / ppter longitudinẽ in matrice. Has ꝛ multas alias pprietates anguiũ ꝛ naturas recitat ariſtoꝰ. quas pſequi p ordinẽ eſſet longũ. ſꝫ hec dicta nũc in generali ſufficiant. De vſualibus eius pprietatibus ꝛ omnibus fere notis infra dicetur in littera. S.

Spis eſt anguis morſu ꝛ veneno pniciosiſſimus/ ab aſpgendo aſpis dictus/ eo ꝙ morſibus venena mittat. mortifera atqꝫ ſpgat. yos. n. grece venenũ dicunt. vt dicit Jſido. li. xij. c. iiij. (ꝛ ſequiꝰ) aſpidis diuerſe ſũt ſpẽs/ ꝛ hñt diſpes effectus. ad nocendũ. ſ. dipſas qui ſitula dꝛ latie. quia quẽ momorderit/ ſiti interimit ꝛ occidit. ypnalis ẽ gen? aſpidis q̃ ſono necat. hũc cleopatra ſibi appoſuit/ ꝛ ita morte q̃ſi ſono reſoluta eſt.

Item emorrois eſt aſpis ſic dictus eo ꝙ illius ſuggit ſanguinem. quem percutit. ⁊ qui ab eo morſus eſt/ diſſolutis venis fluxu ſanguinis vitam finit. grece. n. emach ſanguis dicitur. Item priſter eſt aſpis horribilis/ ſemper ore patente ⁊ virus euaporante incedens (De quo luca.) Oraqꝫ diffundens auidus fumantia priſter. quicunqꝫ ab eo percuſſus fuerit diſcenditur/ ⁊ enormi infectione corporis enecatur. (ſicut dicit idem ibidem.) Item ſepis eſt mortiferus aſpis ⁊ tabificus. qui cum hominem momorderit/ ſtatim eum deſtruit ⁊ conſumit/ ita vt in ore ſerpentis totaliter liquefiat. nec ſolum corpus/ ſed etiam oſſa veneno diſſipat ⁊ eneruat. (cuius poeta ſic meminit) Oſſaqꝫ diſſoluens cum corpore tabificꝰ ſeps vt dicit idem. Sunt ⁊ alia genera aſpidis multa quorꝫ tanta eſt virulentia/ ꝙ etiam mediante lancea veneno ſitate ſua perimunt ſe tangētem. vt dicit Auicen. in libro de venis. Quere ſupra li. v. c. de venis. De aſpide in genere (dicit Iſidorus li. xij.) Fertur inquit ꝙ aſpis cum ceperit pati incantatorem/ qui eam quibuſdam carminibus ꝓprijs euocat. vt eam de cauerna producat. illa cum exire noluerit/ vnam aurem in terra p̄mit. alteram ſuo cauda obturat ⁊ opit. ⁊ ſic illas voces magicas non audiens/ ad incantantē non exit/ ⁊ eius imperio non obedit/ (hucuſqꝫ Iſi.) De aſpide vero dicit pli. li. viij. c. xxiiij. percuſſa membra ab aſpide intumeſcunt/ ⁊ vix ſine partium amputatione/ que ſunt contacte aliquo remedio cōualeſcunt. Unus autem huic peſtifero angui eſt ſenſus vel affectus. Nam compares ſuos coniugali affectu diligunt nec ſine comparis conſortio bene viuunt. Unde altera interfecta credibilis vltionis cura/ alter perſequitur interfectorem/ ⁊ illum ſolum in quantolibet populi agmine agnoſcens infeſtat. ⁊ nititur interrumpere omnes difficultates/ permeat ſpacia nec niſi veloci fuga/ aut amnibus ⁊ fluuijs cohercetur/ quin vltio de morte comparis aſſumatur. Sed contra eius maliciam/ dedit natura remedium ⁊ medelam heberem/ dedit ei natura viſum. nam oculos habet in timporibus/ ⁊ non in fronte ⁊ ideo non poteſt videre aduerſarium directe/ ſed oblique ꝓpter quod non poteſt bene ꝓſequi hoſtem viſu. ſed potius auditu proſequitur vel olfactu. nam in his duobus ſenſibus magis viget. vt dicit idē

Item dicit Marcianus ꝙ aſpis non nocet indigenis afris ⁊ marricas. nam ⁊ illi pueros ſuos quos de ſe natos habent ſuſpectos aſpidi obijciunt. ⁊ ſi de eorum ſemine fuerint nihil ipſis penitus nocet aſpis. ſed ſtatim moriuntur ab aſpide ſi fuerint adulterini. ⁊ hꝰ expreſſe dicit pli. li. viij. c. vltimo. (Dicit. n. ſic) quedam animalia indigenis ſunt innoxia q̄ interficiunt alienos. ſicut ſerpentes parcunt mirifice illis qui d̄ terra oriūtur. ſicut angues circa eufraten/ terre incolas non ledunt nec īfeſtant dormientes. alios autem cuiuſcūqꝫ gētis homines cruciant/ eos auides occidentes dicit etiam ibidem pli. ꝙ ariſto. tradit. in quodam monte a ſcorpionibus hoſpites non ledi. ſed indigenas interimi ⁊ occidi.

Ranea vt dicit Iſido. libro. xij. vermis eſt/ ab aeris nutrimento nominata/ que exiguo tempore longa fila deducit/ ⁊ tele ſemper intenta nunq̄ deſinit a labore/ ꝑpetuumqꝫ ſuſtinet in ſuo opere diſpendium. quia ſepe ad modicum flatū venti aut ꝑ pluuie ſtillicidiū rūpitur tela ſua ⁊ tunc totaliter ꝑdit laborem ſuum (dicit etiā auicen. ꝙ aranea eſt modicum animal reptile multipes. vj. vel. viij. habens pedes quos ſꝑ habet pares ⁊ nunq̄ impares. ⁊ hoc fuit neceſſe/ vt ſemper eſſet eius inceſſus equus/ ſicut ⁊ ipſum onus/ ⁊ hoc eſt generale in habentibus duos vel plures pedes. habet autē aliquos pedes longiores/ ⁊ quoſdam breuiores/ ꝓpter diuerſas quas facit operationes/ nā cū quibuſdam fila ſubtiliat/ ⁊ in longum ꝓtrahit. cum quibuſdam vero pariter fila nectit. cū quibuſdam per fila repit. ⁊ quando vult in tele ſuꝑficie immobiliter ſe ſuſpendit. maxime autem inter animalia anuloſi corporis viget ī aranea ſenſus tactus. vnde reſidēs in tele ſue medio/ ſubito ſentit muſcam telā in parte remotiſſima contingentē quam ſubito inuadit/ Et aggreditur tanq̄ hoſtem. de qua ſi triumphare potuerit/ eā ne euadat inter tele ſua fila multipliciter circūuoluit. ⁊ primo capiti inſidens/ eius humiditatem ſuggit. ⁊ de tali muſcarum venatione viuit. nam eius guſtabile eſt talis humor ſicut guſtabile apis eſt mel. (ſicut dicit idem ⁊ ariſto.) Itm in genere aranearum eſt diuerſitas ſexus (vt dicit ariſto. li. v). ⁊ eſt femina maioris corporis q̄ maſculus. ⁊ pedes habet longiores/ ⁊ flexibiliores ⁊ abiliores. ad motum ⁊ etiam ad texturam. ⁊ ſicut dicit idem libro quinto tempore coitus ⁊ amoris femina attrahit marem/ per fila tele. ⁊ poſt maſculꝰ feminā/ ⁊ nō ceſſabit attractio donec cōiungant/ ⁊ maſculꝰ ponit ſuper ventrem feie. ⁊ iſte modus eſt eis neceſſarius/ ꝓpter ventris rotunditatem. ⁊ iſta coniunctio maxime eſt in fine veris ⁊ in ꝑncipio eſtatis. ⁊ aliq̄n in fine

autũni ⁊ in principio hyemis ⁊ tunc maxime
ſunt nociue ⁊ earũ puncture amplius venenoſe
Item ariſto.li.viij.genera aranearũ ſunt mul
ta. Nam quedam ſunt parua ⁊ diuerſi colorꝭ
⁊ ſunt acuta/⁊ velocis motus.Alia ſunt ma/
iora/⁊ colore nigra ⁊ earum crura anteriora
ſunt longiora/⁊ ſunt tardioris motus niſi qñ
coitu ſtimulantur.⁊ nigre ſolent texere iuxͣ ter/
ram inter foramina ⁊ manent in textura ſua:
quouſqꝫ alia inciderit beſtiola ſicut muſca quã
depbendunt.⁊ ſi habent famem ſuggũt eius
humiditatem.⁊ tunc deferũt ad locum ſuum
vbi deponunt ⁊ reſeruant eũ/ donec iterũ eſu/
riam patiant.⁊ quando totã hauſit humidi/
tatem deicit reſiduum ⁊ reuertit ad venandũ
⁊ non venatur quouſqꝫ reparet quod ruptum
eſt de textura.⁊ ſi quis ruperit texturam inci/
pit ei ipſam reparare circa occaſum ſolis. vel cir/
ca eius ortum.⁊ maxime tunc laborat/ qꝛ tũc
plures beſtiole incidunt in texturam.⁊ femĩa
parit ⁊ venatur/⁊ maſculus iuuat eam.abſcõ
dit autem ſe in textura vel ſub tela ne a beſtio
lis videatur.⁊ maxime quando eſt magna/
quia ꝓpter eius magnitudinem non de faci/
li operit.facit etiam femina oua/ primo ex q̃/
bus modice aranee poſt formant/⁊ ſtati quã
do pariuntur/ponit eas in textura/⁊ ſtatiꝫ ſe
mouent ⁊ diſponunt ad texendum.ac ſi ĩ vte
ro materno ſint inſtructe ad venandum.vnde
ſtatim aptant retia conuenientia ꝓde ſue.
Et eſt ſpecies quedam aranearum/que vena
tur lacertum paruum ꝗ incipit texere ſup ipm
quouſqꝫ liget eius orificium ligatione forti.⁊
tunc ſaltat ſup eum ⁊ pungit quouſqꝫ moria/
tur. Item in eodem etiam dicit idem .ꝙ ſepe
inueniuntur quedam aranee in aluearibus
apum/⁊ ille corrumpunt mel ⁊ ſuggũt liquo/
rem.⁊ ſic circa fauos faciunt texturas/⁊ corrũ
punt eos.idem dicit Auicen. Et pli.de gene/
ratione aranearum.li.xj.c.xxv. ſic dicit. Ara/
nearum natura ꝑcipua admiratione eſt digna
cuius plura ſunt genera/inter que eſt quedam
que dr̃ ſpalangio/cuius corpus eſt exiguum.
varium acuminatum/velox ad ſaltum noxiũ
habens morſum.Alia eſt ſpecies maiorꝭ cor/
poris ⁊ nigri coloris ⁊ cruris longioris cauer
nas ſibi texens in angulis iuxta terram. Ter
tia eſt ſpecies que erudita compoſitione con/
ſpicuas texunt telas . Admirandum eſt tamẽ
qualiter tanto operi ſufficiat materia lanige/
ra/que de aranee vtero/ad tante tele texturaꝫ
paulatĩ (vt creditur)extrahit.⁊ tñ eius vterus
vix tali materia vacuus inuenit .nec videt eẽ
verũ qḋ dixit democritus / ꝙ tanta eſſet ven/
tris aranee corruptela/vt ex eius egeſtione tã
ta fertilitas lanifera generetur.vñ ⁊ democri/
tum reprobat(ariſto.li.viij)ꝙ dicit eũ in hoc
veritatem non dixiſſe cuius videtur eſſe ratio
quia aranee ⁊ alia huiuſmodi anuloſa modi
ci ſunt nutrimenti /⁊ parui cibi ꝓpter defectũ
ſanguinis ⁊ caloris.vnde cum aranea nõ tan
tum cibi capiat/quin incõparabiliter ad ꝑpa/
rationem tele ſue continue plus emittat/ma/
ior eſſet ſuperflui emiſſio/ q̃ cibi ſumptio. Et
maior egeſtio ſuperflua q̃ digeſtio neceſſaria
ad conſeruationem debitam animalis.vt di/
cit ariſto.vel al. Item pli.idem dicit.modera
to vngue rotundum tele educit filum. ⁊ miro
artificõ deducat ſtamina ab ymo ad ſupmum
⁊ iterum deducit tranſuerſaliter de puncto ad
punctum lineari diſtantia filum ſuum ⁊ om/
nes lineares tractus /quaſi in punctuali me/
dio/in equali diſtantia a centro copulat ⁊ cõ/
nectit.deducto autem ſtamine(vt ibidem di/
cit pli.)texere incipit a medio circuito orbe/
adnectens ſubtegmina ⁊ maculas adnectens
ſemꝑ.⁊ quaſi reticulariter per parua interual/
la/que inter vallicularia foramina miro artifi
cio ſunt nunc quadrata/nunc oblonga/nunc
rotunda.tanto ſunt ſtrictiora/ q̃ta ſunt vicini
ora medio.⁊ tanto latiora/ q̃to ꝓpinquiora
ſunt extremo.quo autem medio filum filo.tã
indiſſolubiliter iungat/⁊ nodum nodo appli
cet ⁊ connectat/viſus non iudicat/⁊ rationis
iudicium vix affirmat. Mira autem leuitate
per fila ſua que humanis viſibus vix ſunt ꝑ/
uia ſe eleuat/⁊ quaſi volat.hincinde ſe tranſ/
ferens locum mutat. Item dicit idem ꝙ quã/
diu extrema tele fila durant ſi caſu aliquo rũ/
patur/ipſa tela ſemper a medio incipit reſarci/
re quod ruptum eſt quaſi nihil iudicans ĩ cor/
pore tele eſſe integrum/q̃diu medium nõ eſt
firmum. Itẽ dicit idem . ꝙ in eis ſũt auguria
nam ſcḋm ꝙ tempora ſunt futura/ altius vel
ſubmiſſius ſolent componere fila ſua. Item
ibidem dr̃ ꝙ multitudo aranearum ſignum ẽ
inundationis pluuiarum. Idem libro.xiiij.
c.iij.de leſione vitium dicit ꝙ aranee quedaꝫ
circa germina vinearum ⁊ etiam circa floſcu/
los arborum faciunt texturas/ex quarum cir/
cumuolutione pereunt arbores ⁊ vinee quan
do ſunt in germine vel in flore /morſus ſpalã
gionis eſt mortiferus ⁊ venenoſus/niſi ei ci/
tius ſuccurratur.ſed eius venenum extinguit.
vis plantaginis ſi debito modo apponatur.
⁊ ideo vermes alij/vt lacerte ⁊ botrates pun/
cturã aranee formidantes ſucco plantagĩs ſe
ungũt(vt di.pli.d yaſ.⁊ auiẽ.i.cõ veiſ ⁊ mac.)

Aranearum autẽ tela (vt dicit ariſto.) ⁊ etiaȝ
pli. ex eaꝝ viſceribus quodã miro nature ar/
tificio generatur/ ſubtiliſſima cõpoſitione cõ
texitur/ more retbis cõponitur ⁊ paratur. filis
ſubtiliſſimis cõnectit. ⁊ hoc ne a muſcis ⁊ ali
is beſtiolis/ quibus tenditur ꝓpter groſſitiẽ
videatur. cũ labore quidẽ cõponitur/ ſ; miro
modo faciliter diſſipatur. ignẽ non ſuſtinent
ventũ timent cuius impetu tela rũpitur/ ⁊ ſu
bito ipa denudatur. ⁊ quãuis venenoſa ſit a
ranea/ de cuius egreditur viſceribus/ tela ve/
nenoſa non eſt. ſed potius ꝙ multis vſibus
medicine vtilis deputatur (naȝ vt dicit diaſ)
tela araneaꝝ alba ⁊ mũda/ puluerulentis ſor
dibus non admixta/ vires habet conſtringen
tes cõglutinãtes ⁊ refrigerãtes. ideo ſangui/
nẽ reſtringit a vulnere defluentẽ. ſuperpoſita
vulneri/ ꝓhibet fieri ſanieȝ ⁊ ſanat plagaȝ re
centẽ ⁊ ꝓhibet inflaturã ſanitatẽ vulneris re
tardantẽ. Eſt aũt genus aranee quã ſpalanã
vocant vt dicit pli. libro. xxix. c. iiij. ⁊ eſt hec a
ranea ſimilis formice/ ſed longe maior corpo
re rufum habẽs caput/ reliquũ corporis nigri
eſt coloris reſperſum albis guttulis acerbior
eſt eius ictus ꝙ vipere. viuit aũt maxime iu/
xta furnos ⁊ molas. cuius contra ictum eſt re
mediũ aliã eiuſdẽ generis oſtendere ſic pcuſ/
ſo ⁊ ad hoc conſeruantur cũ mortue inueniũ/
tur. quaꝝ cortices contriti ⁊ potati medentur
morſui muſtele. Eſt ⁊ aliud genus lanugino
ſum cũ groſſo capite ⁊ dolor puncture eius ſi
cut ſcorpionis. ⁊ ex eius morſu genua labefa
ctantur ⁊ accidit caligo ⁊ vomitus. Eſt ⁊ ali/
ud genus aranee noĩe mirmicaleon ſiue mir/
micecon qđ alio nomine dicitur formicaleon
formice ſimilis capite albo habens nigrum
corpus diſtictũ maculis albis cuius morſus
viperaꝝ dolore torquet. ⁊ dicitur formicaleõ
q; formicas venatur vt leo. ⁊ eaꝝ ſuggit hu/
miditatẽ. ſed a paſſeribus deuoratur. ⁊ ab a/
lijs auibus vt formica. Remediũ autẽ contra
morſus omniũ araneaꝝ ẽ cerebrũ gallinaciũ
cũ exiguo piperis bibitũ cũ vino dulci. Item
coagulũ agni potatũ cuȝ vino ſanat morſus
araneaꝝ. Item ideȝ facit cinis vngule aneti
ne cũ melle. Itẽ muſce contrite ⁊ poſite ſuper
morſum extrahunt venenũ ⁊ mitigant dolo/
rem. Sunt ⁊ alia remedia que enumerat pli.
ſed hec ſufficiant. Dicit enim li. e. c. vi. aranea
longa ⁊ candida tenues habens pedes cõtri
ta ĩ veteri oleo dicit ſoluere albuginẽ oculoꝝ.

Apis eſt animal multipes. ⁊ bre/
ue inter omnia animantia anulo
a ſi ⁊ inſecti corporis in multis op
tinet principatum. vt dicit pli. li. xi. c. vj. paruſ
tatem autẽ ſui corporis recõpẽſat ingenij ma
gnitudo quãuis aũt poſſit inter volatilia cõ/
putari. tñ q; pedibus vtitur in quibus ẽ vis
progreſſiua merito poteſt inter greſſibilia nu
merari. Preter vero ꝓprietates ſuperius li.
xii. poſitas ſub lr̃a. a. alie ſunt hic ponende.
quas recitat pli. libro. xi. c. vj. ſic dicens. In/
ter omnia ẽ admiranda apum ſollertia. qua
mella contrahunt. ſuccũq; dulciſſimũ ſubti/
liſſimũ ⁊ ſaluberrimũ in fauos cõponũt ⁊ ce/
ram ad vſus humane vite perutilẽ operando
conficiũt. hyeme latent ⁊ recũdũtur quia vi/
res non habent. vt nimbus pruiniſq; reſiſtãt
ac flatibus aquilonis. In vere vero cum ſen
tiunt fabas florentes ad opera exeunt ⁊ labo
res. nulliq; licet vacare ocio per hos dies. p̃/
mo fauos cõſtituũt ceramq; fingũt. domoſq;
ac cellulas faciunt. deinde ſobolem ⁊ poſtea
mella conficiunt ⁊ cõponunt. tecti autẽ alue/
aris ſui lacrimis ⁊ ſuccis arboꝝ gũmoſã viȝ
habentiũ per totũ liniunt. ⁊ contra aliaꝝ be/
ſtiaꝝ auiditates ſe muniunt ꝓut poſſunt. fa/
ces ſi fuerint nimis late conſtringũt. ⁊ eas ſuc
cis predictis liniunt. primo autem ꝓ funda/
mento ſui operis cruſtulam quandam ponũt
amari ſaporis quã multi cõmoſiȝ vocant. de
inde faciunt aliã dulciorem que cere eſt inici
um quã multi dulices vocant. tertio ponunt
materiaȝ groſſiorem que fauoꝝ eſt ſtabilimẽ/
tum ⁊ illam materiã ꝓpolim multi vocant. ⁊
iſta triplici tela a frigore ⁊ alijs iniurijs muni
unt fauos ſuos. non inſident fructibus ſed a
floribus non marcidis ſed recentibus recolli
gunt materiã ex qua mel ⁊ ceram cõponunt.
quãdo autem flores vicini ſunt cõſumpti mit
tunt ſpeculatores ad vlteriora pabula acqui/
renda. ⁊ ſi apprehenderit eas nox in expediti
one excubant ſuppine vt alas ſuas ꝓtegant
a pluuia ⁊ a rore vt facto mane expeditius vo
lant ad opus ſuuȝ habentes alas ſuas ſiccas
⁊ expeditas ad volatũ ordinant excubias ſu/
as more caſtroꝝ. de nocte quieſcunt vſq; ma/
ne donec vna omnes excitet gemio aut tripli
ci bombo vt buccino aliquo tunc vniuerſe p/
uolãt ſi dies fuerit mitis futurus. prediuinãt
enim ymbres ⁊ ventos ⁊ tunc ſe continent in
fra tecta quando preſciunt celi tempeſtatem fu/
turam cum agmine ꝓcedunt ad opera. ⁊ nũc
alie flores aggregant pedibus. alie aquã ore
guttaſq; lanugine totius corporis ſimul por
tant. adoleſcentiores vero ad opera exeunt ⁊
conueniunt ⁊ afferunt ſupradicta. Seniores
vero intus operantur que flores cõportant.

primo onerant pedes anteriores/ ⁊ poſt ali-
os/ donec roſtro pleno remeent totaliter one-
rate. Excipiunt autem onuſtas trine vel qua-
terne eas que exone ant ſcd̄m quod intus ſūt
ordinate. earū enim officia ſunt diuerſa. Alie
enim domus conſtruunt. alie polliunt. alie ci
bum parant/ ex eo qd̓ allatū eſt. non enim ſe-
paratim veſcuntur/ ne inequalitas cibi tēpo-
ris ⁊ operis fiat. inter eas fauos linealiter ⁊
ordinate ꝯponunt/ ⁊ in ſuperiori parte ſuſpē
dunt. ceras cadentes fulciunt. primas lineas
parum replent de melle/ nouiſſimas autē ma
xime ſolent adimplere. apes autem gerule/ q̄
neceſſaria conuehunt/ timēt venti flatus. ⁊ iō
volant circa terram. ⁊ quando ſunt onuſte re
deunt/ ne flatu aliquo īpediantur. ⁊ quando
qꝫ lapillis ſe onerant vt lapillorum grauitate
ſint contra venti impetū magis fixe. Mira i-
ter eas eſt obſeruantia diſcipline. nam inerti-
am ceſſantium ab opere notant/ ⁊ eas mox ca
ſtigant/ imo morte puniunt operari non curā
tes. Mira inter eas eſt mundicia. nulleqꝫ in
ter ſua opera ſpurcitie permittunt. egeſtiones
apum que operantur intus ne lōgius recedāt
alie congerunt in locum vnum/ ⁊ eijciunt de-
alueari. quando aduesperaſcit/ intrant in do-
mos ſuas. ⁊ ſtrepunt/ donec illa eadem q̄ eas
excitauit circūuolet. ⁊ eadē quo excitauit bō-
bo/ eas inuitet ad quietem ⁊ tunc omnes re-
pente conticeſcunt. Item in eodē. c. xiij.) Itē
per apes ſumma equitas exercitur. feriūt eniꝫ
oēs eaꝝ pacem diſſoluentes/ ⁊ eaꝝ mella di-
rūpere cupiētes. regem ſiquidem habēt apes
qui non aculeo armatus eſt/ ſed potius maie
ſtate (⁊ vt dicit idem. c. xviij.) vel ſi habet acu
leum/ vſum feriendi natura ibi negat. noluit
enim natura ipſum ſeuum eſſe/ nec concito pe
tere vltionem. ⁊ ideo ei telum detraxit. ⁊ iner
mē dereliquit. vnde cōſtat apū īperatorē acu-
leo non vti. Miranda aūt ē circa regē plebis
obedientia. nā cū ꝓcedit/ totū examen cōglo
batur. ⁊ ab ipſo agmine velut acie militū cin
gitur ⁊ vallatur. ⁊ pre multitudine obſequen
tium/ tunc temporis vix videtur. cū populus
apum in labore eſt/ ipſe intus ē/ ⁊ circuit ſitis
excitāti/ ſolus a labore ē imunis circa quē ⁊
aſſunt apes quedā habentes aculeū/ tāqꝫ li
ctores/ q̄ auctoritate aſſidua/ regis ſūt cuſto-
des. ⁊ raro ꝓcedit foras/ niſi qn̄ examē totum
dꝫ exire. cuius exitus itelligit ante diebus a-
liquot exercitu murmurāte/ ⁊ quaſi ad exitum
ſe preparante. vn̄ ſi quis tūc regi apū precide
ret alā totū examem tunc tpis nō exiret. ⁊ qn̄
ꝓcedunt ſingule regis obſequio ſe offerunt
⁊ ei proxime eſſe volunt. regem feſſū humeris
ſubleuant ⁊ fatigatum portant. ſi qua laſſata
defecerit vel ab acie errauerit. odore ꝓſequit
vbicūqꝫ rex precedit. et vbicunqꝫ rex precedit
ibi cetere caſtra figūt. rege viſo totus aīat ex-
ercitus/ ipſoqꝫ amiſſo totū agmen dilabit ad
aliū. qr ſine rege eſſe nō poſſunt. ad aluearia
ſubintrant quedā falſe apes/ que fuci nuncu-
pātur/ habētes magnū ventrē furtimqꝫ deuo
rant mella. ⁊ has apes interficiūt qn̄ eas de-
prehendūt. quādo ver eſt humidū/ fetus apū
multiplicat ⁊ mella depauperant. ⁊ ecōuer-
ſo quādo ver eſt ſiccū/ deficiūt in ꝓle ⁊ ī mel-
le multiplicātur. Si aūt defecerit ī aluearibꝰ
cibus/ īpetū faciunt in ꝓximas/ ꝓpoſito ra-
piendi ⁊ ꝯtra eas alie aciē dirigunt/ ſi rectorē
habēt. ⁊ ſi que fuerint apes fauētes inuadēti
bus parcūt eis inuaſores nec eas īpetūt/ ſed
poſt eas ſibi aſſociant ⁊ defendūt. Etiā mul-
tis alijs de cauſis acies contrarias cōſtruunt
duo īperatores cū multa rixa/ que dimicatio
in iactu pulueris/ aut fimo totaliter diſſipat.
Itē idē. c. xix. apes quedā ſunt ruſtice ac ſilue
ſtres horrido aſpectu ⁊ ceteris iracūdiores. ſꝫ
labore ⁊ opere ſunt preſtātiores. alie ſunt vr-
bane quaꝝ quedā ſunt breues ⁊ varie ac rotū
de. alie ſunt longe ſicut veſpe/ ⁊ ille ſunt alijs
deteriores/ ⁊ ſunt piloſe. ⁊ quedā ex his ſunt
albe que in meſſe mella faciūt. ſilueſtres vero
in arboꝝ cōcauitatibꝰ mellificāt aliquādo in
aliquo terre ſpecu. quibus natura dedit acule
um ventri conſertum ad vnū ictū. quedā autē
ex vindicandi ardore ita ꝓfunde figunt teluꝫ
ꝙ ſequit ſubito inteſtinū ⁊ tales cito moriunt
alie quidem aculeū perdunt. ⁊ viuentes vlte-
rius mellificare nō poſſunt. ſed caſtratis viri-
bus nocere pariter ⁊ prodeſſe deſiſtunt. odo-
res fedos ⁊ ceteros fumos maxime odiunt.
⁊ fugiunt. in rebus autem odoriferis iocūdā-
tur. cācroꝝ odore ſi quis eos iuxta decoquat
examinātur. qn̄ rex eaꝝ morit triſticia torpent
funerātiūqꝫ more cōcomitantur exequias/ ⁊
meret plebs magno dolore rege peſte cōſum
pto. nam abos tunc conuehunt ⁊ nō ꝓcedūt
triſti ſꝫ murmure glomerātur circa corpꝰ eius
luctū nō minuūt/ imo niſi ſubtrahat mortuꝰ
fame ⁊ dolore moriunt. hylaritate igit apū ⁊
nitore ſanitas eſtimatur. Dicit etiam ibidem
apes multas incurrere infirmitates. nam vt
dicit. c. xx. egrotāt qn̄ nō ꝓficiūt fetū ſuū. īimi
cat etiā eis reſultās ſonus echo/ nimis. n. fa-
cit eas timidas/ inopinato ſonitu terrēs eas.
inimicat etiā eis corrupta nebula/ corrūpēs
flores quos decaſcūt. aduerſant ⁊ eis aranee

quando ſe ſociant eis ⁊ in alueanbus faciūt intexturas. peſtifera eſt etiā eis muſca quedā ſimilis papilioni/ qui inſilit in cādelas. nam papilio depaſcit ceras/ ⁊ reliquit ſtercora/ ex quibus generātur cerredones/ qui ceras pre/cipue appetunt. nocet etiā eis auiditas paſt⁹ qn̄ nimia florū ſatietate replentur/ ⁊ maxime hoc accidit in vere. oleo quidē examinātur ſi/cut ⁊ omnia anuloſa ⁊ infecta/ precipue ſi ca/pite vncto in ſole ponātur ſed aſperſe aceto re uiuiſcunt. aliquando etiā cōtrahunt ſibi mor tis ⁊ morbi cauſas quādo ſentiūt ſibi ſubtra. bi mella nimis auide deuorātes (huculq; pli. Inſignes etiā ꝓprietates ⁊ notabiles recitat (auice. libro. viij. c. iij.) apes inquit cibantur ex melle ⁊ comedūt inde paꝝ. ſed quādo infir mātur/ tunc comedūt mel ⁊ nō exeunt d̄ domi bus ſuis. ⁊ quādo inueniunt domos mūdas ſiue aluearia faciunt in eis domos ſextiles ce reas. ⁊ quādo orificia aluearis ſūt nimis am pla diminuunt amplitudinē cū quadā viſco/ſitate nigra/ que in odore eſt acuta. etiā edifi/cāt primo domū regis/ ⁊ illa domus ſimilis eſt foramini ⁊ poſt alias domos ſecundū di uerſitatē maioꝝ vel minoꝝ. maſculi aūt tātū/ modo operātur domos ſuas/ ⁊ poſt non eſt opatio/ niſi ad comedēdū mel/ ⁊ mellificādū ⁊ apes primo morantur in fauis ſuis ⁊ quan do eſt tēpus excūdi/ aſcendunt in altū ſecūdū foramina piramidis. ⁊ poſtea redeūt ⁊ come dunt mel. ⁊ rex nunq̄ exit/ niſi cum exercitu/ ⁊ maſculi non habent acum niſi forte pauci. ta men appetunt pungere/ ſed non poſſunt. Et reges apuz ſunt duoꝝ modoꝝ. vnus rubeus ⁊ alter niger fere ſicut carbo. ⁊ eſt in duplo ma ior q̄ꝫ apis que mellificat. ⁊ ſunt apes maſcu/le magis pigre q̄ꝫ femine. ⁊ meliores ſūt apes minores ⁊ rotundiores habentes varios co/lores. ⁊ apes q̄ paſcuntur in montibus pra/tis ⁊ ortis ſunt minores ⁊ meliores ⁊ faciunt mel conſimile in partibus ⁊ leue. apes autez que nō ſunt bone non faciunt mel equale nec conſimile ſed apis que ſemꝑ adheret forami ni mellis efficit mel melius. aliter. n. corrūpit de facili/ ⁊ generantur in eo aranee que corrū punt mel. Duplici autez de cauſa vtunt apes mellificātes aculeo. ſ. ad defenſionē/ ⁊ ad hu miditatis ſuꝑflue cōſumptionē/ vis. n. ignea eſt in acu. ⁊ iō cooꝑatur valde ad ꝯſumptiōez ſuꝑflui humidi ⁊ mellis immutationē. Item ſubintrant ſepe aluearia q̄dā muſce male que faciunt alias muſcas ꝑuas/ q̄s multi vocant guſanes ꝑforāt alas aliaꝝ/ ſꝫ vere apes ꝑſe/quunt illas muſcas ⁊ pungunt eas. nec ꝑmit

tunt eas cadere ſuꝑ domos ſuas. ⁊ apes mel lificātes interficiunt maſculos nocētes eis/ ⁊ reges malos quādo eas nō bene regunt/ ſed tm̄modo de melle nimis comedunt/ ⁊ p̄cipue hoc faciunt quando mel erit paucuz. ⁊ apes ꝑue pugnant cum longioribus quādo n̄ ope rantur nec laborāt ⁊ nituntur eas eijcere de al uearibus/ ⁊ ꝑ talem eiectionē melioratur mel ⁊ augetur. Eſt autē vnuz genus apum qd̄ dr̄ labion. ⁊ interficit apes mellificātes. ⁊ deſtru it eaꝝ domos. ⁊ hoc eſt/ qr ſunt vigiles ⁊ bōe cuſtodie. ⁊ qn̄ intrant aluearia/ in melle ſubi to ſe infigunt cā deuorādi in tātum q nō pn̄t euadere. ⁊ tūc ſtatim a veris apibus huiuſmo di interficiuntur. Et anteq̄ꝫ rex exeat rōnaliter ꝑ duos dies ante ſciunt alie q rex ſit factu⁹ vt obedire illi parate ſint. ⁊ quādo reges creā tur quilibet hꝫ cateruam vnaz. ⁊ illa caterua non vult habere alium regē niſi quē primitus acceperunt/ ⁊ ſi alius rex voluerit illius comi tatus ipſum interficiunt. ⁊ poſtq̄ꝫ exierint pul li ⁊ fuerint pauci/ expectabunt ſocietatem al/terius examinis. ⁊ ſic ſimul ſecurius ꝓficiſcū/tur. vel poſtq̄ꝫ ceperit volare pulli ⁊ fuerint eq̄ les magnis/ feſtinant opus ſuuz. ⁊ ſeniorib⁹ plurimi cooperātur. Nulla aūt creatura ardē tior ē ad vindictā q̄ꝫ ſit apis quādo ad iracun diā ꝓuocatur. ⁊ iō ſepe grādes ꝓſternit exer/citus multitudo apū/ qn̄ ꝯtra diripiētes mel/la reſiſtere ꝯpellunt. Fimū ⁊ fumū ſuꝑ omnia abhorrēt apes. ⁊ ideo laborant feces eijcere ⁊ ſquibala ſua quādo volūt/ qr eaꝝ feces ferēt valde. ⁊ iō ab eis domos ſuas valde purgāt virgines apes ⁊ iuuenes/ melius opantur ⁊ faciunt melius mel q̄ꝫ ſeniores ⁊ nō tātū pau/tiunt nec tantum ledit eaꝝ ꝑcuſſio ſicut ſenuz potant autē apes ⁊ bibunt/ ſꝫ aquā tantū cla/rā/ ſiue ꝓpe ſiue a remotis hauriatur/ nec po tant vbi ꝑus proiecerint fecē ſuam. ⁊ maxime in autūno et in vere/ et mel veris melius eſt ꝓ pter florum nouitatem et ampliorem puritatem. Et apibus placet armonia. ſ. ſonitus cā tus percuſſio palmarum. et ideo cum cantu et peluim aut cimbalorum ſonitu ad alueare re uocantur. et quando dimittitur apibus mul/tum de melle pigreſcunt/ et minus operantur et ideo oportet vt in alueàribus eis mediocri ter dimittatur (huculq; auicenna. vij. libro.) Multa alia ponit in quibus concordat cū ariſto. libro. viij. plinius in. xi. quere ſupra li/bro. xij. in littera. a. vbi inuenies multa que ab ariſto. et a ſeneca et alijs auctoribus ſunt accepta. ſed hec ſufficiant.

b Bos grece boetes nuncupat̃/ quẽ latini torōnẽ vocant/ eo ꝙ terram terit. cuius latitudo pellis a men
to ⁊ gutture vſqȝ ad crura pellearia ducitur/ a pelle ipſa ſic dicta. quaſi pellearia que gene/
roſitatis in boue eſt ſignū (vt dicit Iſido. li. xij. (boū aūt vt dicit idẽ. circa ſocios eximia pietas eſt. nā alter alteꝝ inquirit. cū quo ꝑ col
lū aratra ducere cōſueuit. ⁊ frequenti mugitu piū teſtatur effectum/ quando ipſuȝ citius in
ueniri nō contingit. De bobus vero dicit pli. li. viij. c. xlv. bobus indicis cameloꝝ traditur
eſſe altitudo/ quoꝝ cornua ſunt in latitudine quatuor pedū (⁊ ſequitur ibidẽ) ſoli boues ĩ
ter aialia retro ambulantes paſcūtur. aque ca lide ablutiōe/ dicūtur pingueſcere. quādo cor
nibus capitis cōiunguntᷣ/ plus laboris poſ/ ſunt ſuſtinere/ ꝙ̄ quādo ceruice inuicẽ copulā
tur. In ſyria ſunt boues/ qui nō hn̄t palleana ſub gutture ſed gibbos in dorſo. boues quo
qȝ laſſata habentes cornua dicūtur eẽ in oꝑe excellentes. boues nigri coloris parua habẽ/
tes cornua/ minus reputātur vtiles ad operā dū. Maiora cornua ⁊ ſpiſſiora habẽt boues
ꝙ̄ tauri. ⁊ poſt caſtrationẽ bos ĩ corpe ⁊ in cor nibus augmentū recipit/ pariter etiā ꝓficit in
robore ⁊ virtute. nō tamen tante ẽ animoſita tis nec audacie/ ſicut ante. magis autẽ efficitᷣ
domitus maturus ⁊ quietus/ patiẽs laboris ⁊ motus tardioris/ ⁊ inceſſus grauioris. Itẽ
pli. ibidẽ. Natura boū ĩ trimatu optima/ poſt trimatū aūt nimis ẽ ſera ſed ante prematura.
optima vero cū boue iuuẽtus inuenitur. ſoci/ um. n. laboris agricultureb habemus hoc ani
mal. Tāta etiā fuit cura apud priores boues non ledere/ vt qui ꝓcaci aio motus bouẽ occi
deret ſine cauſa/ puniretur grauiter tāꝙ̄ colo/ nū ſuū iteremiſſet (vt dicit idẽ) Eſt. n. aial mi
te ⁊ mundum nō ſolū vſibus hoiuȝ neceſſari um/ veꝝ etiā ad imolādum in aris deoꝝ ẽ cō
gruum ⁊ aptū. nā ex bobus optime fiunt vi/ ctime. ⁊ lautiſſima fit ex eis placatio deorum.
bos aperit terrā vomere ⁊ incidit ⁊ colit arua ⁊ eā gignẽdis fructibus aptā reddit. bos car/
nibus ſuis reficit ⁊ nutrit. pellis eius multis vſibus cōuenit. eius etiā fimo terra ĩpingue/
ſcit. eius cornua calefacta remolliuntᷣ ⁊ rectifi cantᷣ/ ex quibus diuerſa vaſcula ⁊ varia vten
ſilia ꝑparātur. Ex cornibus. n. bouinis fiūt arcus baliſte quibus tela ꝯtra hoſtes iactantᷣ
fiunt ⁊ toraces/ ⁊ arma quibus ĩfirmiora bo minis contra hoſtium iacula defenſantur. fi/
unt ⁊ lucerne quibus fugantᷣ tenebre. fiunt ⁊ pectines quibus capita a ſordibus emundā
tur. bouinis etiā cornibus vtuntᷣ venatores. nā eis terrẽt feras ⁊ incitant canes venaticos
vt fugiẽtia aialia inſequātur. cornibus etiam vtuntur ſcriptores/ ⁊ pictores. in quibus va/
rij colores optime conſeruantur. vtuntur etiā cornuū vſu bellatores quibus buccinādo ſo
cij animantᷣ/ tā pugnantes ꝙ̄ fugiẽtes ad aciẽ reuocātur. cornibus etiā vtūtur cuſtodes tau
roꝝ ⁊ caſtroꝝ ſiue ſpiculatores/ qui ipſoꝝ ſo/ nitu advigilandū mutuo ſe hortantur. ad mᷣl
ta alia cornua bouina ſunt neceſſaria. vn̄ ni/ hil ẽ in boue quod diuerſis vſibus nō ſit vti/
le. ⁊ etiā eius fimus (vt dicit pli. li. xxviij. c. xi) fimus inquit bouis cū aceto/ iuuat contra do
lorẽ articuloꝝ. ydropicis etiam remediuȝ ſin gulare ẽ/ ſi inde ad ſolem pungantur. Inter/
cutaneum. n. ꝯſumit humorẽ ⁊ ſedat ac repri/ mit inflaturā ydropicā ⁊ tumorẽ (dicit ꝑterea
pli. li. xxx. c. iij.) Eſt inquit animal paruulū ſi mile ſcarabeo/ nomine bureſtis. hic inter her/
bas fallit bouẽ. ⁊ iō ſic eſt dictuȝ. q2 premit eū nā inter herbas quas bos diligit/ illud aial
ſe abſcondit. quod animal bos deuorat/ duȝ herbas incaute carpit. boreſtio autem deuo/
ratus/ iecur bouis ſic inflāmat/ vt ipſum cum cruciatu maximo tandem rumpat. vnde ꝑter
onus iugi quo bouis ceruix primitur/ ⁊ pre/ ter dolorem ſtimuli quo bos pungitur/ bure/
ſtis dum eius ventrem ſubintrat inter cibos/ cum interitu cruciatur veneno.

b Bubulcus dicitur boū cuſtos qui ipſorum eſt cuſtodie ex officio de putat⁹. hic boues paſcit ⁊ nutrit.
⁊ ad paſcua eos ducit ⁊ reducit ⁊ dum ſunt in paſcuis per pedes eos colligat ⁊ cōuertit. eo/
rum ceruices iugo premit/ ⁊ aratro eos iūgit cum ſtimulo pigritantes cōpellit ad labores.
⁊ vt vniformiter aratrum trahant/ ſtimulādo eos cogit ſibilo/ ⁊ cantilena eos demulcet. ⁊
vt libentius iugum ferant vocis melodia alli cit ipſos ⁊ inducit. naturaliter enim boues ſi
cut ⁊ cerui diligūt melodiaȝ (vt dicit auicẽ.) cum virga eos dirigit. ⁊ ut rectum faciant ſul/
cum ipſos inſtruit. nec ſolum cogit ad arādū verum etiam ad triturandum compellit/ ⁊ ad
confringendas fruges in area circunducit. fi/ nito labore a iugo eos ſoluit. ⁊ ad preſepe vt
reficiantur eos ducit.

b Bubalus eſt a boue diminutiue dictus. eo ꝙ ſimilis ſit ipſis bo/ bus. Eſt autem animal ita in/
domitum ꝙ pre feritate iugum non recipit in ceruice. bubalos affrica procreat. in germa/
nia autẽ ſunt boues aggreſtes/ hn̄tes cornua

in tantum ꝓtenſa/ vt in regis menſa ꝓpter in
ſignem eoꝝ capacitatẽ/ ⁊ eis pocula fiant (vt
dicit Iſi. Eſt autem animal magne fortitudi
nis vnde domari nõ poteſt/ niſi circulo ferreo
naribus eius infixo quo circumducat. nigri au
tem vel vului ẽ coloris/ paucos ⁊ raros hñs
pilos/ corneã habet frontẽ/ cornibus validiſ
ſimis circũſpectam cuius caro nõ ſolũ eſt vti
lis ad eſcam/ verũ etiã ad medicinã (nam vt
dicit pli. li. xxviij. c. x.) caro bubali cocta vel aſ
ſa/ hominis morſum ſanat. cuius medulla cũ
dextro crure aſſumpta aufert pilos palbebra
rũ. ⁊ medetur vicijs oculoꝝ. ſanguis eius cũ
aceto ſumptus/ reijcientẽ ſanguinem mire ſa
nat. cuius vngule vel ſolie bubaline cum mir
ra confirmant dentes motos. lac bubalinum
valet contra viſceꝝ torſiones. nam ſua pigue
dine delinit ea. vnde cõtra diſſenteriam mul
tũ ꝓdeſt. valet cõtra ictus ſerpentum ⁊ ſcorpi
onũ. ⁊ cõtra venenũ ſalamandre ⁊ cicute. vul
nera recentia ſanat. fimus bubali calefactus
ſanat dura apoſtemata. ⁊ coꝝ duricias ſpgit
fel eius valet cõtra caliginem oculoꝝ. Sunt
⁊ quidam boues agreſtes mire magnitudi
nis/ ⁊ tamen ſumme ſunt agilitatis. In tãtuꝫ
enim ſunt agiles/ vt fimũ quẽ ꝓijciunt citius
eleuent ſup cornu/ ꝙ poſſit decidere ſup terrã
hi boues odiunt ⁊ pſequunt oẽ rubeũ ſiue ru
fum. ⁊ ideo venatores rubeis ſe iduũt vt eos
ꝓuocent ad eos inſequẽduꝫ. venator iam vi
dens beſtiã appropinquantẽ/ retro magnaꝫ
arborem ⁊ fortem ſe abſcondit/ bos vero cor
nibus ita fortiter ĩpingit in arborẽ/ ꝙ ꝓprijs
cornibus ab arbore detinetur. ⁊ ſic detentus
venatoꝝ iaculis cõfoditur ⁊ ꝓſternitur ⁊ ne
catur. Eſt ⁊ aliud animal ſimile boui agreſti/
ſed non eſt tante magnitudinis. maxima ta
men habet cornua multũ acuta ⁊ alta/ cum ꝗ
bus deijcit arbores ⁊ arbuſta ſed ⁊ cõcauam
quercum robore ſuo deponit vſq; ad terram.
qui grã paſtus tãdẽ caput ſubmittit inter fru
tices ⁊ ſubtilia ⁊ ꝓlixa virgulta ſiue vimina/
quaꝝ copulatione ⁊ adherẽtia cornua beſtie
circũligantur. vnde diu luctans ꝯtra illos ꝓli
xas virgultoꝝ obuolutiões/ magis ac magis
ſe intricat atq; ligat. cũq; diu luctans ab illis
ligaminibus ſe nõ expedit imo ſe inuoluit/ p̃
indignatiõe alte mugit. cuius vocẽ horridaꝫ
audiens venator ſcit beſtiã illaqueatã fore ⁊
detentã. vñ ipſã ſecure venabulis impetit/ ⁊
occidit beſtiã acerrimã in virgultis/ quã in ne
moribꝰ magnis/ inuadere nullatenus auſus
fuit. ⁊ hãc beſtiã vocat phiſologus aptolonẽ
cuius dictis ſi fides adhibẽda ẽ nuꝝ vĩ/ qua
litteram fera beſtia de virgultis ⁊ nemoribus
modicis cornua nõ eximit que eiſdeꝫ cornibꝰ
ingentes arbores deijcit ⁊ ꝓſternit. Eſt prete
rea quedã ſpẽs bouis ſilueſtris quã ariſto. in
li. viij. circa finẽ vocat horricum. ⁊ dicit ꝙ ma
gnus ẽ ſcd̃m quãtitatẽ tauri/ ⁊ eſt ſimilis tau
ro/ ⁊ hꝫ crines deſcendentes ad duas partes
ſpatulaꝝ/ ſicut in equo eſt videre. ⁊ eius pili
ſunt magis molles pilis equi ⁊ breuiores. ⁊
crines eius continui vſq; ad oculos. ⁊ ẽ color
eius vergens ad rubeum colorem vel citrinũ.
⁊ vox eius aſſimilatur voci tauri. ⁊ hꝫ cornua
aliquãtulum incuruatas/ ⁊ in vnoquoq; cor
nuum ſuoꝝ capere põt medietatem menſure/
que dĩ boꝫ. ⁊ non habet dentes ſuperiores ſi
cut taurus nec crura eoꝝ ſunt multorum pilo
rum. ⁊ aſſimilãtur lane ⁊ findit vngulas. ha
bens in pedibus duos ſotulares. ⁊ cauda
eius ẽ breuis reſpectu corpis. ⁊ ipſe cauat ter
rã ⁊ erigitur in cauando ſicut taurus. ⁊ hꝫ du
rã cutẽ multos ictus ꝓatiẽtẽ. ⁊ carnẽ hꝫ valde
dulcem. ⁊ ꝓpter hoc venat ⁊ pcutĩ. ⁊ qñ ve
nator fugit ac quieſcit. ⁊ cum debilitatur pu
gnans ꝓijcit ſtercus p quatuor paſſus. ⁊ hoc
facit qñ timet. canes autẽ venatici odorãt ſu
per ſtercus. ⁊ dum circa talẽ odorẽ occupãtur
beſtia fugiendo elongatur. Itẽ dicit ariſto. d̃
vacca agreſti libro. x. ⁊ qñ appropinquat par
tus adunabuntur ex eis multi. et prius cõgre
gabunt ſtercus circa ipſũ/ et ponunt ſicut mu
rum et hoc eſt animal mĩti ſtercoris vt dicit
ariſto. ibidem et etiam auicen.

b — Baſiliſcus grece latine dicitur regu
lus eo ꝙ ſit (vt dicit Iſidorꝰ) rex
ſerpentum. ipſum enim videntes
fugiunt/ et timent etiam ſerpentes ipi. olfactu
enim ſuo ipſos necat flatu/ et etiam aſpectu
interemit omne viuum. ad eius ſiquidẽ aſpe
ctum nulla auis illeſa tranſit. et quãuis ꝓcul
fuerit eius ore cõbuſta deuoratur. a muſtelis
tamen vincitur/ quas homines ad cauernas
deferũt/ in quibꝰ reguli delireſcunt. nihil eniꝫ
ſine remedio ille parens omnium dereliquit
vnde viſa muſtela baſilicus fugit/ quem ipſa
perſequitur et occidit. Eſt autem in longitu
dine ſemipedalis albis maculis lineatus/ re
guli enim ſicut ſcorpiones arentia queq; ſe
ctantes. et poſtꝗ̃ ad aquas perueniunt/ idro
phobos et linphaticos faciunt. intoxicant. n.
ipſas aquas/ et mortiferas reddunt eas. vo
catur quoq; regulus a multis ſibilus. nam ſi
bilo occidit anteꝗ̃ mordeat ſiue pugnat. huc
uſq; Iſid. lib. xij. c. iiij. pli. autem libro viij. c.
xxi.) dicit ſic. apd̃ inquit heſperios ethiopes

fons eſt qui a multis eſtimaꝛ caput nili. iuxta
quem eſt quedam fera que cacoblepbas ap/
pellatur/ corpoꝛe quidez modica omnibuſq3
membꝛis iners. pꝛegraue caput gerens/ et ſe/
per baber deiectum ſuper terram/ alias inter/
fectio eſſet bumani generis. quia omnes qui
eius viderent oculos expirarent. Eadem ba/
ſiliſci ſerpentis vis eſt/ quez coꝛones pꝛouin
cia gignit. coꝛpus babens in longitudine et
magnitudine. xij. digitoꝝ candida in capite/
macula velut dyademate inſigniꝛ ſibilo oms
fugat ſerpentes. nec flexu multiplici reliquuz
coꝛp⁹ ipellit. ſed celſus ⁊ erectus i medio gra
ditur ⁊ incedit. deſiccat frutices/ ⁊ berbas ex/
urit. non ſolū tactu/ veꝝ etiaz ſibilo ⁊ afflatu
circūadiacētia oīa deſtruit ⁊ coꝛrūpit. tāte. n.
ē venenoſitatis ⁊ pniciei q tangētes ſe cū ba
ſta longiſſima ſine moꝛa interficit ⁊ cōſumit.
būc muſtela domat ⁊ cōuincit. qꝛ deo nature
nibil placuit eſſe ſine pari. moꝛs itaq3 baſili/
ſci. moꝛſus ē muſtele. ⁊ tādē moꝛs muſtele dī
eſſe fetoꝛ baſilici. ⁊ boc quidē veꝝ ē niſi muſte
la/ paſtu ⁊ fricatōe rute/ berbe ꝯtra talē moꝛ
tiferū pꝛimitus muniaꝛ (vt dicit ariſ. ⁊ etiam
auice) pꝛimo igiꝛ muſtela rutā berbā/ quāuis
amarā comedit ⁊ ſic virtute ſucci berbe ama/
re/ nature boſtē intrepida aggrediꝛ ⁊ deuincit
⁊ quāuis baſiliſcus irremediabiliter ſit vene/
noſus quādiu viuit. in cinerez tū ꝯbuſtus ve
neni malitiā perdit. cuius cinis opatiōib⁹ al
chimie vtilis creditur ⁊ maxime in tranſmuta
tionibus metalloꝛum.

b Bufo.

Otrax que rubeta dicitur/ genus
eſt rane venenoſe babitans in ter
ra/ pariter ⁊ in būoꝛe (vt dicit pli
ni. li. xviij. c. xxxij) ſenecutem autem ideſt ve/
tuſtam ⁊ ſenem pellem/ dicunt eas deponere
aſſiduo paſtu quarūdam berbarum venenuz
tamen ſibi ſemper reſeruantes/ pugnat cōtra
araneam. ⁊ ſpalangionem. ⁊ beneficio plāta
ginis eaꝝ venenū ſuperat ⁊ puncturā. cui⁹ ve
nenū creditur eſſe frigidiſſimū. ⁊ iō omne mē
bꝛū qđ tangit reddit inſenſibile/ ⁊ ſtupidū ac
ſi eſſet congelatū. aīal ſiquidē eſt virulentū. ⁊
iō ad irā ſe animat ad omnem tactū. vñ quan
to plus tangitur/ tāto turgeſcit āplius ⁊ infla
tur. quot maculis ſub ventre reſpergiꝛ/ tot no
cimentis venenū eius obnoxiū foꝛe pbibeꝛ.
oculos b3 quaſi igneos ⁊ lucentes. ⁊ eſt tāto
pniciosioꝛ/ quāto ⁊ eius aſpectus ardentioꝛ i
uenitur. ⁊ quāuiſ claros babeat oculos/ odit
tū ſolis aſpectuz/ ⁊ querit latebꝛas ⁊ fugit ad
cauernas qñ ſol oꝛiꝛ/ ⁊ ipſius radijs terre ſup
ficies refoueꝛ. ⁊ berbas dulces diligit/ ⁊ eaꝝ
radices comedit. ſed comedendo eas inficit ⁊
coꝛrūpit. ⁊ iō in oꝛtis ruta que bufonibus ⁊
ceteris venenoſis eſt inimica. plātari ꝯſueuit
cuius virtute arceꝛ. ne accedant ad illas ber
bas ⁊ radices que ibi creſcūt/ ⁊ ibi terre cōmē
dātur. loca fetida muſcida ⁊ fimoſa bufo dili
git. loca aūt odoꝛifera multū odit. vñ dicunt
q vineis incipiētib⁹ floꝛere fugiūt. qꝛ odoꝛē
ipſaꝝ nō poſſunt ſuſtinere. de bufone aūt (di
cit pli. li. xxx. c. iiij.) ſūt rane mltū venenoſe/ q̄
dicūtur rubete/ que viuūt in vepꝛibus ⁊ rube
tis. qꝛ ſicut ſunt candidioꝛes ſic ⁊ ceteris ſunt
pniciosioꝛes. ⁊ ſunt alteri coloꝛis ſubnigri/ al
teri ſubꝛuffi vel pallidi ⁊ ſubcitrini. Iſtas au
tē rubetas dicūt babere duplex iecur. vnū eſt
ſūme venenoſū/ ⁊ aliud eſt remediū. ⁊ daꝛ p
antidoto cōtra toxicū ſeu venenū. oz aūt ipſa
ſic experiri. pijciꝛ aūt iecur in nido foꝛmicarū
partem venenoſā foꝛmice fugiūt. aliā partem
appetūt. ⁊ illam oz retinere ⁊ vſui reſeruare.
Mira de bis certa tradūt auctoꝛes (vt dicit
pli.) dicūt. n. in eius latere dextro eſſe os oc/
cultū qđ piectū in aquā feruentem facit eā ſu
bito ifrigerari/ nec vas feruere poſtea/ niſi os
pmitus eximaꝛ ⁊ illo oſſiculo vtuntꝛ magi ad
amoꝛez ⁊ odiū cōcitādū. dicūt etiā inde quar
tanas poſſe ſanari. quātūcūq3 aūt vermis il/
le ſit venenoſus/ p incinerationem tū ⁊ cōbu
ſtionem amittit vim veneni/ ⁊ recipit maxiaz
virtutem medicine. valet. n. miro mō ad car/
nis ⁊ cutis aliquo caſu pdite recuperationem ⁊
neruoꝛum conſolidationem/ ⁊ vulneꝝ deſic/
cationem ⁊ curā ſi debito mō illo cinere quis
vtatur/ quere infra de rana in littera. r.

b

Ombex eſt vermis q̇dā naſcens
in frōdibus cipreſſi/ fraxini/ moꝛi
et terebintbi. vt. d. pli. libꝛo. xi. c.
xxiij. Iſi. aūt dicit ſic. bōbex bōbicis eſt fron
deus vermis/ ex cuius textura bōbicinū cōfi
citur. Appellaꝛ aūt boc noīe/ eo q euacuetur
dū fila egerat/ et in eo remaneat ſolus aer. vt
dicit idem. mirā aūt recipit bic vermis imuta
tionem. nā pꝛimo naſcitur ſicut vermis ſimiꝛ
eruce/ que rodit folia olerū/ et pāpinos vine/
arū. bic vermis frigoꝛis impatiēs bōbices te
las araneaꝝ mō texit. et pmo pparat ſibi coꝛ
ticem ſiue domū in qua babitet. et cōtra boꝛ
roꝛem byemis ſe defenſet. Texturā aūt ſuaz
facit peduz ſuoꝝ miniſterio/ quibus ſubtiliat
filū ſuuz et pectinat. et ſic id in telam oꝛdinat
et componit.

c

Ameli vt dicit Iſi. li. xij. a greco
noie ſūt ſoꝛtiti/ eo q quando one
rantur inclinantes et accubentes

coram onerantibus humiliantur. greci enim
come humile et breui dicunt. vel dicitur a ca
mur quod grece curuum ſonat. quia in tem /
pore quando recipiunt ſuper ſe pondera/ ſup
anteriores puplices incuruantur. Cameli ita
ꝙ aialia ſunt onerifera et manſueta/ ad por/
tanda onera et pondera deputata/ et inueni/
untur in multis regionibus/ ſed potiſſime in
arabia. et differunt cameli arabia a camelis
aliarum regionum. naȝ arabici duos habent
in dorſo gibbos. ſed reliquaꝝ regionum ca /
meli in dorſo habent vnum tantum (vt dicit
Iſido. in eodem) Plinius vero libro octa /
uo cap. xix. dicit ſic. Camelus inquit inter ar
menta paſcit oriens quoꝝ duo ſunt genera /
bactriane. ſ. et arabice. Arabici cameli bina ha
bent tubera in dorſo. batrici tantum habent
vnum in dorſo/ in quo portant ⁊ alium in pe
ctore cui incubāt. cameli ſuperiori ordine dē
tium vt boues carent ⁊ ruminant/ ſicut bos ⁊
ouis. vt dicit Iſido. li. xij. vngulam tamē nō
diuidunt vt poſtea dicetur. Veloces ſūt mul
tum (vt dicit pli.) ⁊ ideo valent in prelijs cō/
mittendis ⁊ etiam in mercibus deferendis.
vltra aſſuetum camelus non procedit ſpaciū
nec plus conſueto onere ſuſcipit ad portan /
dum. odium habent naturaliter cōtra equos
⁊ ſitim etiam per quadriduum tolerāt. ⁊ quā
do bibūt turbant aquam. aliter potu nō gau
dent. viuunt quadragenis annis/ quidā etiā
⁊ centenis. ⁊ aliquando etiam rabiem incur/
runt. caſtrantur cameli qui bello preparantur
fortiores enim ſunt coitu penitus denegato
(huc vſqꝫ plinius) De camelo vero dicit aui /
cen. ſic. Camelus inquit mouet primo pedeȝ
dextrum ſicut ⁊ leo. ⁊ ſolus habet ſuper dor /
ſum additamentum. ⁊ habet pedes ſciſſos/ ⁊
in ſciſſura habet pellem ad modum pedis an
ſeris. ⁊ ille ſciſſure ſunt carnoſe ſicut ſciſſure
pedum vrſi. ⁊ ideo faciunt eis homines ſotu
lares ⁊ abluunt eis pedes ne pedum tenen /
tudo ſubtus ledat. ⁊ aliquando in corde eiꝰ
inuenitur os ſicut in corde cerui. ⁊ habet qua
tuor conos in duabus mām̄illis ſicut vacca.
⁊ camela ſe iclinat ⁊ vadit ſuper genua/ quā
do appetit cum maſculo copulari. ⁊ deſideri
um eius eſt feruens tempore amoris. ⁊ tunc
paruȝ comedit ⁊ ſemper appetit coire iuxta lo
cum illum vbi primo coiuit. ⁊ vt dicit ariſto.
lib. v. appropriatur camelis ꝙ ſint ſolitarij i
montibus amoris tēpore ⁊ nullus poteſt ap
propinquare eis niſi paſtor. ⁊ virga camelo/
rum eſt neruoſa ⁊ valde dura. ⁊ ideo fiunt ex
ea corde arcuum. Itē ibidem in codē. cameli

habent tempus determinatum ad cōitum ⁊
amorem. femina trahit in vtero per duodeciȝ
menſes/ ⁊ non coeunt ante triennium ⁊ poſt
partum quieſcit per annum. Item dicit idem
libro viij. ꝙ ſunt quedā genera cameloruȝ q̄
caſtrant/ vt ſint ad fuge comodū aptiores. ⁊
dicit ꝙ tales cameli ſūt velociores eq̊s/ ⁊ hoc
accidit ꝓpter amplitudinē paſſus/ ſed de hoc
quere infra de dromedario. Item nota cōtra
inceſtuoſos de camelo. quia camelus (vt di /
cit ariſto. li. viij.) non coit cum matre ſua. coo
periebatur enim mater cuiuſdaȝ cameli pallio
in quadam ciuitate ⁊ ſaltauit ſuper eam fili /
us eius/ qui ſentiens eam matrem ſuam de /
ſcendit anteꝙ̄ coitus compleretur ⁊ momor /
dit ingeniatorem ⁊ occidit ipſum. Exempluȝ
eſt ariſto. ⁊ ponit ſimile de equo cuiuſdam re/
gis. De camelo inſuper dicit plinius li. xi. ca/
pitulo. xxxvij. ꝙ cameli calueſcunt inter qua /
drupedia ſicut homo ⁊ ſicut ſtrutio. ⁊ quedā
alia inter volatilia. dicit etiam idem ꝙ inter a
nimalia non cornigera/ camelus in ſuperiori
maxilla non habet dentes ſuperiores. ⁊ ideo
concordat cum animalibus ruminantibus i
dentibus/ ⁊ in diſpoſitione ventris/ ſed non
in cornibus. Idem dicit ariſto. li. xiiij. vbi di/
cit animal cuius cibus ē materia ſpinoſa/ ha/
bet multos ventres vt camelus. ⁊ animal ha
bens cornua/ non eſt habens dentes in vtra
qꝫ mandibula. ⁊ ꝓpter hoc non eſt camelus
habens dentes in vtraqꝫ mandibula/ ſed in
vna tantum quāuis careat cornibus. Neceſ/
ſario igitur fuit venter cameli/ altis diſpoſi/
tionis. ⁊ aſſimilatur ventribus animalium
carentium dentibus in mandibula ſuperiori
⁊ fuit creatio dentiuȝ eius/ ſicut animalis ha
bentis cornua. ⁊ quia cibus cameli eſt ſpino
ſus/ neceſſario fuit lingua eius carnoſa ꝓpter
duriciem palati. natura igitur vtitur palato /
ſicut parte terreſtri dentium. ⁊ ꝓpter hoc ru /
minat camelus ſicut habentia cornua/ q: vē/
tres eius ventribus habentium cornua aſſi /
milatur. Recipit itaqꝫ cibum in primo ventre
penitus indigeſtum. in ſecundo autem inci /
pit digeri. in tertio melius. in quarto digeſtio
penitus completur. ⁊ iſta ventrium diuerſi /
tas fuit neceſſaria ꝓpter groſſitiem nutrimen
ti ſiue cibi quia parum dentibus molit cibuȝ
Item ariſto. libro. xiiij. a. camelus non habȝ
fel diſtinctuȝ ſuper epar/ ſicut nec elephas. q:
epatis naturam habet valde ſanam ⁊ ſangui
nem naturaliter dulcem. ⁊ in talibus anima /
libus non inuenitur fel aut ſi inuenitur/ in ve
nis gracilibus valde uenitur. ⁊ ideo dixerūt

antiqui ſicut anaxagoras. ꝙ cameli ꝓpter p̄ꝛ
uationē fellis ſunt vite longioris/ quia diuti
us viuunt aīalia paruꝫ habentia fellis/ ꝙ̄ il
la que habent multū. ⁊ ideo poſuit anaxago
ras ꝙ fel eſſet cauſa infirmitatū omnium acu
tarum/ quando. ſ. multiplicīter ad pulmoneꝫ
⁊ ad alias partes corporis ſe diffūdit. ſed di
cit ariſto. hoc eē falſum. quia multa animalia
ſunt quibus non inuenitur fel. acutas ⁊ morti
feras aliquando ſuſtinent paſſiones. vt pa
tet in camelis/ quibus accidit aliquando po
dagra et rabies. vnde conſtringuntur pedes
ſui/ et interficit eos iſta infirmitas/ et tamē ca
rent felle. vt dicit ideꝫ (huculꝗ ariſto) De ca
melo etiā dicit conſtan. in dietis vniuerſali
bus. camelus eſt animal calidiſſimū ex natu
ra. et ideo naturaliter eſt macilentū. caloꝛ. n.
totam trahit ſanguinis vnctuoſitateꝫ. ⁊ ideo
remāet ſine mlta craſſitie. ⁊ camelinū lac ſub
tilius eſt lacte alioꝛum animalium ⁊ minꝰ vn
ctuoſum. ⁊ minus nutritiuum. magis autem
eſt calefactiuum. diureticum ideſt appetitiuū.
lac enim nihil aliud eſt ꝙ̄ ſanguis ſecūdo co
ctus. ⁊ ideo lactis ſapoꝛ cameli ſalſus eſt ⁊ a
cutus. vnde humoꝛum groſſoꝛum eſt inciſſi
uum ⁊ attenuatiuum/ cui vaccinum lac ē con
trarium. Eſt enim groſſum vnctuoſum ⁊ mul
tum nutritiuum. alias autem proprietates q̄
re infra de dromedario.

c Ameleopardus vel cameleopar
dalis eſt animal ethiopum. vt di
cit Iſi. libro. xij. ⁊ pli. libro viij. c
xix. caput habens cameli ⁊ collum equi ⁊ cru
ra ⁊ pedes bubali ⁊ maculas pardi. Eſt eniꝫ
beſtia maculis albis rutileꝫ coloꝛem diſtiguē
tibus ſuperaſperſa. ⁊ ideo a capite cameli ⁊
maculis pardi cameliopardalis ē vocata (vt
d. pli.) Eſt autem beſtia magis aſpectu ꝙ̄ fe
ritate conſpicua in tantum manſueta/ ꝙ etiā
ouis fere nomen accepit. vt dicit idem. hoc a
nimal fuit mundum ſcd̄ꝫ moſaicam legē quo
ad eſum ſed non quo ad ſacrificium. nam vn
gulam findebat vt bubalus/ ⁊ ruminabat vt
camelus. ⁊ ideo eam comedere erat fas. vt pꝫ
deu. xiiij.

c Ameleon huius cameleōtis. ē be
ſtiola parua diuerſa varietate co
loꝛum conſperſa. cuius coꝛpuſcu
lum ad varios coloꝛes quos videt/ facilima
conuerſione variatur. non inuenitur aliquod
aliud animal cuius coꝛpuſculum ita recipiat
coloꝛum oppoſitoꝛum imutationem. vt ibi
dem dicit Iſido. Scd̄m autem auice. came
leon ideꝫ eſt ꝙ ſtellio. quia lucet vt ſtella. ⁊ eti
am imutat coloꝛes/ quia eſt animal timiduꝫ
⁊ pauci ſanguinis. ⁊ ideo coloꝛes mutat. ⁊ eſt
quadrupes habens faciem lacerte ⁊ vngues
acutos ⁊ recuruos/ ⁊ coꝛpus aſperum ⁊ durā
cutem/ ⁊ ad modum cocodrilli. Ariſto. autem
dicit ſic libro. ij. cameleon inquit eſt animal ī
coꝛpoꝛe ſimile lacerto/ cuius latera ſunt oblō
ga peruenientia ad inferius ſui ventris/ ſicut
latera piſcis. ⁊ medium ſpondilium doꝛſi eiꝰ
prominet ſicut ſpōdiliuꝫ piſcis. ⁊ facies eius
ſicut animal eſt ex poꝛco ⁊ ſimia. ⁊ habet cau
dam valde longam. ⁊ eius extremū eſt graci
le/ ⁊ habet pedes reflexos/ ſicut lacertuli ⁊ q̄
libet pedum diuiditur in duo. ⁊ comparatio
vnius ad alterum eſt vt pollicis hominis ad
reſiduum manus. ⁊ quelibet iſtarum partiuꝫ
diuiditur ī digitos ⁊ vngulas ſimiles vngui
bus auium/ totum coꝛpus eius aſperum ſi
cut coꝛpus bardani. oculi eius profundantur
⁊ ſunt magni ⁊ rotundi/ ⁊ continentur in co
rio ſimili coꝛio totius coꝛpoꝛis eius/ ⁊ nō co
operiuntur ab ipſo. ⁊ girat oculos ſuos fre
quēter circūquaꝗ ⁊ alteratur coloꝛ eius/ quā
do inflatur coꝛium eius. ⁊ habet coloꝛem de
clinantem ad nigredinem ⁊ ſunt in eo macu
le nigre. ⁊ hec variatio eſt ī toto coꝛpoꝛe eius
⁊ maxime in oculis ⁊ in cauda. ⁊ eius motus
eſt grauis valde. ⁊ in moꝛte eius eſt turpis co
loꝛis. ⁊ id quod eſt in coꝛpoꝛe ſuo eſt modice
carnis. parum enim habet niſi in capite ⁊ ra
dice caude vbi parum habet ſanguinis/ ſimi
liter in coꝛde ⁊ in venis exeuntibus ab eo ⁊ ī
circuitu oculoꝛum/ quāuis ſit paruꝫ ⁊ eius ce
rebrū eſt prope oculos. ⁊ ſi quis diuiſerit coꝛ
pus in duo/ permanebit in operatiōibus ſu
is per ſuum ſpiritum ⁊ remanet modicus mo
tus circa coꝛpus ⁊ non habet ſplenem ⁊ ma
net in cauernis ſicut lacerta (huculꝗ ariſto.)
Pli. vero. li. xxviij. c. viij. ſic dicit. cameleon
ē animal ſimile cocodrillo ſola curuatura doꝛ
ſi/ ⁊ caude amplitudine diſtant. nullum ani
mal eo pauidius eſtimatur/ ⁊ ideo mutat̄ eiꝰ
coloꝛ. vis enim eius maxima eſt contra acci
pitruꝫ genus. detrahit. n. accipitres ad ſe vo
lantes ⁊ prebet ceteris animalibus volunta
rie lacerandos. caput eius ⁊ guttur ſi cū quer
cinis lignis accendatur/ ymbꝛes facere ⁊ to
nitrua democritus aſſerit. ſed hoc decidet pli.
qualecūꝗ ſit animal/ inter mūda cōputatur.
vnde ſuper leui. xi. dicit et eſicius in teſat. pre
infirmitate manſuetū ſe fingit cū ſit crudelis.
Dicitur aūt cameleō viuere ſolo aere/ ſicut tal
pa ex terra et allec ex aq̄ et ſalamādra ex igne.
Unde verſus. Quatuoꝛ ex puris vitā ducūt

elementis. Cameleon talpa maris allec et ſa
lamandra. Terra alat talpam flāme paſcūt
ſalamandrā. Unda fit allec cibus aer came
leonti.

Aprea eſt ſilueſtris capra a carpē
c do dicta. vnde Iſi. li. xij. capros
et capreas a carpendis virgultis
quidā dicunt. Alij vero ſic eas dictas putant
ꝙ carpunt aſpera. nōnulli vero dicunt eas ſic
vocari a ſtrepitu cruriū. vnde vocātur capree
ſilueſtres capre quas greci ꝓ eo ꝙ acutiſſime
videant dorcos appellauerūt. morantur enī
in excelſis montibus. et tamen ď longinquo
vident venientes venatores. eedem dicuntur
et ybices eo ꝙ ad inſtar auiū ardua loca pe
tant/ ita vt de ſublimitate vix obtuitibus hu
manis pateant (vt dicit Iſi. lib. xij. a.) ⁊ ſub
dit. hec itaqꝫ animalia in petris abruptis cō
morantur. ⁊ ſi aliquando hominū approxima
tionē ⁊ pſecutionē preſēſerint ferarū/ de altiſ
ſimis ſaxorū cacuminibus ſeſe ꝑcipitantes in
ſuis ſe cornibus ſuſcipiunt illeſas. Dicuntur
etiam ⁊ dame ſiue damule vt dicit papi. que
re infra in lrā. d. de damula. Eſt itaqꝫ caprea
velociſſima in curſu. leuiſſima in ſaltu. acutiſ
ſima in aſpectu. dulciſſima quo ad guſtū. te
nerrima ⁊ ſaniſſima quo ad eſum. ſagaciſſi
ma quo ad paſtum. nam vſu guſtu ⁊ olfactu
diſcernit inter herbas ⁊ arborū ramuſculos
quorū extremitates teneras comedit ⁊ depa
ſcit. dicit etiā pli. leopardus capree ſilueſtris
bibit lac ⁊ vim langoris euitat.

Apriolus vt dicit auice. ē animal
c in india ſimile hinulo ſiue ceruo
rū filio/ qui apud nos. ⁊ non mu
tat dentes/ ⁊ quando eius dētes ſunt magni
ſignāt vite diuturnitatē i eis. ⁊ habet pulcros
oculos ⁊ acutos. Et dicit ariſto. lib. viij. Ca
prioli ſilueſtres habent ſapientiā. quādo vul
nerātur querunt pulegium ceruinum. ⁊ come
dūt ipſū vt extrahāt ſagittas de corpe/ ſi que
in ipſis ſunt infixe. ex velocitate motus/ ⁊ aſſi
duitate diſcurſus/ caro caprioli a ſuperfluo hu
mido exoneratur/ ⁊ eius caro tenerior ⁊ dige
ſtibilior efficitur. ⁊ saporis ac odoris eiꝰ gra
uitas amputatur (vt dicit conſtan.) paſtꝰ grā
de locis altis ad altiora tendit. inter herbas
ſalubres ⁊ nociuas odore diiudicat ⁊ diſcernit
ruminat cibos ⁊ vngulā findit. nō vngue/ nō
cornu/ nō dente/ ſed ſola velocitate fuge a ca
nū ⁊ venatorū inſultibus ſe defendit. vñ quā
do in cāpeſtribus ꝓſequit/ ad montana fugi
ens alta petit. In montibus indie ſunt qui
dā caprioli qui ab herbis aromaticis ⁊ odo
riferis paſcuntur/ in quorum vnguibus ſunt
quedā cōcauitates in quibus humores ꝗdā
ad apoſtemata colligūtur. que primo ad ma
turitatē ⁊ motū ⁊ confricationē rūpuntur. ⁊ a
corpore cū piloſis folliculis abſtrahūt. ⁊ ſub
ſtantia que infra pelliculā cōtinetur. ſūme eſt
odorifera/ ⁊ inter aromatica maxime precio
ſa. In medicinis plurimum vtilis ⁊ virtuoſa
(vt dicit dyaſ. ⁊ pla.) ⁊ illud muſtum vulga
riter nominamus.

Apra ſicut ⁊ caprea a carpendis
c virgultorū ⁊ herbarū ſūmitatibus
ē nūcupata. q̄r ſemꝑ ſurſū tendit/
vt ſūmitates capiat ⁊ carpat ⁊ comedat folio
rū vt dicit Iſi. De capris aūt dicit pli. li. viij.
c. i. capre inquit pariūt fetus plures. ſed raro
quatuor. ferūt in vtero. v. mēſibus ſicut oues
capre etiā pinguedine ſterileſcunt. ante termi
nū minus vtiliter generant. ⁊ in ſenectute vl
tra quadrēniū ↄcipiunt in nouēbri/ vt i mar
cio pariāt vel in aprili turgētibus virgultis.
non oībus ſunt cornua/ ſed quibuſdā ſunt. i
his ſunt indicia annorū ꝑ incrementū nodorū
auribus eas ſpirare/ ⁊ nō naribus (archela
us auctor ait) ⁊ raro ſunt ſine febre. ⁊ iō tam
capris ꝙ ouibus ardētior ⁊ calidior ē cōcubi
tus. vt tradit idē. nec minus dicimus eas vi
dere de nocte ꝙ de die. dependet oībus ď mē
to villus/ quē armētū vocāt. hoc villo ſi quis
vnā ex grege trahat cete. e ſtupentes ſpectant
id etiā dicit euenire/ cū quādā herbā aliqua
ex his momorderit. morſus earū eſt arbori oli
ue maxime exicialis. nā oliuā lābendo ſterilē
faciunt ⁊ hac de cā minime quidē imolabant
capre. declināte ſole ad occaſū vt dicit ſimul
nō edūt/ ſed potius auerſe ab inuicē iacēt. in
alijs aūt horis auerſe ſe cōuertunt/ ⁊ auerſis
vultibus ad inuicē in graminibus depaſcūt
(bucuſqꝫ pli.) De capris aūt dicit ariſto. li. iij.
in multis regionibus hūt lac ſine impꝛ̄gnatio
ne. nec expectat ipregnatio/ ſed accipit vrtica
⁊ cū ea mamilla cōfricatur/ ⁊ exigit prio ſan
guis/ deīde erit ſimile ſanie/ ⁊ poſt erit lac bo
nū ñ peius ꝙ ipregnatarū. Itē li. vi. capre vi
uunt p. x. vel. xi. annos. ⁊ frequētāt coitū vſqꝫ
ad ſenectutē. ⁊ aliqñ pariunt gemellos/ ſi ha
buerint cibū cōuenietē/ ⁊ maxime ſi cap bene
nutritus erit. ⁊ ſi ipregnata fuerit cōtra impe
tū venti ſeptētrionalis/ pariet mares. ⁊ ſi con
tra meridionalē feminas. ⁊ dicitur vertere fa
cies cōtra partē ſeptētrionalē qñ debēt coire.
Itē ibidē li. vij. cepre ſicut oues comedūt her
bas. ſed oues carpūt herbā vſqꝫ ad radices/
⁊ manēt ſtabiles in paſcuis. capre vero cito

mouent̃ a locis/ ⁊ accipiũt tm̃modo herbarũ
extremitates. ⁊ melius impregnãtur poſt po
tũ aque ſalſe. ⁊ qñ mouent̃ capre poſt meridi
em potabunt plus aque ⁊ quãdo comedunt
ſal ante partũ habebũt multũ fluxũ a mãmil
lis. Jtẽ libro. viij. in capris ſicut ⁊ in ouib⁹
eſt priuatio intellectus intãtum ꝙ vix ſciunt
egredi ad paſcua vel regredi / niſi ab aliquo
deducantur. ⁊ ſi quis acceperit quandam ca-
pram ⁊ ſu bito erexerit/ exigũtur ⁊ alie ⁊ reſpi
cient eam ſolido aſpectu. vſus autẽ caprarũ
ſicut ⁊ ouium hominibus eſt neceſſarius. nã
lacte ⁊ carnibus paſcit famelicos. pelle ⁊ pi-
lis veſtit nudũ. fimo ⁊ locio ideſt vrina ipin-
guat humũ. nihil vtiqꝫ eſt in corpore capre /
quod non ſit vtile vel ad victum/ vel ad veſti
tũ/ vel ad vſum neceſſariũ medicine. nã vt di
cit pli. li. xxviij. c. x. cornu caprino incinerato.
⁊ pilis accẽſis ſerpentes effugantur. eorũ re
medio/ multa venenoꝝ ſuperãtur genera. cor
roduntur carnes ſuperflue ⁊ recentes ac viue
generantur. reſtringuntur humoꝝ immodera
ti fluxus. ⁊ vulnera putrida ⁊ corroſiua ⁊ icã
triſata vel fiſtulata eoꝝ beneficio remediant̃
pelle caprina recente obducũtur vulnera ⁊ ſa
nantur. ſanguine caprino cũ medula decocto
toxica venena excluduntur. ⁊ morſus reptiliũ
⁊ ictus ſcorpionũ curãtur. pulmone calido ca
pre ſuper morſum venenoſũ poſito / venenũ
extrahit doloriſqꝫ ãguſtia mitigatur. eius fel
le calido oculoꝝ depellitur macula ⁊ corrodi
tur. viſus acuitur ⁊ oculus clarificatur. Jecur
caprinũ aſſũ cõtra elephantiã adiuuat ſi in ci
bũ ſepius aſſumat̃. eius etiã fimus cõtra mul
tas infirmitates opitulatur. nã vt dicit idem
fimo caprino podagrici alleuiãtur/ ſi etiaꝫ ſe
pũ hircoꝝ cũ ſucco edere miſceat̃. vrina etiaꝫ
capraꝝ calefacta tepida aurib⁹ inſtillata/ do
lentes aures ſanãtur. has ⁊ multas alias po
nit medicinales ꝓprietates. vnde dicit plini
us ibidem milia remedia. Ex hoc autem de-
monſtratur quod quidam vt ait. miror cum fe
bre non dicat̃ carere. ad hoc dicit ariſto. ꝙ eſt
quoddã aĩal qđ ſuggit lac capraꝝ/ ⁊ qñ ſug-
git mãmillas lac anihilat̃ ⁊ corrũpit̃/ qđ ẽ in
eis. ⁊ excecatur inde capra. De capra quere in
fra de hirco.

Anis a greco nomẽ ſumpſit. vt di
c cit Jſi. grece. n. cenos dicitur qui
dã enim eũ a canore latratus di-
cũt ſic vocatũ. nihil autẽ vt dicit idẽ ſagacius
eſt cane. plus enim ſenſus ceteris animãtib⁹
hꝫ. nã ſua noĩa canes recognoſcũt. dños ſu-
os diligũt. dñoꝝ tecta defendunt. ꝓ dñis ſu-
is/ morti ſe ſubijciũt. volũtarie cũ dño ad pre
dã currũt. corpus dñi ſui etiã mortuũ nõ de-
linquũt. odore ⁊ ſanguine prede veſtigia de
prehẽdũt. humanũ conſortiũ diligũt. ſine ho
minibus etiã eſſe nõ pñt. vt dicit idẽ Jſido.
vbi ſubditur) ſolent aliquotiẽs canes lupis
admiſceri/ et quibus naſcũt̃ canes ſeui / qui
linciſci a quibuſdã nominãtur. ſolent. n. indi
Oua milui ſunt pauca parua cro cea ⁊ maculis reſperſa/ ouis cete ris auium ſilueſtrium magis terre ſtria atq; ſicca ſapore ĩſipidiſſima ĩ odore gra uiora.

Oua merguli ſunt parua multũ ca lida/ varia tamen ⁊ alba paꝝ dif ferentia ab ouis anatũ ſtagnorũ ⁊ fluuiorum.

Oua niſi ſunt paruula varia calida ⁊ ſicca/ ⁊ quãdoq; parit niſus oua vẽti quando nimis impinguatur

Oua cornicis ſunt ſimilia ouis corui ⁊ dĩ q̃ valent epilenticis ⁊ caducis. vt dicit pli.

Oua onacrocali ſũt ſilia ouis anſe ris ſed minora ſunt ⁊ inſipidiora ⁊ in odore grauiora ⁊ ĩ colore mi nus alba ⁊ ad digerẽdũ duriora.

Oua pauonis ſũt groſſa ⁊ dure te ſte ⁊. xxx. diebus cubat ſuper ea ſua ⁊ tũc ſcĩdũtur ⁊ ponit. xij. oua vel parum minus ⁊ abſcondit oua ſua femĩa ꝓpter maſculum qui ſi inuenerit ea frangit vt dicit ariſto.

Oua perdicis ſunt ſimilia ouis co lumbe in tẽperamento ⁊ in cõple xione ⁊ in magnitudine ⁊ furatur altera alteri oua ſua. ſed hec fraus fructum nõ habet/ quia cum vocem pulli audierint ꝓprie genitris/ matrem que eos fouerat derelinquũt ⁊ ad eã q̃ eos genuit reuertũtur. vt. d. Iſido.

Oua paſſeris ſũt valde parua ⁊ mi nuta ⁊ bis ĩ ãno ouat ⁊ pullificat p̄cipue quãdo pria oua corrũpũt̃ vel caſu aliquo amittũtur. Sũt aũt calidiſſi ma renũ inflatiua ⁊ libidinis excitatiua. ſicut ⁊ eoꝝ cerebella. vt dicit conſtan.

Oua quiſcule ſunt parua ⁊ rotũda ⁊ minora q̃ perdicis ⁊ maiora q̃ alaude. ⁊ ẽ quiſcula auis modica a ſono vocis ſic dicta carnoſa pennoſa mino ris volatus q̃ alauda ⁊ nidificat ſub gleba ſi cut alauda. ⁊ eius ouis inſidiatur muſtela. ⁊ ideo ponit oua in diuerſis locis ⁊ ſuper q̃dã cubat maſculus ⁊ ſup quedã femina. ſed poſt eductionem pullorum de eis parum ſollicitã tur parentes eorum.

Oua riuatrix ideſt cuiuſdam ſerpẽ tis venenoſi aquas inficiẽtis ſũt ſicut oua colubri ſed minora ⁊ in maculis reſperſiora/ ⁊ ſunt oua virulentiora ⁊ perniciora. riuatrix autem fouens oua iuxta aquam vel fontes veneno eas inficit ⁊ corrũ pit. De quo lucanus. Riuatrix violator aque ⁊c. quere. xij. li. Iſido.

Oua ſtrutionis ſunt maxima rotũ da valde alba dure teſte inſipidi ſaporis ⁊ grauis odoris. quãdo autẽ venit hora vt oua pariat ad ſtellas plia des oculos leuat. nõ. n. oua ponit niſi in ortu illius cõſtellatiõis. vnde viſa ſtella circa mẽſẽ iulij arenã fodit vbi ponit oua ſua ſabulo te gẽs ea. ⁊ cũ ea reliquerit ſtati obliuiſcitur vbi ea poſuit nec ad ea redit vltra. ſed calor ſolis in arena illa excoquit ⁊ ex eis pulliculos pro creat ⁊ ꝓducit. Si tñ fracta teſta pullus edu ctus fuerit mr̃ ipm recognoſcit/ ⁊ quẽ ĩ ouo cõ tẽpſerat egreſſũ r̃colligit atq; nutrit. Oua au tẽ ſtrutiõis in eccleſijs ſuſpẽdũtur ad ornatũ propter eorum magnitudinem ⁊ raritatem.

Oua turturis ſilia ſũt ouis colum baꝝ ad aliquãtulũ mĩora. ⁊ ouat in vere duo oua ⁊ nõ plus ouat ni ſi oua pria corrũpãtur vt. d. ariſ. li. xvij. ouat ⁊ cubat ſup dura ligna vt colũba ⁊ põt cuba

re ⁊ ouare vſq₃ ad.xv.annos. vt dicit ariſto.

Ua vpupe ſūt ſicut oua perdicis ſ₃ minora ⁊ duriora ⁊ aſpectu deformiora ⁊ guſtui inſipidiora ⁊ odoratui grauiora. inter ſtercora ⁊ immunda fouentur ⁊ cubantur/ ⁊ hec oua magis ⁊ maleficiis (vt dicunt) ſunt vtilia ad ſua maleficia exercenda. vt dicit plinius libro.xxx.

Ua vulturis ſunt magna ſicut aq̄le ⁊ pauca q̄ difficiliter cubat ſup oua ſua. Sunt autē ſubnigra maculis reſperſa dure teſte mali odoris ⁊ ingrati ſaporis. ⁊ aliquando eijcit aliqua de ouis ſuis ſicut aquila. q₂ non de facili poteſt nutrire pullos ſuos vt dicit ariſto. Hec de ouis ⁊ de mō ouationis ⁊ eorum qualitatibus ⁊ differentijs dicta iam ſufficiant.

De numero.

Oſt predictas ꝓprietates rebus inſertas vltimo viſum eſt mihi vtile inſerere quedā pauca ⁊ leuia de ꝓprietatibus ⁊ differentijs numerorum/ menſurarū/ ponderum ⁊ ſonorum. nam vt dicit Iſi. li.iij. ratio numerorū non eſt contēnenda. In multis etiam locis ſacre ſcripture elucet quantū miniſterium optinet ratio numerorū. Non enim fruſtra dictū ē. oīa feciſti in numero pōdere ⁊ menſura. ſicut dicit ſap. xi. nam ſenarius qui ex ſuis ptibus eſt perfectus mundi perfectionē deſignat ⁊ ſic de alijs numeris eſt intelligēdū. nihil. n. ſcire poſſumus ſine numeri diſciplina. q₂ p eā horas temporū diſcernimus quando de menſiū circulo diſputamus/ dū ſpaciū anni redeūtis agnoſcimus. Per numerū ſiquidē inſtruiſ ne in cōputis cōfundamur. tolle inquit numerū in reb⁹ ⁊ oīa pereunt/ adime cōputū ⁊ totū ignorantia cōplectiſ. nec differunt hoīes a ceteris aīalibus/ qui rationē calculi ⁊ cōputationis adhuc ignorāt. vt dicit Iſi. ibidē. Item etiā de principio arithmetice/ q₂ nūq̄ ſcietur quid ſit triangulus ſine ternario nec quadrangulus ſine quaternario ⁊ ſic de alijs. vnde notū eſt ꝙ ſine cognitione numeri nulla ſcientia mathematica poſſidetur (vt ibidē dicit). Numerus aūt vt dicit idē eſt multitudo ex vnitatibus aggregata. nā vnitas radix eſt ⁊ ſemen numeri ſiue mater/ ples vero numerus. quia vnitas ingenita eſt non habenſ numerū a quo exeat/ ſ₃ omniū numerorū eſt origo a qua oīs numerus effluit ⁊ emanat. nam vnū eſt radix multitudinis ⁊ multiplicationis ⁊ ē ſimplici⁹ ⁊ ſublimius ⁊ virtuoſius omniū ſub eo cōtētorū (vt dicit ariſto. ⁊ auicē. li. i. c. ij.) Nam cū vnū ſit radix ⁊ origo multitudinis oīa ſub ſe continet ⁊ oīa ſunt in eo vt in ſuſcipiēte. vt dicit idē. c. xxiiij. nā vnitatis ꝓprietas eſt multitudinē efficere ⁊ illā retinere ⁊ ei eſſe dare ac in oībus eius partib⁹ exiſtere ⁊ continere ſimpliciter vt dicitur li. iiij. c. ij. Itē cū omniū rerū vnitas ſit origo quāto pl⁹ reſ ap ꝓpiquat vnitati tāto pl⁹ aꝓpiq̄t veritati vt dicit idē. c. ij. nā vnitas ſe h₃ ad modū forme. dualitaſ aūt per modum materie. ⁊ ideo quanto plus res accedit ad vnitatem/ tanto plus recedit a duplicitate ⁊ appropinquat ad ſimplicitatē. ⁊ quāto plus accedit ad vnitatem/ tanto plus accedit ad entitatem. quia eſſe non eſt prius vnitate. vt dicitur libro. ij. c. ix. nec diuerſificatur vnitas niſi ꝓpter materiam cum ſit ſuſtentatrix omnium ⁊ retentrix. vt dicitur libro. v. c. xxi. Tanta enim eſt laus vnitatis apud ſapientes ꝙ a multis anima dicebatur eſſe vnitas in numeris ꝓcedens ab vnitate. ⁊ dixerūt ꝙ vnitas eſt principium cuiuſlibet continui ⁊ diſcreti. vt dicit auicen. libro. iij. ca. i. Eſt vnitas itaq₃ cōmendabilis/ quia a nullo numerabili oritur ſed a ſeipſa pricipiatur/ a qua omniſ numerus oritur ad quam omnis numeroſitas tanq̄ ad radicē ꝓpriam ⁊ originem reuocatur. vt dicit idē. Item rōne ſimplicitatis q₂ vnū ē quod nō diuiditur. vt dicit idē. c. iij. veriſſime inquit vnū ē quod nec actu diuiditur nec intellectu. ⁊ talis vnitas eſt principiū numeri. vt dicit idē ibidē. Item dicit idē vnitas ē in qua nō ē multitudo quod vtiq₃ intelligitur de vnitate prima ⁊ ſimplici ad quā oīa quātūcū ꝙ diſparia reducūtur. nam vnū multipliciter dicitur vt poſt patebit. Itē ratione perfectibilitatis. nam particularia perfecta in ſe ſunt qn̄ ad vnitatem ſunt redacta. na₃ totalitas ⁊ perfectio debetur vni. vt dicit ariſto. v. phiſicorū. c. iiij. quia perfectum ſufficit ad eſſe vnum. vt dicitur de celo ⁊ mundo in. c. ij. Item ratione ſingularis dignitatis. vnū enim per ſe eſt aliquod exiſtens ſolitarium. vt dicitur in lib. methe. c. xvi. Et ideo alga. dicit ſuper. iij. metha. c. xv. quod ē cā vnitatis eſt vnū eſſentialiter ⁊ primo magis dignū. Eſt aūt vnum ſiue vnitas multiplex vt dicit alga. eſt vnū ſimplex ⁊ eſt vnum ſcđm quid. Unum ſimplex dr̄ vnū in quo non cadit multitudo nec actu nec potētia. Eſt ⁊ vnum ſimplex i quo nō ē multitudo actu quāuis ſit potētia vt lectus ⁊ mēbrū in quo nō ē multitudo actu. Unū aūt ſecūdū q̄d

dicitur multipliciter ſcꝫ vnuꝫ genere vt homo
7 bos. vnũ ſpẽ vt ſortes 7 plato. vnũ acciden
te vt nix 7 ceruſa. vnuꝫ ꝓportione 7 auriga. 7
vnũ in ſubiecto vt dulce 7 alqũ in aliqua ſub
ſtantia vna. Ariſto. aũt in principio phiſico/
rũ. c. v. dicit ꝙ eſt vnũ accidẽte. vt duo acciden
tia in vno ſubiecto. 7 eſt vnũ per ſe multiplici
ter 7 vnum continuatione quoꝝ terminus eſt
vnus. 7 vnũ ſpecie/ vel forma/ vt ſortes 7 pla
to in hoĩe. vnũ genere vt homo 7 bos in aĩali
7 vnũ in diffinitione vt illa quoꝝ vna eſt diffi
nitio. 7 vnũ indiuiſibilitate 7 punctus. 7 vnũ
numero vt ſingulare. 7 vnũ ſimplicitate vt eſ/
ſentia. 7 vnũ totalitate ſiue ꝑfectione vt circu
lus. 7 vnũ materia 7 oĩa corꝑalia. Ber. autẽ
diſtinguit nouẽ modos vnitatis ad Euge. v.
eſt. n. vnitas naturalis 7 gratuita 7 ẽ ſuꝑ vtrũ
ꝙ conſtituta. Unitas aũt naturalis ẽ in q̃dru
plici dr̃ia. quedam eſt per aggregationẽ rerũ
differentiũ 7 diſtinctaꝝ vnitas collectiua. vt
multi lapides faciunt vnũ aceruũ. 7 quedã eſt
per colligationẽ partiũ formaliter differentiũ
ſiue partiũ etherogeneaꝝ 7 ſic eſt vnitas ↄ̃ſti/
tutiua vt multa mẽbra vnũ corpus. 7 quedaꝫ
per coniunctionẽ differentiũ ſexu in generatio
ne ꝓlis 7 ſic eſt vnitas ↄ̃iugatiua quãdo ſcꝫ
vir 7 mulier ſunt duo in carne vna. 7 quedam
eſt ꝑ vnionẽ naturaꝝ differentiũ conu…tiuꝫ
in vnitateꝫ perſonalẽ/ 7 hec eſt vnitas natiua
qua anima 7 caro ſunt homo vnus. Unitas
aũt gratuita ſimiliter habet quatuor differen
tias quaꝝ prima eſt poteſtatiua/ qua hõ vir/
tuoſus ſtabilitur in ſe 7 inuenitur anime indi
uiſus. Secunda eſt conſentanea q2 per carita
tem multoꝝ in domino eſt anima vna 7 cor/
pus vnũ. Tertia eſt votiua quãdo anima ha
bet cũ deo per omnia ↄ̃formitatẽ 7 vocis ei9
adherens vnus ſpũs ẽ cũ eo. Quarta digna/
tiua qua limus nr̃ dei verbo ẽ aſſumptus ad
perſone diuine vnitatẽ. Unitas ſupernatura
lẽ 7 gratuitã ↄ̃ſubſtãtialis eſt vnitas trinita/
tis/ quãquidẽ vnitatẽ oportet eẽ ſolã 7 ſingu/
larẽ vt in ea ſit ſtatus 7 quies omniũ vnitatũ.
Ex predictis patet ꝙ totalitas 7 perfectio de
bet vnitati. vt vult ariſto. v. phiſicoꝝ. Quod
enim totũ ideſt perfectũ nõ eſt non dr̃ vnũ vni
uerſaliter vt dicit ariſto. ibidẽ. Sũt aũt vnum
numero quoꝝ materia eſt vna. ſed forma ſunt
vnũ quoꝝ vltima perfectio eſt vna 7 totalis.
vnũ genere quoꝝ eſt vna forma predicatiuna
vnitas aũt que ẽ ꝑicipiũ numeroꝝ nõ ẽ vna
materia ſed numero vt dicit ariſto. ibideꝫ 7 eſt
res ſimpliciſſima que prĩo ſubſiſtit/ 7 per illaꝫ
oẽs alie. in oĩbus. n. generibus ẽ vnũ princi/
piũ quod ẽ in illis particulare. vt in coloribus
ẽ albedo 7 in melodijs pneumaticus tonus
ſiue ſonus 7c. vt. d. ariſto. x. li/ meth. c. iij. 7 iõ
vnitas numeralis in qua orit̃ 7 ad quã reſol/
uitur oĩs numerus diuine vnitatis eſt expreſ/
ſiua ſimilitudo 7 figura. nã vt dr̃. iiij. methe. c
iij. primũ in genere ſubſtãtie 7 indiuiſibile eſt
motor p̃mus eternus ſcꝫ deus abſolutus ab
oĩ materia/ qui nõ ſolũ ẽ principiũ primũ tãq̃
motor ſ tanq̃ forma 7 finis 7 actus vltimus
ei nõ admiſcet̃ potẽtia oĩno 7c. vnde ab ipſo
deo vno ꝓcedit in ſubſtantia oĩs creatura ef/
fectiue 7 exemplariter/ ſicut ab vnitate ꝓcedit
oĩs numerus originaliter 7 ad ipſuꝫ velut ad
finẽ oĩa referũtur/ ſicut ad vnitatẽ primã oĩs
nũerꝰ reſoluũtur/ vt idẽ ſit finis oĩuꝫ q̇ ẽ princi
piũ deus qui ẽ benedictus in ſecula ſeculorũ.

a D vnitatẽ aũt addita vnitas dua
litas ꝓcreatur que poſt vnitatem
oĩuꝫ numeroꝝ numeꝝ 7 ꝑicipiũ
ſecũdariũ tenet locũ ſm Iſi. 7 hic nũerus qui
binarius dr̃ ab aliquibus infamis iudicatur
q2 ab vnitate ꝑ binariũ ſeparamur. vnde no/
ta dr̃ eẽ diuiſionis. Sꝫ vt dicit aug9. in li. vi.
muſice ſi vituꝑabilis ẽ q2 ab vnitate prĩo rece
dit/ laudabilis ẽ q2 ab vnitate exiẽs ternario
approximat 7 accedit/ q̇ nũer9 nobiliſſim9 eſt.

t Ternarius ẽ numerus ex vnitatis
additiõe ad binariũ generatus 7
ẽ ternarius inter numeros ſacratiſ
ſimus/ q2 in ipſo totius trinitatis veſtigiũ iue
nit̃/ q2 ſicut prĩa vnitas p̃mi p̃ncipij repñtat
vnitatẽ ſic ternarius ꝑſonaꝝ in deo exprimit
trinitatẽ filij ſcꝫ a pr̃e generationẽ 7 ſpũs ſãcti
a pr̃e ꝑ filiũ ꝓceſſionalitatẽ. In ternario ſiq̇/
dẽ adhibuit anſ. magnificare deũ ſublimeꝫ 7
glorioſũ. vt dr̃ in li. de ce. 7 mũ. c. ij. nã beatã
trinitatẽ clamat 7 p̃dicat q̃ibꝫ creatura q̇ fcã
eſt a deo trino 7 vno in numero põdere 7 mẽ/
ſura/ vt dicitur libro ſap̃. xi.

e Ex additiõe vnitatis ad ternariuꝫ
quaternarius ſurgit/ qui a figura
quadrata nomẽ ſũpſit. vt. d. Iſi.
forma aũt quadrãgula maxime ſtabilis ẽ atq̧
firma. 7 iõ maxime ſtabilitatẽ ſignat vniuerſa
lis eccleſie 7 firmitatẽ fidelis aĩe tã i virtutib9
ꝙ in ſcientia 7 doctrina que cõp̃hẽdit cũ oĩb9
ſãctis q̇ ſit longitudo latitudo ſublimitatis 7
ꝓfunditas.

e Ex additione aũt vnitatis ad qua
ternariũ ſurgit ſcd̃s numer9 impar
ſcꝫ quinari9 q̇ iter ipares i binario
diſtãs a ternario ẽ ſecundus/ 7 illos ideo ſepe
deſignat qui ad trinitatis fidei doctrinã ſciaꝫ

Digitized by Google

ſupaddunt.et tñ quãuis inſtructi ſint ꝑ fidē ⁊ ꝑ legē nihilominus tamen quinqȝ fatuis virginibus et quinqȝ iuga boum emētibus comparantur.qꝛ in quinqȝ carnalium ſenſuum voluptatibus adhuc detinentur.

e

X additione quo ꝯ vnitatiſ ad q̃narium creſcit ſenarius qui prim⁹ numerus eſt perfectus qui ex ſuis partibus aliquotiens ſimul aggregatis reddit eandem ſummam.qđ in monadib⁹ numeris non inuenitur niſi in ſenario.nec in decadibus niſi in.xxviij.et iō dicit boetius li.i.c.xviij.ꝙ ſenarius numerus eſt emulatoꝛ virtutis qꝛ nec ſuperflue ꝓgreditur nec diminute remittitur ſed inter equales partes tenet mediū non habens ſuperfluū neqȝ diminutum.naȝ ſenarius continet in ſe partem ſui mediam.ſ.ternarium et terciam.ſ.binarium et ſextam.ſ.vnitatem.Sex autem vnitates faciunt ſenarium et duo ternaria ſenariuȝ.et tres binarii eūdem reddunt numerū.et iō iſte numerus ꝑfectionē gratie et virtutū ſignificat in ſcriptura.

ſ

Eptenariuſ quidem eſt qui ex additione vnitatis ad ſenarium et inter impares eſt tercius.ſuper excreſcentiam gratie deſignat ſeptiformis que ſemper creſcit et ꝓficit in tenēbus fidem beatiſſime trinitatis.

o

Ctonarius autem qui creſcit per additionem vnitatis ad ſeptenarium et componitur ex duabus ꝑtibus equalibus.ſ.ex duob⁹ quaternarijs vel ex duobus imparibus inequalibus .ſ.ex quinario et ternario ſignat ſuper additioneȝ beatitudinis et glorie in patria que ſuccedit illis qui habuerint ſeptiformam gratiam hic in vita vbi paritati meritorum reſpondebit paritas premiorū et imparitati tormētoꝝ et afflictionum/imparitas gaudiorum ⁊ particularium conſolationum.nam gaudium martirum alijs paribus excedet gaudium confeſſorū et virginum cōiugatorum.vt ſtella differt a ſtella in claritate.i.corin.xv.et ideo propter ineq̃lia merita et gaudia diuerſe et diſpares dicūtur i domo patris luminū mãſiones Jo.xv.

n

Ouenarius autem qui creſcit ꝑ additionem vnitatis ad octonarium ⁊ componitur ex triplici ternario et immediatius ſe habet cum denario ſolum in vnitate differens ab eo.ſtatum et gloriam repreſentat triplicis hierarchie angeloꝝ quarum quelibet conuenientiam habet ⁊ cōformitatem cum beata trinitate et immediat⁹ ſe habent ad deum ceteris creaturis.

d

Enarius aūt qui ꝑ excreſcētiā vnitatis excedit nonenariū ⁊ ē limes ⁊ terminus oīuȝ ſimpliciū numeroꝝ.primū aūt omniū ꝯpoſitoꝝ repñtat merito ipſū chriſtū deū qui ē alpha ⁊ o finis.ſ.principiū.nō ſolū creaturaꝝ principiū ſimpliciuȝ veꝝ felicitas ⁊ beatificatio ē hominū ⁊ angeloꝝ.denarius itaqȝ numerus ē prim⁹ ⁊ limes nūeralis/qꝛ ſine eius additiōe vel replicatiōe vlterius nūer⁹ nō aſcēdit q̃ decies i ſe duct⁹ nūerū reddit ꝑfectū.ſ.cētenariū qui ꝺ leua tranſit in dextrū.vt dicit Beda.Ex iā dictis pȝ ꝙ numeroꝝ alius ē digitus/ali⁹ articulus/ali⁹ cōpoſitus.Digitus cōtinet numeros ſimplices ab vno vſqȝ ad decē.Articulus cōtinet deceȝ ⁊ reliquos denarios.Cōpoſitus ãplectiſ digitū ⁊ articulū vt xi.xij.xiij.⁊ ſic de alijs vſqȝ ad xx.qui ē ſecūdus articulus ſicut.xxx.tertius.⁊ xl.quartus ⁊ ſic de alijs vſqȝ ad cētū.⁊ decies cētū reddūt millenariū in quo dignitas denarij apparet ſine cuius replicatiōe ad millenarium nō venit. Recipit aūt numerus quãtitatē ⁊ acceſſus ex vnitatibus ꝓfuſus multiplicē diuiſionē.Numeroꝝ alius par alius ipar.Nūerus par ē qui i duabus ꝑtib⁹ equis diuidi pt vt duo quatuoꝛ ſex ⁊ octo.Impar numer⁹ eſt qui in equis ꝑtib⁹ diuidi non pōt vno medio vel deficiente vel ſupabūdãte vt tria quiqȝ ſeptē.⁊ reliqui vt.d.Iſi. Par aūt nūerus ſic diuiditur.qꝛ alius ē pariter par.ali⁹ pariter imparat.alius eſt impariter par.alius ipariter i par.Pariter par numerus ē qui ꝺm parē nūerū pariter diuidiſ quouſqȝ ad indiuiſibileȝ ꝑueniat vnitatē.verbi grã.lxiiij.habent medietatē.xxxij.hic.xvi.⁊ iſte octo.octo aūt quatuoꝛ ⁊ hic binariū.ſ.duos.binarius aūt vnitatem habet que indiuiſibilis ⁊ ſingularis ē. Pariter ipar ē numerus qui i equas partes recipit diuiſionem ſed partes eius remanēt indiuiſibiles vt ſex.decē.xiiij.xviij.xx.mox eniȝ vt tales numeros diuiſeris incurres numeꝝ quem diuidere nō potens in equas partes. Impariter par numer⁹ ē cui⁹ partes equaliter diuidi poſſunt ꝺ vſqȝ ad vnitatē nō ꝑtingūt vt.xxiiij hi medietate diuiſi.xij.faciūt.rurſus in aliam medietatē ſex.deinde i aliā medietatē tria.ſed vlterius ceſſat oīno/ꝺ inueniſ terminus indiuiſibilis in equis partib⁹ ante vnitatē.ſ.tria. Impariter ipar ē qui ab ipari nūero ipariter numeraſ vt.xxv.⁊ xlix.qui diuiſi ⁊ ipares nūeri ab iparib⁹ ⁊ parib⁹ diuiduntſ vt ſepties ſeptē faciūt xlix.⁊ quinquies quinqȝ faciūt.xxv. Itē pariū numeroꝝ alij dicūtſ ſupflui.alij diminuti.Supflui ſunt quoꝝ ꝑtes ſimul ducte

plenitudinē ſuā excedūt vtputa duodenarius
habet enim partes quinq̄. duodecimam q̄d
eſt vnum. ſextam duo. quartam quod eſt tria.
terciam quod eſt quatuor. dimidiam quod ē
ſex. vnum enim duo tria ⁊ quatuor ⁊ ſex ſimul
ducta. xvi. faciunt ⁊ longe duodenarium exce
dunt ſicut ⁊ alij ſimiles plurimi. Diminuti ſūt
numeri qui partibus ſuis computati minorē
ſūmā efficiunt. vtputa denarius cuius partes
ſunt tres. decima quod eſt vnum. quinq̄ q̄d ē
duo. dimidia quod eſt quinq̄. vnum enim ⁊
duo ⁊ quinq̄ ſimul ducta octonarium faciunt
a denario longe minorem. Similis his ē octa
narius ⁊ alij plurimi qui in partes redacti in
tra conſiſtunt. Perfectus numerus qui ſuis
partibus adimpletur vt ſenarius hȝ tres parteſ
ſ. ſextam terciam ⁊ dimidiam. ſextam que facit
vnum. terciam duo. ⁊ dimidiam ſcȝ tres. ⁊ he
partes in ſūmam ducte ſcȝ vnuȝ duo ⁊ tria ſe
narium perficiunt ⁊ conſumunt. Sunt autem
perfecti numeri intra denarium ſex. intra cēte
narium xxviij. intra millenarium. cxxviij. intra
decem milia quadringenti nonaginta ⁊ ſex. ⁊
hi numeri perfecti ſemper in ſex vel in octo ter
minantur. ⁊ hoc alternatim vt dicit boecius p
fectos autem numeros raro inuenies ⁊ de fa/
cili numerabiles/ quia vt dicit idē. pauci ſūt
⁊ nimis conſtanti ordine procreati. Superflui
autem ⁊ diminuti ſunt multi ⁊ inordinate di/
ſpoſiti ⁊ a nullo certo fine generati. Impareſ
autem numeri ſic diuiduntur. alij ſunt ſimpli
ces. alij cōpoſiti. alij mediocres. Simplices
ſunt qui nullam aliam partem habent niſi ſo
lam vnitatem/ vt ternarius ſolā terciā. ⁊ q̄na/
rius ſolam quintā. ⁊ ſeptenarius ſolam ſepti/
mā. his .n. vna pars ſola ē. Et compoſiti ſunt
qui nō ſola vnitate metiūtur ſed etiaȝ alieno
numero procreantur. vt nouē ⁊ xv. ⁊ xxi. ⁊ xxv.
dicimus enim ter trini ⁊ ſepties trini/ ⁊ ter q̄ni
⁊ quiquies quini. Mediocres numeri q̄ quo
dāmodo ſimplices ⁊ incōpoſiti eſſe videntur
alio vero modo cōpoſiti. vt verbi gr̄a nouem
⁊ xv. nouenarius enim duȝ non comparatus
fuerit primus eſt ⁊ incōpoſitus quia non ha/
bet numerū cōmunē niſi ſolū monadicū ad xv
vero cōparatus ſecundus ē ⁊ incōpoſitus/ q̄r
in illis cōis eſt numerus preter monadicū ſcȝ
ternarius numerus qui nouenarium cōſumat
vt ter trini ⁊ ter quini.

Alio mō diuiduntur numeri/ quia
oīs numerus aut cōſideratur per
ſe aut ad aliquid. per ſe ē nūerus
qui ſine relatiōe aliqua dr̄ vt tria quatuor q̄n
q̄ ſex ⁊ ſimiles. Ad aliquid ē numerus q̄ re/
latione ad alios cōparatur/ vt verbi gr̄a. quatu
or ad duo. dum enim quaternarius ad bina/
rium comparatus fuerit dupliciter dr̄ ⁊ multi
pliciter. ſimiliter ſex ad tria ⁊ octo ad quatuor
⁊ decē ad quinq̄. iterū tria ad vnū ſex ad duo
⁊ nouē ad tria. Equales aūt numeri dicuntur
qui ſm̄ quātitatē ſūt equales/ vt duo ad duo
tria ad tria decē ad decē cētū ad cētū. Inequa
les qui ad inuicē inequalitatē demonſtrant vt
tria ad duo ⁊ quatuor ad tria/ ⁊ vniuerſaliter
quando maior minori ⁊ mīor maiori compa
ratur dr̄ inequalis. maior numerus eſt qui ha
bet in ſe illum minorē numerū ad quē compa
ratur ⁊ parum plus/ vt quinarius habet in ſe
ternarium numerum ⁊ eius alias partes du/
as ⁊ ſic de alijs. Minor numerus eſt qui con
tinetur a maiore ad quem comparatur cuȝ ali
qua parte ſua. vt ternarius ad quinarium cō/
tinetur ab eo cū duab⁹ partibus ſuis. Mul/
tiplex numerus eſt qui habet in ſe minorē nu
merum bis aut ter aut quater aut multiplici/
ter/ vt enim duo ad vnū dum cōparati fuerint
dupliciter eſt tria ad vnum tripliciter/ quatu/
or ad vnuȝ quadrupliciter/ ⁊ ſic de alijs. Ecō
tra ſubmultiplex numerus eſt qui intra multi
plicem numerum multipliciter continetur/ vt
vnum a duobus bis continetur a tribus ter a
quatuor quater a quinq̄ quinquies ⁊ ſic d̄ ali
is. Superparticularis numerus eſt dum forti
or continet in ſe inferiorem numeruȝ circa quē
comparatur ſimiliter ad vnam partem eius/
vt verbi gratia ternarius ad binariuȝ compa
ratus continet in ſe duo. ⁊ alium vnum que ē
media pars duorum. ſimiliter quatuor ad tria
cōparati continent in ſe tria ⁊ alium vnū. que
eſt tercia pars trium ſic quinq̄ ad quatuor cō
tinet quaternarium/ ⁊ alium vnuȝ qui ē quar
ta pars quaternarij/ ⁊ ſic de alijs. Superpar/
tiens numerus eſt qui inferiorem numerū to/
tum continet ⁊ ſuper hoc alteras eius partes
duas aut tres aut quatuor aut quinq̄ aut ali
as. verbi gratia. quinq̄ comparati ad tria ha
bet quinarius partes ternarij ⁊ vltra hoc du/
as partes eius ſcȝ duo. ſeptem ad quatuor cō
parati habēt in ſe quatuor ⁊ alias partes ei⁹
ſ. tria ſimiliter nouem ad quinq̄ cōparati ha
bent in ſe quinq̄ ⁊ alias eius partes ſcilicet q̄
tuor. Subſuperpartiens eſt qui continetur ī
numero ſuperpartienti cum aliquibus parti/
bus ſuis duabus aut tribus aut plurib⁹ dua
bus ſuis verbi gratia. tria continentur a quin
q̄ cum alijs duabus partibus ſuis. ⁊ quinq̄
a nouem cum alijs partibus ſuiſ ⁊ ſic de alijs
Subſuperparticularis numeruſ eſt numeruſ

Digitized by Google

qui cõtinetur in inferiori numero cũ aliqua p/
te ſua/ vt media aut tertia aut quīta. verbi grã
duo ad tria tria ad quatuor quatuor ad quin
 ꝗ ⁊ ſic de alijs. Multiplex ſubparticularis ē
numerus qui cõparatus ad inferiorē numerũ
continet in ſe totũ inferiorē numerꝫ multiplici
ter cũ aliqua pte eius. vbi gratia. quinariꝰ cõ/
paratus ad binariũ in ſe continet bis binos
i. quatuor ⁊ vnā partē eius. ⁊ nouē cõpari ad
quatuor ꝯtinent i ſe duos quaternarios ⁊ vni
tatem q̃ nouenarij ē ps vna. Multiplex ſup/
particularis numerus eſt que ꝯparatus ad infe
riorē numerꝫ continet eũ multipliciter cũ alijs
ptibus eius/ vt octonariꝰ cõparatus ad terna
riũ continet i ſe bis eũ cũ alijs ptibus eiꝰ. ſili
ter. xiiij. ad. xiij. compari continent in ſe bis ſe
nos ſcꝫ xij. cũ alijs ptibꝰ eius. ſic xvi. ad ſeptē
ſic xxij. ad nouē continēt in ſe bis nouē ⁊ cum
alijs quatuor ptibus ſuis. Submultipliciter
ſuppartiens numerꝰ eſt qui ad fortiorē ſibi cõ
paratꝰ continet ab eo multipliciter cũ aliqui/
bus ptibꝰ ſuis. vt tria comparata ad octo con
tinent bis cũ duabꝰ ptibꝰ ſuis. ſimiliter qua/
tuor ad xi. comparata continentur bis cuꝫ tri
bus partibus ſuis vt. d. Iſi.

Ertio mõ diuiduntur numeri ſm
Iſi. aut ſũt diſcreti aut continētes
Diſcretꝰ numerꝰ eſt q diſcretis mo
nadibus continet vt vbi grã. tria quatuor qn
ꝗ ſex ⁊c. Cõtinens vo nũerus ē qui cõiũctus
monadibꝰ ꝯtinetur vt ternariꝰ numerꝰ in ma/
gnitudine itelligatur. Et diuiditur hic nume/
rus in linealem ⁊ ſupficialē ⁊ in ſolidum. Eſt
aũt linealis qui incipiens a monade lineali/
ter ſcribitur vſqꝫ ad infinitũ. vñ alpha deſcri
bitur ꝑ deſignatiõe lineaꝝ. q hec lr̃a vnitatē
ſignat apud grecos. Superficialis numerus
ē ita ꝙ nõ ſolũ in lõgitudine ſꝫ etiã in latitudie
continetur/ vt trigonꝰ tetragonus ſeu q̃drago
nus pētagonus vel circularis ⁊ ceteri qui ſep
in plano pede. i. i ſupficie cõtinētur. ⁊ iõ figu
re ſunt hic ponēde ꝓ exẽplo. nã trigonꝰ nũerꝰ
totaliter ordiatur   quadratꝰ vero numerꝰ ē
ita   ⁊ tetragonus ita   pentagonꝰ ſi   ue
quinquangu   lus ē ita   Circularis nũe
rus ē ita   Spe   ricus vero numerus eſt
⁊   circularis. quãdo circulato nũero ⁊ multi
plicato ſurgit ⁊ in ſe conuertitur. vbi grã. qui/
quies quini quīquies hic circulus dũ in ſeipꝫ
multiplicatus fuerit in ſeipꝫ circulariter redit
⁊ ſperã facit q quīquies xxv. faciunt generali
ter. cxxv. Solidus vero numerus ē qui longi
tudine altitudie ⁊ latitudine continetur. Na
turã numeralē ⁊ numeroꝝ multiplicē diuiſio

nē ſimplicibus ꝓpoſui ſimpliciter intuendaꝫ
ꝓut pꝫ in vbis beati Iſi. cuius vba per oĩa
ſum ſecutus. Ex quibus pꝫ manifeſta ꝙ ſub
numeroꝝ diuerſitate diuerſimode latēt miſte
ſteria diuarſaꝝ intelligentiaꝝ in canõe ſcriptu
re diuinitus inſpirate. ⁊ ideo vt dicit boetius
libro. i. c. i. ſcientia numeroꝝ maxima eſt ⁊ inter
mathematicas ſcientias a ſapientibus atten
denda/ quia de omnibus nature exiſtentibus
de quibus habꝫ diſſerere philoſophia preua
let pre omnibus ariſmetica diſciplina. quia
ſine numero nec littera littere cõiungitur/ nec
ſillaba ſillabe recto ordie copulatur. Sic nec
ſubiectum a predicabili diſcernitur/ nec a con
cluſiõe in ſillogiſticis inter prima media ⁊ vl/
tima nõ diſtinguitur vbi primi ſecundi ⁊ vlti
mi ſiue tercij ratio non habetur. ⁊ ideo vt di/
cit boetius. omnes ſcientias precellit ſcientia
numeralis/ quia ſine ternario non ſubſiſtit tri
angulus/ nec ſine quaternario tetragonus ſi/
ue quadrangulus/ ⁊ ſic de ceteris. Sic etiam
in muſicis eſt videre/ quia muſica eſt modu/
latio que numerorum nominibus aduocatur
vt dicit idem Boetius/ vt patet in dyateſſerõ
⁊ in dyapente ⁊ i dyapaſon/ ⁊ alijs conſonã
tijs muſicis que ſine numero p̃cedente nõ do
minantur. ſicut nec aſtroꝝ curſus nec ortus ſy
deꝝ vel occaſus/ nec tẽpoꝝ nobis pateret va
rietas vel ſucceſſus ſi ſine nũerali adiutorio
regeremur. Oĩa etiã creata rõne nũerali ſunt
formata vt dicit idē. ⁊ etiã rõnis nũeralis ſunt
exemplaritas in aĩo cõditoris. vnde ſub certi
tudie numeri creati ſũt ⁊ diſtincti tres trini or/
dines angeloꝝ. ſub ſeptenario ⁊ ternario di/
ſtinguũtur virtutes ⁊ potētie oĩuꝫ rõnabiliuꝫ
⁊ ſpũaliũ aĩoꝝ. virtute ⁊ ſcia numerabili col/
ligant elemēta. ⁊ (vt ita dicã) nũeroꝝ ꝯiũctiõe
ſtigũtur vniuerſa tã ſpũalia ꝙ corꝑalia tã cele
ſtia ꝙ terrena. nec habēt nũeri ꝯpoſitionē īter
ſe/ ⁊ ꝓportionē ex alijs ꝙ ex ſeipis. vt. d. boe/
cius. Nã in ſubã nũeroꝝ inueniũtur par ⁊ im
par ex quibꝰ cõſtat oĩs nũerus/ q̃ diuina q̃dã
potētia cũ diſparia ſint ⁊ cõtraria tñ ex vna ge
nitura. ſ. monade oriũtur/ ⁊ i vnã ꝯpoſitionē
⁊ in ꝓportionis ſimilitudinē ſine medio con
iũgũtur. vt pꝫ ꝙ oĩs numerꝰ ſub ipari vel ſub
pari cõprehendit. Eſt aũt par numerꝰ q̃ põt
in duo equalia diuidi vnitate nõ interueniente
Impar vero ē q̃ nõ põt diuidi i duo equalia
vnitate intercidente. Vel ſcdm pictagoricam
diſciplinã. par numerꝰ eſt qui põt ſub eadē di
menſiõe diuidi i minima ⁊ i maxia. minima
q̃deꝫ quãtitate. i. diuiſione. maxio aũt ſpacio
⁊ magnitudine vt ſi diuidas centũ i q̃nq̃gita

⁊ quinquaginta. maximū ſpaciū eſt in q̄nquagīta. minima vero quantitas eſt diuiſio. Non enī diuiſū eſt niſi ſemel ⁊ nulla poteſt fieri minor diuiſio q̄ī duas ptes. nā quāto aliquis par numerus in plures ptes diuidit/ tāto magnitudo plus minuit/ vt pꝫ in arbore ſecta in plures ptes. Sꝫ numerus diuiſiōis ſiue quātitas multitudinis plus augetur. cuius ratio eſt vt dicit idē. q: magnitudo pōt minui ⁊ diuidi in infinitū/ ſed nūerus creſcit ⁊ pgredit i infinitū. ⁊ ideo pars numeri diuiſio ē ſꝫ magnitudinē maxima. ſed ſm quantitatē diſcretā minima. Impar vero numerus ē cuius numeralis diuiſio eſt in duas partes vel particulas inequales. Par aūt nūer⁹ quādoq̄ꝫ diuiditur in duas ptes equales ⁊ quādoq̄ꝫ iequales. quando vero diuiditur in partes equales/ ſi vna pars diuiſionis ē par ⁊ reliqua erit par. vt quādo octo diuidūtur i quatuor ⁊ q̄tuor. ⁊ xij. in ſex ⁊ ſex. ⁊ ſic de alijs. Si vero vna ps diuiſionis equalis fuerit ipar ⁊ reliqua neceſſario erit ipar. vt quādo ſex diuidūtur i tria ⁊ tria. ⁊ decē in quiq̄ꝫ ⁊ quiq̄ꝫ. ⁊ xiiij. in ſeptē ⁊ ſeptē. vnde in equali diuiſione nec paritas īparitati nec paritati īparitas admiſcetur. preterq̄ſolū in binario qui princeps ē paritatis ⁊ nō recipit inequalē diuiſionē/ q: ꝯſtat ex duplici vnitate ⁊ ex prima duoꝝ paritate. quando vero par numer⁹ diuiditur in ptes inequales ſi vna pars diuiſionis ē par ⁊ reliqua erit par/ vt ſi diuidatur denarius in octo ⁊ in duo vel in ſex ⁊ i quatuor. ſimiliter qn̄ ſex diuidit i quatuor ⁊ duo ⁊ octo i duo ⁊ ſex. ⁊ ſic de alijs ⁊ ſi vna ps diuiſiōis fuerit ipar alia ps neceſſario erit ipar. vt ſi diuidatur denari⁹ i ſeptē ⁊ tria ⁊ octo in quinq̄ꝫ ⁊ tria. ⁊ ſic de alijs. neq̄ꝫ vnq̄ fieri pōt vt ſi vna ps diuiſiōis par fuerit/ alia ps impar valeat inueniri. aut cū vna ſit ipar alia par poſſit intelligi. Impar autem numerus ſemp diuiditur p partes inequales ⁊ ſemp vna ps diuiſionis paritati/ altera iparitati deputat/ vt ſeptē ſi diuidas in quatuor ⁊ tria. altera portio par altera ipar iuenitur. ⁊ hoc generaliter in oībus iparibus inuenitur. Eſt aūt vnitas genitrix oīs pluralitatis. nam ſi ipari addideris vnitatē neceſſario parē nūerū generabis/ ⁊ ſi ꝺ paritate vnitatē dēpſeris mox iparē numeꝝ pcreabis. Omnium etiam numeroꝝ circa ſe poſitoꝝ ⁊ naturali diſpoſitione ſibi inuicem coniunctoꝝ medietas ē vnitas. verbi gratia. ſi dicatur vnū duo tria. vnitas addita facit binarium inter vnū ⁊ tria eē medium. Itē ſi dicatur duo tria quatuor vnitas addita binario facit ternarium eſſe mediū inter binarium ⁊ quaternarium. ſimiliter ſi dicatur tria quatuor quinq̄ꝫ vnitas addita ternario facit quaternarium inter tria ⁊ quinq̄ꝫ eſſe medium. ⁊ ſic de alijs aſcendendo pcedendū eſt. De paribus autē ⁊ ſpeciebus numeri pariter ⁊ imparis impariter ſupradictū eſt Iſtoꝝ autem numeroꝝ ſingulas creatiōes ꝓportiones cōuenientias ⁊ differentias proſequi eſſet longum. ⁊ ideo de numeroꝝ ꝓprietatibus hec ſufficiant. Hoc ſolum autem ſciam⁹ q̄ medium inuenire in numeris eſt difficile vt dicit Iſido. quia numeros eſſe infinitos certiſſimū eſt/ quia quantumcūq̄ꝫ aliquem ꝑtranſeris ⁊ finem faciendum putaueris per additionem vnitatis totum numerum parem vel imparem ꝓlongabis. Rationem autem ⁊ ꝓprietatem medij numeralis ſic aduertere poteris primo coniunge extrema ⁊ diuide ⁊ inuenies medium. verbi gratia. pone ꝓ extremis ſex ⁊ xij. ſimul iunge ⁊ habebis xviij. partire equaliter decem ⁊ octo ⁊ erunt nouem. Et eſt analogicum in ariſmetrica/ vt medius numer⁹ quot monadibus ſuperat primum totidem ſuperet ab extremo. Superat enī nouē ſex in tribus monadibus ⁊ totidē a xij. nouenarius ſuperatur/ vt dicit Iſido. li. ij. vnde ſuperius poſita ſunt exempla.

De menſuris.

m Enſure autem ⁊ pōdera ſepiſſime locū obtinent i ſcriptura quorum rationes ⁊ ꝓprietates ortū habent a geometria diſciplina. nam vt dicit Iſi. li. ij. geometria eſt menſurandi ſcientia que continet i ſe lineamēta ⁊ ſpacia ſiue interualla figuras ⁊ magnitudines/ ⁊ in figuris numeros ⁊ dimēſiones vt patet in circulis triangulis/ quadrangulis pentagonis/ ⁊ alijs infinitis ꝺ quibus omnibus non eſt preſentis negocij multa diffinire Sed pauca tāgere ꝓpter ſimplices/ de q̄bus facit Iſi. mentionem dicens ſic. geometrie q̄drip̄tita eſt dimenſio in planum/ in magnitudinem numerabilem/ in magnitudinem rationalem ⁊ in ſolidas figuras. Plane figure ſunt que longitudine ⁊ latitudine continentur que ſunt iuxta platonem numero quinq̄ꝫ. Numerabilis magnitudo que diuidi poteſt ſcdꝫ numeros qui i ariſmetrica edocētur. Magnitudines rationales ſunt quarum menſurā ſcire poſſumus per iudicium rationis/ ſicut irrationabiles quarum menſure quantitas cogni-

ta non' habetur. Figure autē ſolide ſunt
que longitudine latitudine ⁊ altitudine conti
nentur/ vt eſt cubus. Sunt autem plane
figure plures ſpēs/ vt dicit idem. quia prima
plano pede eſt circulus qui vocatur circundu
cta/ in cuius medio punctus eſt quo cūcta cō
tingunt. ⁊ punctū illius geometrici centrū vo
cant plano pede ita Quadrilatera figu
ra eſt in plano qua drata que ſub qua-
tuor rectis lineis iacet ita Dyatratecon-
gramon figura eſt plana ita Or-
togamiū id eſt recti āgulum figura plana
eſt. i. triangulus ⁊ habet angulum rectū ita
Pyſopleur⁹ ē figura plana ⁊ recta ſub-
ter in ſolidum conſtituta ita Spe-
ra eſt figura in rotūdduʒ formata que i
cunctis partibus in ſolidum ē eq̄lis ita
Cub⁹ ē figura ꝓp̄a ſolida q̄ ilōgitudīe
latitudīe altitudīe ɔtinet̄ i ſolidū ita
Chilindrus eſt figura quadrata habēs
ſuperius ſemicirculū ita Conus eſt figu
ra que ab amplo in āgu ſtuʒ fit ita
Piramis eſt figura que in modū ignis
ab amplo in acutum conſurgit ita Inci
piteʒ hec diſciplina a primo pūcto cuius
pars eſt nulla. inter oīa menſurari pñt eſt mi-
nimū dimēſiue ⁊ tñ maximū prātiue/ q2 oium
linearꝫ eſt principiū a quo oēs icipiūt ⁊ ꝓgrdi
ūtur. ⁊ i quo oīa finiūt̄. Scd̄o vnt̄. linea q̄ ē re
cta lōgitudo ſine latitudi que ex equo iacet in
ſuis punctis/ quia puncto incipit ⁊ in puncto
finitur. Superficies vero eſt longitudo cū lati
tudine. Spiſſitudo autem tñaʒ habet dimē
ſionē/ ſcʒ latū longū ⁊ ꝓfundū ſiue altum. Ex
iſtis tribus dimēſionibus cōſiſtit oē corp⁹ ſcʒ
ex longo/ lato/ ⁊ ꝓfundo. ⁊ ex his tribus ɔtin
git omnē corpulentā ſubām habere pondus
numerꝫ/ ⁊ menſurā. poteris tñ ſcd̄m artē nūe-
randi mediū geometricū inuenire. nā eius ex-
trema multiplicata tantū faciūt quantū ⁊ me-
dia duplicata. vbi gr̄a ſex ⁊ xij. faciūt xviij. me
dia huius ſunt octo. nouē. mō ſex multiplica-
ta duodecies faciūt ſeptuaginta duo. ſilr̄. xij.
ſexies faciūt ſeptuaginta duo. ſilr̄ octo multi-
plicata nonies faciunt lxxij. ſimiliter nouē mul
tiplicata octies faciūt tantūdē. ſex igitur ⁊ xij.
multiplicata faciunt ſiptuageſies diſpōdius.
media vero ſcʒ octo ⁊ nouē multiplicata tātū
faciūt vt dicit Iſi. li. xij. Circulus itaqꝫ ē linea
a pūcto vſqꝫ ad punctū circa centrū equis ſpa-
cijs circūducta. hec aūt ē figura ſimpliciſſima
capaciſſima ab oī anguloſitate remotiſſima/
exterius cōuexa/ iteri⁹ cōuexa/ motui aptiſſima
⁊ reuolutioni cōgrua. cuius circūferētia a ſuo
pūctuali centro eſt remotiſſima/ inter oēs figu
ras ē ꝑfectiſſima/ omēs figuras ⁊ figurabilia
ambigens/ oīa poteſtatiua intra ſe cōtinens
⁊ a nullo extraneo p̄terq̄ a ſe eſt ɔtenta/ vt pa
tet in circulo celi qui ābit oīa ⁊ nō ābitur/ con
tinet oīa ⁊ nō ab alio extrinſecus ɔtinetur. vn
de dicit Iſi. ſicut intra x eſt oīs nūerus/ ita in-
tra circulū oīuʒ figurarꝫ claudit̄ ābit⁹ ita
⁊ breuiter dicā circuli ꝑfectionē ⁊ rōneʒ
circularē quadā naturali emulatiōe oīa mira-
biliter imitātur. nā circularē formā celū ſibi vē
dicat ⁊ motū/ ſic planetarꝫ orbes in ſe circula
riter reflectūtur. ſic ſiderꝫ curſus annorꝫ ⁊ men
ſiū ⁊ diuerſorꝫ tēporꝫ anfractus in ſe icipere ⁊
in ſe redire continue concernūtur. ſic elementa
inuicē agūt ⁊ patiūtur. ⁊ que ꝑ corruptionem
dſinere vidēt ꝑ generatōeʒ iterꝫ reuertūt̄ ſic ɔti
nui mariū fluxus ⁊ reflux⁹ fluūt ⁊ refluūt/ ⁊ cū
deſierit iterꝫ moriūt̄. ſic herbe ⁊ arbuſta fruct⁹
⁊ ſemina inde reciproca a ſe exeūt ⁊ in ſe ɔuer-
tūtur. Sic celeſtes ſpūs a deo exeūt per creati
onē ⁊ in deū mouētur ꝑ affectionē a deo emit
tūtur ꝑ actionē ⁊ ad deū reuertūtur ꝑ gratiarꝫ
actionē. Sic ⁊ aīa rōnalis ab ariſto. compara
tur circulo rōne ſue perfectiōis ⁊ capacitatis.
Omniū eni figurarꝫ yſpimetrarꝫ. i. eq̄les am-
bitus habentiū maximus ē circulus. ⁊ iō tot⁹
mūdus ſpericā hʒ formā qui ad hoc creatus ē
vt eū capiat aīa ꝑ intellectū. Uniuerſitatis cō
ditor ē deus qui in circulo deſignatur. naʒ vt
dicit trimegiſtus. monas monadē genuit/ ⁊ i
ſe ſuū reflectit ardorē. i. amorē. naʒ pr̄ generat
ab eterno filiū ⁊ ꝑ filiū ſpectat ſpm̄ ſācū qui
eſt ardor. i. amor vtriuſqꝫ nexus. naʒ de⁹ pr̄ ab
eterno ſe intelligit ꝑfecte/ ⁊ intelligēdo ꝑfecte
ſe diligit/ que dilectio vltra ſe ad aliud non ex
tendit/ ſed potius ad intelligētē ⁊ itellectuʒ. i.
p̄reʒ ⁊ filiū a quib⁹ ꝓcedit ipa dilectio ad mo
dū circuli ſe reflectit. vnde idē eſt de⁹ in eſſētia
pr̄ intelligens ⁊ itelligendo filiū gignens ⁊ fi
li⁹ a pr̄e genitus ⁊ itellect⁹/ ⁊ amor a pr̄e ꝑ fili
um ꝓcedens/ ⁊ i vtrūqꝫ ſe reflectens. ſ. ſpūs ſā
ctus. Ex quo patere poteſt ꝙ ꝑfectio eſt i diui
duis ꝑſonis q2 earꝫ pluralitas trinitat̄ numerꝫ
nō excedit. Ideo etiā ſcd̄s phūs iterogat⁹ qd
eſſet de⁹ ſic rn̄dit. Deus īquit eſt intellectualis
ſpera/ circulus cuius centrum vbiqꝫ eſt/ circū-
ferentia aūt nuſq̄. Ex quo pʒ ꝙ rō circuli relu
cet in qualibet creatura.

Triangulus ē figura habens tres
angulos equales duobus rectis.
Quid aūt ſit angulus rectus alias determina
tur. ɔparatur aūt aīa vegetabilis que habʒ tres

potentias in ſe ſcȝ generatiuam/nutritiuam/ ꝛ augmentatiuam/ triangulo qui primus eſt omnium figurarum geometricarum/quia vege-tabilis eſt prior omniũ animarũ habens i ſe ternariũ potẽtiarũ. Eſt aũt triãgulus inter figu-ras ãgulares p̄m⁹ qꝛ ſolidã hȝ lõgitudinem ꝛ latitudinem. ꝛ ideo omnis figura habens plures angulos vt tetragonus.i. quadrangu-lus pentagonus ꝛc. tot in ſe ꝯcludit triangu-los quot linee ab angulo in angulũ ꝓtrahun-tur vt pȝ in quadrãgulo qui duos ꝯtinet triã-gulos ſi ab vno angulo ad aliũ ãgulũ oppo-ſitũ linea deducat̃ vt hic ꝛ ſi ab alio an-gulo linea ad oppoſitũ ꝓtrahatur qua-tuor triãgulos cõtinebit vt hic ꝛ ſic in oĩ-bus figuris alijs tot eidẽ diui dunt triã-guli quot ipſã figurã angulos habere cõtigit vt quadrangulus quatuor eductis lineis triã-gulos quatuor cõtinebit. ꝛ pentagonus quin-qꝫ. ꝛ exagonus ſex. ꝛ aptagonus ſeptem. ꝛ ſic de alijs vt dicit boetius libro ariſmeticorũ c.vi. at vero triangula figura ſic ꝑ angulos di-uiſa i alias figuras nõ reſoluitur niſi i ſeipãȝ ĩ tres eni ãgulos diuiditur vt patet hic adeo enim eſt hec figura latitudinis pri-ceps vt cetere ſupficies in hãc reſoluãtur ipſa vero q̄m nullis eſt pricipijs obnoxia neqꝫ ab alia latitudine ſumpta iiciũ in ſeipſam ſolua-tur/vt dicit idem ibidem. Nulla vero poteſt ex-cogitari figura angularis que nõ habeat ortũ ꝛ principiũ a triangulo. nã triãgulus omniũ aliarum formarum ꝛ figurarum eſt pricipiũ ꝛ elemen-tũ. Et hoc pȝ in numeris. nã quaternarius na-ſcitur ex ternario qui triangulus eſt ſiue trigo-nus ꝛ ex vno qui p̄t ãte trigonus eſt generatur nã hãc dignitatem hȝ vnitas que m̄r eſt oĩuȝ numerorum vt in ſe vim obtineat nõ actu ſȝ ptã-te oĩum numerorum qui ab ipſa generantur/ vt dicit idem boetius li.ij.c.xviij. ſic ꝛ pentago-nus ex quaternario ſupra ſe poſito ꝛ vnitate que vicem ſuplet trianguli generatur. ꝛ ſic de omnibus alijs numeribus figura põt oſtendi qꝛ ſemp ex figura triangula quilibet numerus generatur/ſicut ibi in terminis boetius deter-minat manifeſte ponẽs exẽplũ in tetragonis pentagonis exagonis ꝛ in alijs multis.

Habet ꝛ aliud ſingularis ꝓprietatis figura triangularis quia omnis alia figura ſibi po-teſt eſſe baſis ꝛ ex baſe ſuppoſita poteſt ſurge-re figura triangularis quia omnis alia figu-ra piramidalis que habens in ſe formã trian-gularem tot in ſe continet triangulos quot cõ-tinet angulos in ſeipſa baſis. vbi gratia ſi pc-natur quadrangulus ꝓ baſe poteſt ſuper ſur-gere figura piramidalis/tot in ſe cõtinens tri-angulos quot in ſe tetragonus ideſt quadrã-gulus dignoſcitur angulos in ſe continere/ vt patet in hac figura Similiter i baſis ſu-erit pentagona pi ramis ſurgens trian-gularis quinqꝫ triangulos repreſentare pote-rit ſupra baſim vt patet in figura piramidali poſita ſup baſim pentagonalem vt hic Sic etiam ſupra baſim exagonam põt ſurgere piramidalis figura ſex continens triã-gulos manifeſte. ꝛ ſic de alijs. Ipſa etiam fi-gura trianguli potent piramidis eſſe baſis vt dicit idem. ꝛ in ipſo triangulo piramidali tri-plex triangulus ſecundum tres angulos pote-rit inueniri/vt patet hic Mira ita vide-tur diuina diſpoſitio in omnibus ſȝ po-tiſſime in numeris ꝛ figuris. De alijs autẽ fi-guris tam numerabilibus q̄ꝫ geometrias mo-do videtur ſuperſedendũ ꝓpter difficultateȝ ꝛ infinitam figurarum diuerſitatem quãuis ſingularum conſiderationum maximam con-ferat vtilitatem theologice diſcipline vt patet ĩ quadrangulo qui eſt inter figuras ꝛ numeros ſolidiſſimus equis lateribus diſtinctuſ ꝛ euã-gelicam repreſentans doctrinam/que per de-cem partes orbis immobilem optinet verita-tem atqꝫ firmaȝ. vt dicit Beda ſuper gen. An-gulus autem multarum figurarũ eſt commu-ne ſubiectum quia omnes predicte figure ſub diuerſitate angulorum terminant̃. Eſt autem an-gulus duarum linearum alternus contactus Secundum modum autem contigendi ſe va-riatur angulus/quia nunc rectus nunc obli-quus vel reflexus nunc acutus nũc obſtuſus. Maxima autem virtus conſiſtit in angulo re-cto quia in ipſo tota virtus que conſiſtit in li-neis a baſi confluentibus ad angulum fortifi-catur propter linearum concurſuȝ pariter ꝛ cõ-tactum vt patet in oculo qui omnia compre-hendit ſub angulo. naȝ radij qui linealiter ve-niunt a re viſa faciunt vnam piramidem cui⁹ conus eſt in pupilla ꝛ baſis in re viſa ꝛ hi ra-dij inangulãtur in centro pupille ꝛ per angu-lum illum piramidalem formatur viſus/vt di-cit auctor perſpectiue. quere ſupra li.iij. de ma-teria viſus. ꝛ in li.v. d̄ materia oculorum. Par-tes itaqꝫ oppoſite inter ſe oppoſite ꝛ ab inui-cem ſuperate in angulis cõueniũt ꝛ pariter ĩ vnum finiuntur. Pauca itaqꝫ de natura figu-rarum ꝛ angulorum exempli gratia ſunt hic di-cta/ vt ſciamus quia illorum rõ nõ eſt neceſſaria ad diuerſa miſteria diuine pagine cognoſcen-da que ſub numerorum ꝛ figurarum methaphoris multiformiter ſunt velata. nam ſicut circulus

ſignat animam rationalem/ ⁊ triangulus aīaꝫ vegetabilem/ ſic quadrangulus animam ſenſibilem/ nam ſicut quadrangulus linea ducta ab angulo vſqꝫ ad āgulum oppoſitum duos continet triangulos/ ſic anima ſenſibilis duplicem in ſe habet triangulum potentiaꝝ ſeu virtutum. nā anima ſenſibilis p̄ter tres potentias vegetabiles habet virtutē apprehenſiuā cōcupiſcabilē ⁊ iraſcibilē/ q2 anima ſenſibilis eſt vegetabilis ⁊ non ecōuerſo. ⁊ ſic de alijs figuris diuerſe rationes miſtice/ ⁊ ſpūales eliciuntur ⁊ ſpūalia corpalibus adaptātur. Sub iſtis autem figuris cōprehendūtur menſuraꝝ ⁊ pondeꝝ rationes. Eſt autem menſura vt dicit Iſi. li. xvi. c. penul. res aliqua modo ſuo vł tpe circūſcripta ⁊ hec eſt aut corporis/ aut temporis/ aut ſpacij localis. corporis menſura ē vt hominū ſeu lignoꝝ aliarumqꝫ reꝝ corporaliū breuitas vel longitudo. oē enim corp⁹ dimenſionem habet ꝓpriam ⁊ menſura eſt vocata qua fruges ⁊ liquores/ ceteraqꝫ ſicca ⁊ humida metiuntur vt modius/ vrna/ amphora/ ⁊ ſextarius. Menſurarum autem minima ps eſt codeariuꝫ/ quod eſt dimidia pars dragme ponderant ſiliquas nouem que triplicata cōculam facit. nam concula dragma vna ⁊ dimidia adimpletur. ciatus autem pondus continet decem dragmarum/ quibus ſi quinqꝫ addideris dicitur oxifalus. acetabulus quarta pars eſt emine xij. dragmas continens. Cotula eſt emina continens ciatos ſex que ideo cotula dicitur/ quia cote greco ſermone vt ticon dicitur. ⁊ ſi emina ſextarij in duo equalia incidetur concula nominatur. emina autem pōderat libram vnam que geminata ſextarium facit. Eſt autem ſextarius menſura duarū librarum quibus aſſumptis bilibris nominatur, aſſumptus autem greco ſermone ſit cenit. quiquies autem cōplicatus qui narē ſiue gomor facit. adice vel adiace ſextum cōgiū reddit. nā congius ſex metitur ſextarijs a quo ſextari⁹ nomen ſūpſit. congiū a congiendo ideſt per augmentū creſcendo vocatur. vnde ⁊ pecunia gratia beneficij data cōgiariū eſt vocata. vnuſqſqꝫ enim imperat[illegible] fauoreꝫ populi captās addicebat ad menſuram vt in donis largior videretur. Congiariū ē ſpecialiter mēſura liquidoꝝ cuius rem ⁊ nomen ſimul a romanis impoſitum inuenimus. Metreta auteꝫ liquidorum menſura eſt a metro greco ſic vocata/ ⁊ eſt cōmune nomen ad omnes menſuras liquida continentes. Modius eſt dictus eo ꝙ ex ſuo modo ſit perfectus. eſt enim menſura librarūꝫ xliiij. ideſt ſextariorum xxij. ⁊ ideo operum

perfectorum dei typus eſt ⁊ figura. viginti duo opera fecit deus infra opera ſex dierum. nam prima die fecit deus ſeptem ſcilicet materiam ⁊ formam/ angelos/ luceꝫ ſiue igneꝫ celos ſuperiores/ aquam/ terram/ ⁊ aerem. Secūda firmamentum ſolum. Tertia quatuor maria ſemina ſationes ⁊ plantaria. Quarta die fecit tria/ ſoleꝫ/ lunā/ ⁊ ſtellas. Quinta die tria piſces/ reptilia/ ⁊ volucres. Sexta die fecit q̄tuor. beſtias/ iumenta/ reptilia terre ⁊ hoiem. Et facta ſunt xxij rerum genera in diebus ſex. ⁊ xxij. generationes ab adam vſqꝫ ad iacob/ ex cuius ſemine naſcitur omnis gens iſrael. Et xxij. ſunt libri veteris teſtamenti. ⁊ xxij. litterarum elementa. quibus tota traditur legis diſciplina. His igitur exemplis modius menſuram xxij. ſextariorum continet ſcd̄m moyſi traditionem ⁊ eſt modius a modo dictus quaſi menſura moderata/ vt dicit Iſidorus. Satum genus eſt menſure iuxta morem prouintie paleſtine vnum ⁊ dimidium modium continens vel capiens/ cuius nomen ex ebraico ē ſumptum. Satum enim apud eos ſumptio ſiue leuatio nominatur eo ꝙ qui metitur eādeꝫ menſuram ſumat atqꝫ leuet. Satum aliquando ponitur pro modo xij. ſextariorum/ vt dicit idem. Bacus eſt menſura capiēs ſextaria quinquaginta ⁊ eſt bacus in liquidis/ ſicut in ſiccis chorus ⁊ ephi. Amphora ab anſis eſt vocata quibus hincinde leuatur. ⁊ recipit frumēti vł vini modios ytalicos tres. Cadus ē amphora continens tres vrnas. vrna autem eſt menſura/ quam quidam vocant quartarium ⁊ ē ꝓprie dicta vrna que ꝓ condendis defunctoꝝ cineribus adhiberi ſolet. De quo poeta. Celo tegitur qui non habet vrnaꝫ. Artata mēſura ē apud egyptios lxxij. ſextarioꝝ cōpoſita ſic dicta ex numero ꝓpter lxxij. linguas gentiū que orbem impleuerunt. Gomor eſt menſura xl. modiorum/ vt dicit Iſi. vel dicitur mēſura quatuor modioꝝ/ vt dicit glo. ſuper exo. c. xvi Chorus eſt menſura triginta modioꝝ ⁊ eſt ſic dictus a coaceruatione. coaceruati enīꝫ modij triginta inſtar collis videntur ⁊ onus cameli efficiunt(Hucuſqꝫ Iſi. li. xvi. Sunt ⁊ multa alia menſuraꝝ genera quoꝝ nomina non ſine grandi miſterio ſacre ſcripture ſūt inſerta ſerie. nā quodlibet vaſculū reꝝ menſurabiliū cōtentiuum ſub menſure noīe cōtinetur/ vt pꝫ in diuerſis exemplariter. Acceptabiluꝫ enī dicitur vaſculū in quo vinū deo offerēdū in ſacrificio ꝓbari debuit an eſſet puꝝ vel corruptū. Vas autem vbi ꝓbatur ⁊ acceptabatur acceptabilium dicebatur. Vaſculū autem in quo acetoſū

